In prin.] Adde Corſetum in repertorio in verbo teſtis, col. pen. Item etiam in cauſa matrimonij ſufficit ſi ad vocem uenerit. Dec. in conſi. 163. nu. 3. vbi hẽs q̃d teſtes occulte adhibiti ad actũ probant, ad quod Abb. in c. ex literis. nu. 4. de conſue. vbi bona apoſtilla, & quod teſtes tã in teſtamento, quam in codicillis debent eſſe in conſpectu teſtatoris, Dec. conſ. 354. nu. 3. Itẽ in crimina-

libus etiam ſi agatur ciuiliter non creditur teſtibus dicentibus ſe cognouiſſe aliquem ad vocem, Aret. in c. cum cauſam, nu. 27. & c. præterea, de teſt. ubi plenè de videntibus actum per ſimulam, vnus poſt alium, & vide quæ poſui in l. 2. ff. de aqua pluu. arc. Mangrel.

L. Si teſtamentum

In prin.] Deſcriptum contra teſtamentum non valet, Dec. conſ. 359. nu. 5. vbi quod teſtamentum eſt de iure gentium, & non poteſt per Principem tolli, & in conſ. 403. nu. 14. Item nec partiũ conuentione teſtamentum reſcinditur. poſui ad hunc in l. cum falſa. ſupra de iur. & facti ignor. & in d. conſ. 357. quod ſine cauſa Papa non poteſt legata pia in alium vſum conuertere. de quo Oldrad. in conſ. 61. cum Rege Franciæ. vbi tractatur, quæ veniant in conceſſione legatorum incertorum, facta per tranſitum terræ ſanctæ. Item Princeps poteſt confirmare teſtamentum minus ſollemniter factum, ſi tamen interim non fuerit adita hæreditas. Lucas in l. 1. § 2. ff. de his qui in exil. da. ſunt. li. 10. & ad dictum conſ. Decij faciunt tradita per Iaſ. in l. apud Iulianum. § conſtat. nu. 19. ff. de legat. 1. Item nec approbare poſſunt partes teſtamentum minus ſollemne in caſibus quos notaui ad hunc in d. § ex imperfecto. & quod legata ad certũ vſum non poſſunt in alium vſum cõuerti, Dec. conſ. 506. nu. 5. & quod poſſit ex cauſa Princeps, vel eius conſiliũ diſpẽſare circa prohibitionẽ alienationis, Dec. conſ. 519. in 4. dubio, pro quo Capic. in dec. 118. fratres volẽtes poſſunt æqualare fratrem ob demerita inſtitutum in quota. poſui ad hunc in l. nihil. § omnibus. ff. de legat. 1. ex Dec. conſ. 547. Item nec poteſt Princeps in præiudicium ſubſtituti legitimare, quia eſſet contra teſtamentum: poſui ad hunc in l. ex facto. ff. ad Trebel. ex Dec. conſ. 557. ſed legata Monaſterijs incapacibus ordinarij in alios pios vſus conuertunt. c. 1. § 1. ibi nos enim. de religio. domib. li. 6. & quod diſpoſita in teſtamento ad vnum vſum, ad aliũ ſine authoritate Papæ non poſſit conuerti, Dec. cõſ. 608. num. 3. & vide quæ ad hunc in l. legatum, vbi tex. ff. de vſufr. legato. Mangrel.

L. Si vnus.

Raſum reſpuitur.] An raſura reddat teſtamentum ſuſpectum. vide Alex. in cõſ. 14. nu. 2. vol. 6. & ibi de cancellatione. de Bottis.

L. non dubium.

Legati præiudicet.] Adde late per Gul. Ben in cap. Raynutius. in uer. ſi abſq; liberis. fo. 875. nu. 175. cum pluribus ſeq. de Bottis.

L. Hac conſultiſſima.

In prin.] De forma teſtamenti in ſcriptis ad hanc l. Affl. deciſ. 143. ex nonnullis impugnat quoddam teſtamẽtum in ſcriptis, & nec vt nuncupatiuum valere dicit, & vide omnino Dec. in conſ. 144. vbi tradit alia, & valere vt nuncupatiuum non nuncupato nomine hæredis, & hoc eo quia ſaltem ſimpliciter nuncupauit dicendo illam ſcripturam eſſe teſtamentum ſuum, vt late tradit. Alex. in conſ. 176. ibi per eum allegatis. Mangrel.

§. Ex imperfecto.

In prin.] Quando in teſtamento deficit defectus ſolẽnitatis, vide Gram. in dec. 62. vbi ponit infinita, vbi habes etiam, quando teſtamentum in ſcriptis, ſi non valet iure teſtamenti in ſcriptis, quando valet iure teſtamenti nuncupatiui. Item ſi teſtamentum in ſcriptis aperiatur, in apertura debent citari oẽs prætendentes intereſſe, & infinita ibi habes tam reſpectu voluntatis, quam etiam ſolemnitatis. Item teſtamentum patris non inſtituentis filios valet, dummodo filij conſentiant. Boer. in deciſ. 14. tamen in generali renuntiatione non venit legitima niſi expreſſe fiat cum iuramento, Boer. in dicto loco, & vide quæ poſui in l. fi. ſup. de pact. Item teſtamẽtum tempore peſtis valet cum quinq; teſtibus. Item in itinere peregrinationis, etiam cum duobus teſtibus valet in militia belli. Item ſi teſtator eſſet illiteratus, & neſciret ſcribere, requiruntur octo teſtes. Boer. in deciſ. 128. vbi habes quot modis teſtamẽtum valeat non habens perfectum numerũ teſtium. Item teſtamentum etiã, quod nõ ſit ſignatum per ſubſcriptionem, vel ſigillum teſtium inter liberos valet etiam ſi liberis eſt ſubſtitutus conſobrinus, vel alter affinis dummodo quod non ſit de liberis, & teſtamẽtum, quod non valet reſpectu ſolemnitatis, non tenet quo ad ſubſtitutos. Boer. in deciſ. 140. vbi ample ad iſtum. §. vbi de teſtamento eæci. Item ſi teſtator vocat filios naturales legitimos in teſtamento, efficiuntur legitimi. Boer. ibi. Item mater ſubſtituta, vel conſanguineus liberis in teſtamento inualido non valet ſubſtitutio; ſed bene inſtitutio quoad liberos. Boer. deciſ. 241. Item ſi filia quæ per ſtatutum excluditur ſi eſt ſubſtituta in teſtamento inualido valet ſubſtitutio. Boer. in d. deciſ. licet teſtamentum factum per Presbiterum Parrochianum coram duobus teſtibus valet. c. cum eſſes, de teſtam. Abb. ibi tenet, quod valeat, tamen glo. tenet, quod non, quæ eſt communis. Item teſtamentum clerici facientis alium clericum hæredem factum per Notarium Apoſtolicum valet: ſecus ſi hæres eſſet laicus. Capi. in deciſ. 210. Item ſi declaratur coram teſtibus, videlicet lego tali, dicitur codicillus. Paul. de Caſt. in l. proxime. ff. de his quæ in teſta. del. Mangrel.

Ex hoc tex. not. quod ex teſtamẽto inualido nihil debetur, quod limita multis modis per Gul. Ben. in c. Raynutius, in ver. ſi abſq; lib. num. 158. cum pluribus ſeq. Quid ſi notarius nõ recitauerit teſtamentum inter liberos coram teſtibus propter mortem teſtatoris ſuperuenientem, an valeat, vide Guid. in deciſ. 538. & Dec. conſ. 488. in 2. dub. & quid ſi teſtator fecit ſcribere totam eius voluntatem, & ordinauit, quod liberentur teſtes, & notarius, tamen præmortuus fuerit. Dec. ibidem. de Bottis.

Fœminis.] Nota quod in teſtamento inter liberos poſſunt eſſe teſtes fœminæ, de quibus per Guid. in deciſ. 538. & per Tiraq. de legi. con. in l. noua, nu. 47. de Bottis.

In add. ad verb. non valet.

Ratione voluntatis.] Adde quod hoc limitatur habere locum ſi filij ſunt æqualiter inſtituti, alias ſecus. Dec. conſ. 150. nu. 6. Item etiam inter liberos legitimos militat hic tex. & ad d. conſ. 150. idem Dec. conſ. 349. nu. 8. & cõſ. 319. in fi. & 361. nu. 1. Item teſtamentũ filij in fauorẽ patris valet etiam duobus teſtibus, Ranet. in ſua diſpu. Rodulf. in 7. dub. Item declaratio, & ſcriptura teſtamẽti faciendi, vel lectura ſcripturæ teſtamenti, de quo teſtator volebat rogare Notarium; non inducunt teſtamẽti perfectionem, etiam inter liberos, vel ad pias cauſas: poſui ad hunc in l. contractus. ſup. de fid. inſtrum. & Dec. cõſ. 488. vbi, quod nec his approbatio per filios valebit ſi ibi ſit ſubſtitutio, vel aliàs inferatur ad pactum futuræ ſucceſſionis: circa quæ poſui in l. fin. in prin. infra eod. ex Dec. conſ. 475. Item approbatio teſtamenti non ſolemnis viuo teſtatore non valet. Dec. conſ. 498. nu. 1. & ſic etiam in multis nec per Principem infirmari poteſt: poſui ſup. in l. ſi teſtamentum. ſed quod hic tex. non procedat in legitimatis, Dec. conſ. 612. nu. 3. vſq; ad fi. vbi quod ex communi vſu non dicitur legitimus, quia eſt imago legitimi, & eſt ſicut alchimia, ad quod faciunt, quæ ad hunc, in l. ex facto. § ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Item quoad filios diuerſorum matrimoniorum procedit hæc lex: quia quo ad patrem omnes ſunt æquales. Dec. conſ. 731. nu. 4. Vbi, quod ſecundum nõ ſolemne teſtamentum in quo filij ſunt æqualiter inſtituti tollit primũ. & ſic a teſtamẽto nõ ſolemni ea cã mẽtis teſtatoris nõ dẽant legata ad pias cauſas Boer. i deciſ. 93. & poſui i l. 1. C. de ſacroſan. Eccle. & quod debẽt eſſe æqualiter inſtituti, vt valeat teſtamẽtũ minus ſolẽne. Alex. cõſ. 146. li. 7. & Dec. hic. & Boer. in deciſ. 140. Item ſi teſtator dixit, quicquid ſcriptum eſt in tali carta, eſt mea voluntas: ſi aliàs probatur eſſe eam eius voluntatem valet. Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. & demonſtra. Mang.

Auth. quod ſine.

In prin.) Adde, quod nõ dicitur teſtari in ſcriptis, niſi expreſſe agatur, vel ea cõiectura appareat. Alex. hic: ad, quod faciunt quæ poſui C. eo. tit. in l. hac conſultiſſima. Mangrel.

Auth. hoc inter liberos. §. ſi quis autem.

In prin.) Adde, quod ſi coram 7. teſtibus reuocat teſtamẽtũ cum ſubiunctione, quod vult inteſtatus decedere, eo ipſo teſtamẽtũ irritatur. Dec. cõſ. 582. Mangrel.

In contrariũ facit.) Quãdo ſecũdũ teſtamẽtum tollit primum Boer. in deciſ. 14. remiſſiue: vbi habes, quando valet teſtamẽtum ſi non eſt ſignatum manu propria, ad intellectum huius §. vide Guliel. de Bened. in c. Raynutius, in ver. teſtamentum. in ver. plus dico, nu. 70. fo. 171. Mangrel.

L. Iubemus.

Gl. ſe inuoluit.) Curt. Inn. in conſ. 15. Mangrel.

Et teſtator reſpondeat.) De veritate uide per Boer. in deciſ. 35. nu. 5. & Aym. in conſ. 117. Gram. in voto 34. nu. 13. de Bottis.

Quid ſi Notarius exprimat nomina hæredum.) Adde, quod ſi aliqualiter appareat, quod prius teſtator declaret nolle teſtamentum per peruſfactum mutare, vel ſi Notarius interrogatus fuerit irrequiſitus ab eo, qui hæres inſtituitur nõ valet teſtamentum in extremis conſtituti reſpondentis tantum: & ſecundum hoc limita l. quoniam, C. eo. Ita late Soc. in conſ. 90. nu. 16. lib. 3. & vide pulchram diſtinctionem per Galia. in l. 1. § ſi quis ita. in nu. 4. ff. de verb. oblig. & ibi Bal. Nouel. nu. 7. vbi, nu. 9. tractat an valeat fideicommiſſum vniuerſale, & ibi per Bericell. nu. 16. vbi pulchre exẽplificat quando quis dicatur annuere: & quod valeat teſtamentum reſpondentis ad interrogationem: etiam ſi per annos ante non potuiſſet niſi interrogatus loqui. Soc. conſ. 20. per totum lib. 4. ſed contra teſtamentum factum per eum qui oppreſſus ægritudine nõ poteſt articulate loqui. Cepic. deciſ. 102. 201. infi. ſine ratione tamen pro teſtamento eius qui amiſerat loquelam, Caldei. in conſ. 40. de teſta. Pro teſtamento ad interrogationem Notarij contra primum late Dec. conſ. 489. per totum, omnia contrariatis adducens præſertim de conſanguineis qui fecerunt ſcribi, introduxerunt, & legerunt. Mangrel.

L. Et ab antiquis.

In prin.) Adde, quod ſpeciale eſt in ruſticano, ita, quod non in alio, Alex. conſ. 177. nu. 6. li. 2. vbi nec in peſtifero procedere tradit: ſed contra Dec. cõſ. 284. in prin. per 3. col. vbi etiam æquiparat tempus belli, & peſtis. & quod in bonis Eccleſiæ indiſtincte valeat coram 4. teſtibus. Item in quantum dicitur hic ſufficere aliquos teſtes ſcire ſcribere, eſt ſpeciale in teſtamento ruſtici: ſecus in aliis, vbi omnes literati requiruntur, & hoc in teſtamento in ſcriptis: ſecus in nuncupatiuo. Bar. in l. pen. C. eo. & Albet. in prin. dum dicit hãc legem procedere in teſtamento in ſcriptis. Poſt Cin. in 3. not. & melius Odofr. dicens ſi teſtes ſunt illiterati poterunt teſtari per nuncupationem, & per hoc eſt tex. in l. filii. in fi. C. de codicil. Item ſolemnitas a ſtatuto requiſita tempore peſtis, Dec. conſ. 514. Et quid ſi propter mortalitatẽ plures haberi non poſſint an valeat, Affl. in deciſ. 25. in primo dubio contra Bal. hic. Item ſi tempore peſtis reddatur ius, non remittitur ſolemnitas teſtamenti Dec. conſ. 612. in fi. Mangrel.

Item hæc lex facit.) Vide Gul. Bene. in c. Raynutius. in ver. teſtamentum. in primo, nu. 54. cum ſeq. de Bottis.

De hæred. inſt. & quæ perſo. hæred. inſt. non poſ. Rub.

L. 1. qui deportantur.

IN prin. (Ad materiam iſtius l. vide Maran. in rep. l. in poteſt. nu. 123. cum ſeq. ff. de acq. hæreditate. de Bottis.

Poſſet fortè dici, quod re vera peregrini. i. qui nõ ſunt de Imperio Romano nõ poſſunt inſtitui, & eſt, quia hæreditas eſt de iure Ciuili, & hi qui peregrini ſunt eius beneficio non gaudent, vt patet de patria poteſtate, in prin. Inſt. & fecit, quia ll. dicuntur pacta humanæ ſocietatis. 8. diſt. c. quæ contra mores, quibus pactis ſolum ipſi ſocii, qui ſub eodem iure viuunt gaudeant: ideo procedit comparatio, quod deportati etiam ſunt excluſi a beneficio iuris Ciuilis. Itẽ bannitus a Regno perdit iura ſpecialia Regni vbique, communia autem in Regno etiam circa ſucceſſionem, Loff. conſ. 45. nu. 8. vbi de intellectu huius l. Mangrel.

L. cum proponas.

Voluntate dominus.) Adde, quod ſi caſus expreſſe apponitur dictio, tunc, per illam dictionem fit, vt nullo alio modo ad alium caſum porrigatur. Dec. in conſ. 89. nu. 3. vbi ſunt caſus notabiles. Mangrel.

L. extraneum.

Si moritur, vel non moritur. De iſta conditione vide omnino Loffred. in conſ. 9. per totum. de Bottis.

L. quoties.

Inſtitutus in certa.) Iſta eſt communis opi. vt per Alex. conſ. 164. col. 1. & ibi an talis inſtitutio poſſit adimi in codicillis directo. de Bottis.

L. cum in libris.

In prin.) Contra Reg. huius l. quod hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres, eſt tex. in l. qui liberi. ff. de vulg. & pupil. ſed aduerte ſm Bal. hic, col. 2. in 3. oppoſ. quod in his quæ tranſeunt ad hæredem hæredis habet locum Reg. huius l. ſecus in his quæ nõ tranſeunt, vt in caſu d. §. hæc verba. vbi erat oſtenſa affectio ad certum hæredẽ, & ideo nõ intelligitur de alio: & tunc demum hẽt locum hoc quod dicitur affectione quando de ſuo hærede mẽtionem facit teſtator, ſecus ſi de eius in quem diſpoſitio ſit, fiat mentio per teſtatorem. l. in annalib. ff. de legatis, & faciũt, quæ de affectione notat Bar. in d. §. hæc verba, & patet ex tex. ibi, quia nõ ex iudicio hæc verba. Itẽ ſi ſit adiecta dictio, meus, ad primũ reſtringit, Dec. cõſ. 518. nu. 9. de quo dubio per tradita in l. 1. de vulg. & pupill. Itẽ deſcẽdẽtes ex deſcẽdẽtib. dicũtur deſcẽdẽtes. Dec. 319. nu. 2. ver. nec obſtat. Itẽ cõtra hãc reg. facit: quia verba immediate intelligũtur, vide Dec. cõſ. 49. nu. 12. ſtatutum, quod habẽs cauſam a debitore militat etiam in habẽte cauſam immediate, Neguſ. de pignor. ib. vol. 1. fol. 151. nu. 12. & de iſta materia quomodo intelligitur

intelligitur. vide Dec. in l. quæ legata, in fi. ff. de reg. iur. & Ancham. in conſ. 130. Mangrel.

De inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus. Rub.

L. cum ſunt.

Iſtud eſt valde difficile.) Vide late per Dec. in conſ. 485, de Bottis.

L. conditioni.

Quæro ſecundo.) Gul. Ben. in cap. Rainutius, in ver. cuidam Petro, in prin. de Bottis.

L. ſi pater.

Vlterius oppono.) An cōditio caſualis reijciatur, vide Ioan. Dilectum de arte teſt. in tit. de lib. inſt. caut. prima, nu. 2. & ibi, quid ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaria, & de conditione poteſtatiua, uide ibi caut. 4. de Bott.

Quādo legatum, uel inſtitutio.) Vide Guid. omnino in decıſ. 456. vbi ponit eaſdem de filio præterito, & inſtituto, & ſubſtituto, an rumpat teſtamentum. de Bottis.

L. generaliter. §. cum autem.

Sine liberis.) Adde, q ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filiis, euaneſcit his exiſtentibus tempore mortis, licèt poſtea nō durēt, Dec. conſ. 218. nu. 7. 8. & ſequētibus, & idem eſt in ſimili qualibet conditione, vt verificetur in primo actu exiſtentiæ, Afſl. decıſ. 73. per totum, maxime in ver. Item hoc additur. Item ſi inſtituatur Titius, & ſic verificatur, & expirat inſtitutio in perſona Titii, & nullum ius competit, Dec. conſ. 228 nu. 2. ad, quod uide quæ addidi ad Bar. in l. Gallus. §. quidam recte, in litera c. & add. conſ. 208. ad eundem conſ. 169. nu. 13. & 187. nu. 1. 2. in ver. ſimiliter tradit in eo qui inſtituit Titium, & filios etiam ab inde in anteà naſcituros, & nu. 3. 4. quod nec iſto caſu clauſula codicillaria habet vulgarem fideicommiſſariam, & nu. 7. quod nullo modo extēditur de perſonam, ad quæ omnino vide eundem in cōſ. 377. nu. 1. vſque. 3. vbi de fideicommiſſo iuncto ſi ſine filijs, nepotibus, vel pronepotibus, etiam quod expiret ſi deceſſerit cum filiis, quicquid de illis poſtea contingat, & nūquam ſit extenſio de perſona ad perſonam, & adde etiam quæ poſui ad hunc in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 4. in materia conditionis voluntariæ. ſed quid ſi dictum eſt, quod filię filiorum ipſorum doteotur? non euaneſcat fideicommiſſum per exiſtentiam filiorum, Dec. conſ. 477. per totū. Item ſubſtitutio facta in defectu filiorum, & eorum filiorum, non euaneſcit liberis extātibus, licèt ſecus eſſet ſi diceret, ſi deceſſerit ſine filijs, per Dec. q limitat ſuas cōcluſiones. Item in cōſ. 480. nu. 8 vbi & nu. 6. tradit, quod hoc caſu duæ ſunt cōditiones, & propterea nō euaneſcit in prima. Item licet ſufficiat ſemel extitiſſe: fallit, ſi ex mente teſtatoris aliter appareat. Soc. in l. ſolemus, col. 2. in ver. quam concluſionem. de condit. & demonſtr. vbi in fine, quod ſi indefinite cōſideretur defectus liberorum, puta ſi fiat ſubſtitutio deficientibus liberis quandocūq; deficient, etiam mortuo ſubſtituto, diſpoſitio verificatur & ad d. cōſ. 218. Dec. idem 513. nu. 2. 3. Item pro decıſ. So. in l. ſolemus, fuit, quod ſubſtitutio de duobus antiquioribus de domo nō conſumetur in prima vice poſui in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo ſignif. & Dec. conſ. 516. num. 16. vbi nu. 14. quod diſpoſitio pro deſcendentibus intelligitur in infinitum, & Soc. refert, & ſequitur Dec. conſ. 585. nu. 4. per totum, quod ſufficit ſuper extitiſſe tempore mortis. Mangrel.

L. ſi teſtamentum.

In prin.) Nota, quod ſubſtitutus excluditur ſi naſcitur filius naturalis hoc non procedit ſi ſubſtituta eſſet Eccleſia, etiam ſi naturalis eſſet legitimatus per Imperatorem, Hip. ſing. 131. Mangrel.

De impuberum, & aliis ſubſtitutionibus: Rub.

L. præcibus.

Contra matrem nō admittitur.) Nota, quod tacita pupillaris nō excludit matrē, hoc autem limita: niſi ex coniecturis appareat aliter voluiſſe teſtatorē, puta quia reliquit ſubſtituendo p exonoratione conſcientię, & aliis modis vt per Ang. hic, 3. colu. cū aliis adductis per Cort. in ver. anima quem omnino uide. De ſubſtitutione compēdioſa facta impuberiam excludat matrem ſi impubes moritur infra pupillarem ætatem. Alex. in conſ. 52. de Bott.

Si verò fiat iſta inſtitutio. Vide decıſ. Afſl. 367. vbi tenet talem ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam omni tempore. Alex. in conſ. 105. de Bottis.

Leuiter tranſeunt.) Et, quod ſit omni tempore fideicommiſſaria matre exiſtēte in medio, poſt multa tenet Afſl. decıſ. 367. in primo dubio, ſubdens in finalibus verb. quod fructus interim percepti per pupillum ſunt matris, & quod ſit directa, & q mater hēt legitimam, poſt multa p, & cōtra, Dec. in cōſ. 218, nu. 4. loquitur Afſl. in ſubſtit. ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis: tradit, quod habebit mater duas quartas, & uide hoc in l. centurio, col. 6. verſ. e principaliter, ſed contra matrem. Dec. conſ. 572. ſi ſit dictum, q ſubſtitutus ſuccedat filio in bonis omnibus, uel quia in dubio debet directa iudicari, ſed idē 315. nu. 5. reprobat coniecturas, quæ contra matrem adducebātur. idem. 332. tradit, quod ſi apponatur dictio, tunc, non continebitur pupillaris, quia, vt mater excludatur coniecturæ debent eſſe efficaces, q debet fieri interpretatio pro, & quod fratres teſtatoris non faciunt ſufficientem coniecturam cōtra matrem. An autem tacita pupillaris excludat fratrem. Bulgarin. in ſua diſput. & opinio eſt, q mater habeat legitimam. Idem Dec. conſ. 643. nu. 5. Item ſi ſit ſubſtitutio extraneo directo ſemper. Item ſi dicatur ſi talis non ſit hæres volo, quod de hæreditate fiat hoſpitale, vtique ſubſtitutio efficitur caduca, cū non ſit directa neque fideicommiſſaria. Boer. in decıſ. 38. vbi habes quando efficitur caduca ſubſtitutio. Item quando quis poſſit priuari legitima, Ale. de præſum. fol. 47. Mangrel.

Tunc remanet dubium.) Adde etiam, quod muto, & ſurdo exemplariter ſubſtituitur. Dec. in cōſ. 311. in prin. vbi, quod comprehendit exemplarem: licèt cōtrarium decidat in illo caſu per totum cōſilium notabile. vbi nu. 5. pro ſubſtituto exemplariter nō poteſt fideicommiſſo grauari, ea, q mutus cui exemplariter ſit ſubſtitutum non poſſit grauari. circa quæ cogita. Mangrel.

L. humanitatis,

Vel filii ſi ſunt.) Adde, quod diſpoſitio huiuſmodi. ita demum procedit, q requiratur concurſus mortis vtriuſq; ſi ſuperſtes ſuccedat, quia ipſius fauore hæc diſpoſitio emanauit. Dec. in conſ. 383. nu. 4. Mangrel.

L. cum quidam.

Extiterit in perſona vnius.) vide Aym. in conſ. 153. nume. 4. vbi limitat hoc dictum. de Bottis.

L. ſi quis duobus.

In prin.) Pœna impoſita Capitaneo, & Antianis, media a Capitaneo, & media Antianis debetur. Bal. in l. ſi quis Titio. ff. de vſufr. accreſc. legatum iuris patronatus Titio. & fratribus ſuis ac Seio, intelligit quod Titius, & fratres eius ſimul unam, & Seius aliam dimidiam habeat. Dec. in conſil. 112. Idem in cōſi. 320. col. pen. & fin. vbi datis intellectibus tribus ad dicta uerba tenet idem & loquitur in fortioribus terminis: videlicet, quādo fuit dictū, Titio, & filijs, expreſſis nominib. videlicet Horatio, Scipioni & Pōpeio, & cōtra quæ plura addit. Idē in cōſ. 385. vbi reſpōdēdo omnib. cōtrarijs firmat. idē, q videatur omnino, & vide Iacobinum hic poſt Paulum nu. 5. & Dec. nu. 5. an aūt in prædictis caſibus portio vnius deficiēs accreſcat omnibus, vel illis q deficientis ſint cōiuncti magis, ad quod in l. Titius. in fi. ff. de vul. & pupil. ſi inſtituatur Titius, & filij fratres æquis portionibus habebunt omnes virilē, propter clauſulam, æquis portionibus, Dec. in conſi. 597. nu. 8. & 9. ſi contra ſunt plures ex vna parte & alter ex altera, cum retractus nil operatur inter illos plures, ad hunc in l. 2. §. 1. ff. de leg. 2. ſi teſtator mandat diſtribui omnia bona per conſules artis, & eius hæredes, conſules vnam, hæredes alteram diſtribuent. Alex. in l. & ſuum. §. hodie. ff. de pact. Mangrel.

De liberis præter. vel exhæredatis. Rub.

L. cum poſt.

Ex qua nota in prin.) An verbum maſculis, adiectum in inſtitutione cohæredis, intelligatur repetitum in ſeq. vide Guid. in decıſ. 485. de Bottis.

L. ſi auus.

In locum patris ſui.) Limita, vt per Alex. in conſi. 20. pen. col. vol. primo, et vide omnino Capi. in decıſ. 21. nu. primo, vol. 6. de Bottis.

L. Maximum.

In prin.) Adde quòd ſtatuta præferentia maſculos fauore agnationis cōſiderate videntur facta, poſui in l. 1 de verb. obl. Mangrel.

Auth. non licet.

In prin.) Adde quod ſecundum communem opinionem præteriti, vel exhæredati, ſine iuſta cauſa, reddunt teſtamentum nullum. Glo. contra Bar. in auth. nouiſſima. nu. 165. de inoff. teſt. Item non ſufficit, quòd ſit relictum pro ſua portione, vt dicatur inſtitutus, Dec. conſi. 631. nu. 6. contra communem opi. in caſu illo. Mangrel.

Auth. ex cauſa.

In prin.) Filia præterita per ſtatutū excluſa, donec maſculus viuit non pōt teſtamentū dicere nullū, ſed mortuo filio dicit nullū, quia per ſtatutū ſtante maſculo excluditur. Bar. in cōſ. 2. itē exhæredatus pōt ſuccedere in feudis. Tiraquel. de retr. ſol. 41. nu. 47. Item filia præterita ſtantibus maſculis non rumpit teſtamentum patris. Afſl. decıſ. 158. Mangrel.

Ad materiam huius Auth. vide latiſſime Gul. Ben. in c. Rainutius, in ver. in teſtamento. in primo, nu. 229. cum plur. ſeq. de Bottis.

Aut eſt præteritus a teſtatore.) Adde quòd etiam ſi filius approbare, non recōualeſcit, vt per Doct. in l. ſicut certi. C. de teſta. Cott. in verb. teſtamentum in quo. de Bottis.

Quod legata non debeantur.) Quid in legatis factis pro exoneranda cōſcientia. vide Bald. in l. filio præterito. ff. eo. & Cott. in ver. anima, & Alex. conſi. 40. primo vol. nu. 5. 6. de Bottis.

Quando filius iam natus.) Hanc etiam rationem ponit Bar. in l. 3. §. fi. ff. de lib. & poſth. de Bottis.

De qualibet præteritione.) Ampliis hoc habere locum etiam ſi legatum eſſet factum Eccleſiæ, vt per Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. libertis. num. 65. de quo ibi nu. 71. & 72. vbi quid pro reſtitutione male ablatorum, & quid in legato facto amico. ibi. nu. 78. de Bottis.

Adde quod communis eſt opinio, quod ſi ſit ignoranter præteritus non cōſeruantur legata magna, & fidei cōmiſſum, Dec. in cōſ. 490. vbi per totum, limitat niſi appareat cogitaſſe de liberis, vel ſuper vixerit ita, vt potuerit mutare teſtamentum, & non fecerit latè pro fideicommiſſario. Mangrel.

Si aliquis filios habet.) Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in uerb. filios, nu. 4. 6. de Bottis.

Ab ignorante, & tunc debeātur.) Vide Alex. in conſ. 41. primo vol. n. 6. & Gul. Ben. in c. Rainutius, in verb. in eo teſtamento. in primo, nu. 229. cum ſeq. ubi limitat, & declarat. de Bottis.

Quia ibi teſtator.) Corruptus eſt Bar. vide eum in l. filio præterito. in quinta co. circa fi. ver. ego tamen. de Bottis.

Ablatius abſoluti.) De hoc vide late per Soc. l. fall. ſois. in prima reg. de Bottis.

Exhæredationis, vel præteritionis.) Ad iſtam rationem uide hic Curt. nu. 3. de Bottis.

Præteritio eſt nullam mentionem facere.) Iſta opinio probatur. etiam in l. omnimodo, ſupra de inoff. teſtamento. de Bottis.

Ingratitudinis inſerta.) Vide Gul. in c. Rainutius, in verb. in eo teſtamento. in primo, nu. 228. de Bottis.

Aut ſuit adiecta cauſa.) Contra hoc videtur tex. in. §. noſtra. Inſt. de exhæred. gl. tamen ibi ſoluit. de Bott.

Quantum ergo ad modum.) Hoc videtur falſum, prout ſupra ſolue. de Bottis.

Si vero loqueris.) Vide Dec. in conſ. 8. nu. 3. de Bottis.

Ideſt quatenus nō valet.) Nota hoc & vide Alex. in conſ. 19. nu. 12. vol. 6. vbi ponit pulchram determinationem. de Bottis.

Teſtamento per querelam.) Vide Bar. in l. 5. nu. 9. de iure codicil. de Bottis.

Iam natus, ſed quando præteritus.) Vide Glo. Pariſ. in conſuet. §. 1. glo. 3. nu. 6. & 7. de Bottis.

Quæro an ex vigore iſtorum verborum.) Adde Guid. in decıſ. 323. & Alex. in conſi. 19. nu. 11. vol. 6. Io. Dilect. de Arte teſt. in ti. de li. inſti. caut. prima, nu. 3. de Bot.

Adde pulchra verba in repet. l. in ſuis, col. 12. de lib. & poſth. vbi tenet, in quod quo ad præteritum, vel exhæredatum non transfunditur effectus dictæ clauſulæ, nec inſtitutio obliquatur: imo penitus euacuat, & hoc: quia et hodie exhæredatum filium, in patre dementia fingitur: ergo, quo ad id, q ſuccedit loco inſtitutionis: licet, quo ad alia non fingatur demens, ad hoc. l. Titio. in glo. alleg. & hoc tenet Igneus hic, qd eſt contra communem: tamen ſubſtentatur caſu in quo querelaretur teſtamētum fratris turpi perſona inſtituta. Dec. conſ. 561. 530. & reuera opinio eſt vera generaliter, vt notanter tradit Igneus refutans communem. Dec. conſ. 86. nu. 3. & 128. nu. 7. & 242. nu. 2. & 369. nu. 2. Item non conſeruatur tacita vulg. vel tacita exemplaris. Bulgarin. in ſua diſput. in vol. diſput. vbi etiam an vigore ipſius clauſulæ poſſit para defecta, quæ ex teſtamento per ius accreſcendi competiiſſet. Mangrel.

De Poſthumis hæredib. inſtituēdis, uel exhæredādis. Ru.

L. vxoris.

In prin.) Nota quādo quis videatur approbare teſtamentum: nā ſi eſt præteritus

poſthumus, tūc adhibeas iſtā diſtinctionē hic traditā, & ſi aūt ſumus in iam na tn. ita ēt, ut hīc. quid ſi ſit poſthumus, vel iam natus, & agnouerūt legata: quādo p agnationē legatorū videtur approbare teſtamētū. dic 2. ꝙ ſi agnouit legata videtur approbare teſtamētū. filio præterito, ff. de inu. rup. ſi ſūt petit legata & fuit excluſus ex eo, ꝙ teſtator alienauit illud legatū, & tunc, non videtur approbare teſtamētū. l. nihil intereſt. §. ſi filius. ff. de inoff. teſt. hoc voluit Paul. de Caſt. in d. l. filio præterito, nu. 7. & quādo videatur approbare, Bar. in l. Clodius ff. de pet. hæred. Mangrel.

Si filius tacet per annum]Vide Curt. in l. 2. nu. 74. in ſi. ſupra de cōtrahēd. & Guid. Pap. in dec. 416. & 597. de Bottis.

L. quidam.

Addit. in ver. cōtra. in diſpoſuit circa verū.] Præciſus ē vētre l octauo mēſe illico mortuus, trāſmittit hēreditatē, pr̄s ſi adrā ad quoſcūq; Dec. cōſ. 623. p 10 ū. Mā.

De iure deliberandi, & de adeunda hæreditate, vel acquirenda. Rubrica.

L. licet.

ADdit. in ver. longo tpe, in prin.]Si nō adiuit ex teſtamēto infra 3. annos poteſt infra alios. 30. adire ab inteſtato. Tiraq. de retrac. fol. 275. nu. 70. vbi etiam vſq; ad 120. annos petare poteſt. Mangrel.

L. ſi te bonis.

Ad id quod hic.] An autē fideiuſſores teneantur vide Hippol. in Rub. de fideiu. nu. 345. cum ſeq. vide zanet. in 13. differ. iuris ciui. & Cano. de Bottis.

Addit. in ver.] Ad quæſt debitor. Affl. dec. 19. & adde Iaſ. hic. Mangrel.

L. ſuum heredem.

In prin.]Repudians bonorū poſſeſſionē vū liberi, venit ex capite vnde legitimi. remittendo vnū ius non videtur remittere aliud ad idē tendens. Dec. cōſi. 236. nu. 5. limitans ſi remiſſio ſit realis conceſſio Caſtro ſub aliquib. conditionib. quibus non ſeruatis recedat: ſi poſt concedatur ciuitas ſub qua ē iſtud caſtrū cum oib. Caſtris ſuis, ſi amittatur Caſtrū ob non ſeruatas conditiones, poteſt retineri ex vi primæ, et ſedē conceſſionis. Bal. in ſtudmſt. nu. 4. de off. deleg. & quæ ad hunc in l. 3. §. ſi. ad Sillan. Mangrel.

L. nec emere.

In prin.] Adde, ꝙ pauper cogitur vendere terram ruinoſam diuiti, qui poſſit aliā ędificare. Soares. i § diui, nu. 8. Itē, à cōtra cogitur qs nō vēdere donec vēdātur res curiæ. vt in Coſt. Reg. Magiſ. Procurat. §. illud. Itē colonus potius domino dē. vēdere fructus. p Firm. in ver. Colonus, nu. 58. cogitur quis vēdere domū p ędificādo, vel amplando monaſterio. Cępol. in tr. de ſeruit. nu. 4. & idē p Eccle. de nouo ędificāda. Pau. de Citadinis de iure Patro. vol. 9. car. 89. i 33. quæſt. 10 caſus quib. cogitur vēdere, & quib. cogitur emere. Fabian. de Empt. & vend. vol. 1. fo. 119. 10 38. Vaſallus cogitur dño vēdere res venales, & Regia Cur. cogit ſibi vēdi ſal, vel aurū. Luc. in l. 1. C. de Metall. l. 11. laniator negans mihi vendere carnes tenetur pœna iniuriarum. Affl. da mc. Pruthom. vol. 12. fol. 165. nu. 5. & 10 Conſil. mulcę ll. & ꝙ quis cogit vendere domū, vel fundū p ampliāda Eccle. Gram. in dec. 75. Itē Baro cogit cōcedere feudū, ꝙ eſt ſolitū cōcedi agnatis, & p ximiorib. Pariſ. de Reinteg. feud. in verb. iuxta præmiſſa, fo. 4. Soc. in Reg. nu. emere, ꝙ nū tenetur quis vendere, ſed qñ ſtatuto, vel pacto tenet quis vendere nū tenetur hēre fidē de pretio, Tiraq. de Retract. fo. 117. Glo. in l. Iulianus. §. idē Celſus. ff. de actio. emp. enumerat caſus, quib. tenetur vendere. Mangrel.

L. cretionum.

In prin.] Adde tex. in l. ſi debitor, & ibi Doct. Bal. & Sali. infra de ſent. paſ. & per Bal. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. pro quæſt. vide Bal. in conſ. 63. incip. ſolum de ſubſcripti. col. 1. vol. 5. & Hip. in Rub. de fideiuſ. 80. col. nu 325. Io. de Amic. conſ. 68. col. 2. & oino Barb. in c. ex parte, nu. 103. de reſcript. & Calc. conſ. 66. col. 2. Paul. conſ. 209. col. 2. vol. 2. & vide tex. in l. 1. 2. C. de ſent. paſſ. & Guid. dec. 38. nu. 2. & Gram. in deciſ. 8ñ. & Affl. in dec. 19. in ſi. & 181. nu. 5. vbi an impediatur litis ingreſſus. de Bottis.

L. ſi infanti.

In prin.]Adde ꝙ ius impuberis reſtituit aduerſus nō aditionē, & ſic fruſtratur hæc lex. Soc. conſi 153. nu. 28. & ſeq. lib. 1. & late Aret. in conſi 169. in prin. pro ſenti conſultatione, per totum, & quæ poſui in l. cū antiquiorib. Mangrel.

Ad idē.] ad materiā iſtius l. vide Marācā in rep. l. 15. pōſt, n. 56. ff. de acq. hæred. & nu. 57. in ſi. de Bottis.

Secundo dicitur hic.]Adde Guid. in dec. 300. de Bottis.

Formoribus nā quæſtionē.]Vide Dec. in cōſ. 87. col. prima. de Bottis.

Omiſſis truſſis.]An autem ius dicē 'di nullū tranſmittatur p filium ꝑteritum: vide Iaſ. hic, & Cott. in uerb. ius dicēdi. An aūt hæreditas filij ex primo matrimonio non adita per pīm trāſmittatur, ad filiū ex 2. mr̄nio. Aym cōſ. 37. nu. 4. de Bot.

L. cum antiquioribus.

In prin.] Adde ꝙ circa hanc. l. multoties. competit hæredi reſtitutio in integrū ad deliberādū, licēt quis decedat neſciēs ſibi hereditatē delatā l qui duos hic allegata ſm intellectū Iac. de Arena ibi relatū p Bar. quē ibi defendit Soc & in ſumma circa hanc l. oadit ibi Bar. & poſt eum Soc. ex quib. in effectu, reſultat qđ rato importat, ꝙ ignorauerit, quod nunꝗ conditor huius l. conſiderauit. Itē ēt fideicommiſſum vigore clauſulæ codicillaris irritato teſtamēto tranſmittitur. Capi. dac. 89. 1. dub. Itē ius ſubſtitutionis ad hæredes non tranſmittitur, niſi talis ſit qui ‘ad. teſtatoris veniat. Idē Dec. 115. nu. 6. & 7. Mangrel.

Videt velle quod hęc lex conigat.]Quid in filio qui elapſo anno non adiuit hæreditatē matris, an ſi in 2. anno moritur tranſmittat ius adeundi: uide Bal. in l. licēt. ſ. eo. & ibi Alex. & Matā. in Rep. l. 15. pōſt nu. 105. ff. de acq. hæ. d. Bottis.

Illā ꝑpetuo poteſt adire.] An. Iudex poſſit ſtatuere terminū infra quem adeatur hæreditas. vide Guid. in dec. 332. de Bottis.

L. cum aliquis.

In prin.]Itē ad probandū conſanguinitatē, & filiationes antiquas ſufficiūt teſtes de auditu. Tiraq. de Retra. fol. 106. nu. 8. Itē quando va ba in ſcriptura probant feudum, Par. de reintegra. in ver. & quid. fol. 13. Mangrel.

In Add. ad verb. Plebanatus. In prin.] Adde ꝙ addidi ad Bar. in l. ſi ſit. § 1. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 2. col. 5. ver. his ſi obſtanb. & aduerte ꝙ nō dicātur inſtrā antiq nſi excedāt annos centū. Affl. in dec. 13. & Alex. conſ. 89 nu. 3. li. 5. & de pbatione finium p inſtrā antiqua, Soc. conſ. 166. nu. 1. vbi tradit in antiquis profec ai inſtrorū pbatione teſtib. & ꝙ requiratur tps cētū annorū, tradit Dec. c. 1. nō. 18. de appellat. vbi. dicit eē cōem opinionē. Affl. vbi ſ. ver. conſiderādū tradit. 40 annos dici antiquum, & in talib. pbationib. p indicia ſufficeṫ, & pulchre de verificatione confirmū idē dec. 55. p. totū, adducēs notabile, conſ. Bel. Itē Affl. dec. 83. verſ. licet pbatio, tadit eē in arbitrio Iudicis, qñ ſactum dicatur antiquum & circa pbatioēm finiū Firmia. in verbo cūfines, & vide Alex. hic. Itē adde, qđ in inſtrīs antiquis non opportet pbare quē eē Notariū, & pſumitur p ſnta antiqua, & ſine introductiōne actorū, niſi p aduerſariū negetur. Affl. dec. 45. ī 1 dubio, col 3. vide ibi oino p quatuor cōclu. in quib. tractat q̃lis fides detur inſtrō antiquo, & enunciatiua in eo, & qualiter dēt coadiuuari: & ꝙ requirat ur ſpacium ann orū, vt dicatur antiquiſſimū. Itē ſi confines ſint variati dēt articulari illemet fundus, q erat olim confinatus, & Paul. in l. . n. 3. §. ſi vnus ex pluribus ff. de condit. & demonſtr. & Bar. in l. demonſtratio. ff. de cōdi. & dem Itē in antiquis teſtes de auditu, & fama pbāt, Dec. conſ. 18. nu. per duas columnas, vſq; ad finē de plurib. coniecturis ad pbandā rem eē Eccl. in antiquis. Item in cōſ. 428. nu. 4. vbi ē ꝙ verba enunciatiua in inſtrīs antiquis pbant. Item pbatio non dē impoſſibilis p lapſum triginta annorū, ſed centum, Alex. conſ. 101. nu. 15. lib. 6. & ꝙ in antiquis ſtetur verbis narratiuis inſtrī. Dec. conſ. 199. nu. 3. & ꝙ probetur ēt dominiū p famā, & credit ēt verbis enunciatiuis in inſtrīs antiquis: & alius verba inducunt notorium, Dec. conſ. 428. & dicit Bal. in c. cū cā, ꝙ recurritur ad inſtrā antiqua, tāꝗ ad ſtipitem veritatis, q ſemp ꝑeminet de pba. nu. 3. & de inſtrīs antiquis quō probent addidi in l. 2. ff. de aqua pluuia arcen., Mang.

L. Scimus.

In prin] Adde oīo de materia inuentarij, & eius forma, & effectu, Ang. l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſicui pluſq̃ p l. falci. & aduerte, ꝙ ſiqs ſine proteſtatione de faciendo inuentario adit, licēt poſtea conficiat in tēpore, nū prodeſt, ut ipſe notabiliter tradit ibidē in ultima col. uer. caueant aūt oēs hæredes, & adde ꝙ ſi in hæreditate nihil extat, ſūc p teſtatio co à iudice, quod nihil eſt in hereditate, ſufficit p inuētario. Bel. in l. ſi. nu. 66. qui bonis cedere poſſ. & oia requiſita inuentarij. tradit Angel. Aret. inſt. de hæredū qualitate, & diff. § extranea, nu. 1. ſal. hic nu. 3. Item ſi heres pmiſerit, vel nominauerit non gaudebit hoc bñficio. Dec. conſi. 37. nu. 4. Item ſi hæres compromiſerit pdit bñficiū p̄dictū. idem nu. 100. nu. 8. Item ille cui eſt commiſſa confectio inuentarij poteſt præcēdentes in hæreditate audire, ſed non decidere, Affl. in conſti. Regni, poſt mortem, num. 33. Item 8. requiſita ad confectionem inuentarij per ordinē tradit Dec. conſi. 633 nu. 6. Item non citans creditorem, cuius notitiam non habebat propter citationem contra eum expeditam non incuſatur inuentario. Capic. deciſ. 101. idem de eo de quo facile notitia haberi poteſt, Loffre. conſi. 32. nume. 8. ſequitur de modo, ſic & in hæreditate adhuc requiritur confectio inuentarij, qđ facit ad declarationem d̄ctæ deciſionis Bal. cuius contrarium in tuto e notaui ad hunc in l. tutor qui reuertorium. ff. de admini. tutor. Item deſcribens bona in inuentario cum proteſtatione, ꝙ ſit ſibi ſaluum ius dicendi non eſſe hæreditaria nil facit, Gozadinus in Ledia, in ſi. ſupra de eden. & quòd ſi nominauerit, vel reformauerit debitum, non gaudeat, idem Dec. conſi. 496. nu. 12. Item Clericus citatur coram layco in confectione inuentarij, ad Soc. in c. ſi Clericus, num. 41. de foro compe. ca Dec. in conſi. vltimo, num. 1. & vide tractat. inuentarij, volu. 6. Porcellini, & alium Guidonis Papæ, vol. 5. fol. 157. non eſt conſuetum creditores ſpecialiter vocari, ſed per proclama, nec tot ſubſtantialia de conſuetudine obſeruantur. Capic. in deciſ. 101. Item currit minori tempus cōficiendi inuentarium: tamen reſtituitur, glo. in l. auxilium. ff. de minor b. Imò contra quadriennium ab annis. 18. vſque ad 22. poteſt fieri inuentarium, Alex. conſi. 210. 2. vol. & Aret. conſi. 148. Mang.

§. Cum igitur.

Inuentarium incipi debet.] Quid ſi in hæreditate non ſunt bona, an ſit ſiēndū inuentarium, & an credatur hæredi quòd non erant bona in hæreditate, videtur Loffr. in conſi. 32. nu. 8. vide Guid. in deciſ. 571. & ibi in elapſo dicto tempore poſſit heres reſtitui per reſcriptum principis. de Bottis.

Erit ergo forma inuentarij. Vide Ang in l. 1. §. hæc ſtipulatio. 4. col. ff ſi cui pluſq̃ p l. fal. vbi debēt citari ē p̄tē ſ. eſ ſi creditores, licēt. non ſint vari, & ꝙ in hoc debet attēdi cōſuetudo vide Capic. in deciſ. 101. & Bal. cōſi. 36. 4. vol. inci. inuentariū, & an ſint nominatim citandi creditores vide Dec. conſi. 251. nu. 5. & an citatio gñalis liget clericos, vide Angel. vbi ſ. 10 tract. de inuen. poſito. poſt. d. l. 1. & de for. inuētarij, vide Gul. Ben. in 1. Raynutius. 10 ver. mortuo lo r. nu. 398. & de clericis ſi poſſint citari coram iudice laico in cōfectione inuentarij vide Dec. in conſi. ſi. nu. 2. an aū hæc cit. gñalis p̄iudicet, vide Aym. conſi. 89. nu. 6. de cit. gñali ſi ſufficiat, vide Loff. in conſi. 32. nu. 8. & an creditores abſentes debeant citari, & quō intelligant abſentia, vel pſentes, vide ibi. de Bott.

§. & ſi præfatam.

Debet eſſe ſine damno.]Imola in l. quæ dotis. ff. ſol. matri. vbi dicit ꝙ inuentariū proficit non ſolū contra actiones hereditarias, ſed ēt mixtas. Hæres conficiēs inuentarium poteſt venire contra factum defuncti, ſi nil ex hæreditate remaneat. Item hæres non conficiens inuentarium retētionem habet in caſu de quo per Bal. in l. debitoris, nu. 4. de pact. ſup. ibi Dec. Item ſ c t d te curato em hæreditati, vt cum eo probet creditum ſuum Iacobin. in §. in computatione, nu. 7. Item etiam ſciēter poteſt heres alieni ex creditoribus gratificare, & ei ſoluere. Bal. hic in fine cuius contrarium tenet hic Bar. in l. ſi. & Paul. nu. 8. ib, quia ſcit, vel ſcire poteſt alios ſubeſſe, & idem de mente Pet. de Bella pe t. videtur eſſe hic, col. 3. ibi. ſi ſoluere primo legatarijs primo venientibus bona fide, & dum ſubdit aliud eſſe ſi dolo, ſed ſi etius non perderat ſolum ſcienter ſicut Paulus, præſumitur ſoluiſſe de pecunija hæreditatis, uel p ecio eorum hæreditatia venditarum ad hunc in l. 1. ff. ſol. matr. & Soc. ibi, col. 2. 3. Tertia cautela hæres eſt quòd faciat citari, & graduari omnes creditores. Guido Papa de forma inuent. ſol. 136. nu. 19. Item creditores petentes ſeparationes bonorū defuncti à bonis heredis, ſi dicta bona non ſufficiunt non tenetur de ſuo hæres, & ꝙ non fecerit inuentarium, vide Soc. conſi. 16. lib. 3. Rom. conſi. 345 Mangrel.

Non exiget, & ut l. contraria.] Quid ſi authoritate iudicis ſoluit, vel ab eo coactus, vide Minadoi in deciſ. 9. & ibi quid in debitore debitoris ſoluente creditori creditoris. de Bottis.

§ in computatione.

Hue debet probare per teſtes.]Nota, quòd ſiquis eſt deputatus ad exigendō, vel expendendū debet pbare per teſtes ſi expenſæ ſunt magnæ ſeu ſi ſunt minutæ ſtatur iuramēto expēdentis, & creditoris, & facit tex. in l. ſi C. de iu doint. imper. & Par. de ſyndicatu in verbo officiali. ſol 258. & poſui ad hunc in l. 1. C. vbi de ratiocin. opor. oportet. Item ſi quis fuerit diſrobatus in aliquo Territorio, & non poſſit probare quantitates pecuniæ, & rerum ſtatur iuramento ſuo tantum, vide, quæ poſui ad hunc in l. 1. ff. de itinere actuque priuato, § per. licēt in poſſeſſione in recolligendis fructibus præſumuntur expenſæ factæ in ion, & alimenta facta pupillis, nam non dicendum quòd alimententur de vento. l. ſi ita. de alendis pupil. Bar. in l. cum ſeruus. ff. de verb obl. idem Bar. in l. non ignorat. ſupra de fructibus, & litium expenſis, Mang.

Item quæro, quid ſi defectus.]Vide Alex. in conſi. 30. nu. 7. 8. vol. 6. de Bottis.

Putant ve baſtatu teſſe interpretanda.] Not. hanc rationem, & adde Dec. conſi. 356. col. 2. vbi amplius etiam ſi ſtatutum aliàs nihil operaretur de Bot.

Vltra quartam.]Adde, quòd hoc procedit, & ſi diſpoſitio aliàs nihil operaretur. Dec. conſi. 356. nu 4 & adde, quæ poſui ad hunc in l. 1. §. ſiquis à Principe. ff. ne quid in loco pub. Itē ne quis indebite damnificetur pactū inter fratres, ꝙ collectæ cōmuniter eis ſoluantur, non permittit priuilegium alterius ex eis exempu

pti.Dec.conſ.374.per totũ, & nu.7. Itẽ ne quis indebite patiatur quid p verba vniuerſalia, quod mater extantibus agnatis quod nullo modo reſtringatur, ſi agnati ſuccedant. Dec.conſ.383.in fin. Mangrel.

Duplum refunde.]Sic & ex inſpectione actorum pſumĩ non interueniſſe aliquas ſolennitates. Soc.in c.1. in 7.not.de hæ.cõteſta. & de hac materia, Iaſ.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matrim.num.181.& Soc.in conſ.107.difficultas,col.2.lib.1. al às dĩ qđ p inſpectionẽ oculorũ probatur negatiua, Alex.in conſ.227.col.6.lib.4.nu.33.ſic & ille qui datur inter nõ ſoluẽtes præſumitur non ſoluiſſe in matricula collectarum, Bar.in l.placet,col.pen.in prin.C.de ſacroſanct.Eccle. Item qualibet negatiua põt pbari p diſcuſſionẽ,& pbationẽ,& relationem factã per nũtios de cõmiſſione iudicis, Alex.poſt Bar.in l.in illa.ff.de verb.obli.nu.12.ſi donator dicit ſe nõ habere,& demũ vide pcipit alimẽta,transfert onus probãdi in contrarium in donatarium. Item ſufficit ſi maritus dicat ſe non hẽre in bonis & conuenianter in quantum facere põt, Affl.decif.377.col.2.& ad id, qđ dixi de inſpectione actorũ, vide ad hunc in l.his,qui.de tẽpo.appel. Itẽ ſi ex inſpectione teſtamenti pbatur negatiua, quod fideicõmiſſum nõ ſit. Dec.cõſ.218.nu.6.etiã pbans ſe cõſanguineum,& negans ſubeſſe pximiorẽ,hẽt intentionẽ ſuã fundatã, Dec.conſ.321.nu.1. Item allegans,non ſubeſſe debita in hæreditate non hẽt intentionẽ fundatã, idẽ cõſ.331.nu.4. Itẽ ſic,& vxor negãs ſubeſſe alia bona, ex quibus cõſuli ſibi poſſit hẽt intentionẽ fundatã, Dec.cõſ.519.nu.7. & ad prædictũ dictũ Soc.in c.2.in 7.not.de litis cõteſt. vide oio,quæ p,& cõtra ad hunc adduxi in l.pdicta,hi,qui ad curia, & ad dictum Bart.in d.l.placet Alex.conſ.55.nu.35.lib.4. Itẽ p aſpectũ teſtamẽti pbatur negatiua,quod quis non ſit nominatus in teſtamẽto, Dec.cõſ.424.nu.19. Item ex inſpectione, quod nõ reperiatur vbi debuerat trãſmitti pbatur negatiua,quod nõ fuerat trãſmiſſa. Firm.in verbo acta.nu.40 Itẽ p librũ extaſti pbaſ.quẽ nõ eſſe ſoluẽdo, poſui ad hunc in l.ſi certum,de dona. ſic & probatur negatiua de perditione rei probãdo oẽm diligentiam factã in perquirẽdo ex authoritate ſuperioris. Aretin.c.ſi.de p ba.nu.3. Item allegando quem ſine liberis deceſſiſſe, poſui ad hunc in l.ex facto.§.ante pen.ff.ad Trebel.ex Capic.in deciſ.119 nu.11 ſequitur dictã intẽtionẽ, & opinionem Dec. quod hẽt intẽtionẽ fundatã probans ſe coniunctũ,quod nemo ſit pximior,de quo ad hunc io l.ex.ff.de pba.& dictum Bar.hic non procedit ad ſimplicẽ aſſertionẽ hæredis,ſed tũ demũ ſi oſtẽdit inuẽtarium legitime confectũ,Loff.conſ.32.nu.10.& 11. Item negatiua quod non ſoluerit gabellam, vel collectam,quod non ſit excõicatus quõ probatur ex inſpectione libri gabellæ collectarum, vel excommunicatorum, & Dec.conſ.496.nu.7.8. Mangrel.

§.donec tamen.

In prin.] Ad iſtũ §. vide Guid. in deciſ.171.& vide Pet. Duẽ.in reg.567.vbi ponit quinq; limit. & oin Sitar.in reg. l.poſtrem iud. fo.555.col.1. & ibi quid in legato ad pias cauſas, fo. ſeq.& multa alia. de Bottis.

Tempora nõ currant.]Adde,quod ſnia lata contra defunctũ poterit exeq cõtra hæredem & intra tps inuentarij, Affl decif.145.poſt Paulũ hic. Itẽ exceptio nõ cõfecti inuentarij,põt opponi et poſt ſniam, Boer. deciſ.53. Itẽ d. dictũ tps nõ põt hæres cõuenire,ſed põt hæres conuenire debitores,fallit in tutore, q non põt conuenire,nec conueniri,niſi prius facto inuentario. Boer.in d.deciſ.ſed iſte §.limitatur ſi decretum hæreditarium ẽ reuocatum ex conuentione hæredis Boer.deciſ.prædicta, & Angel.conſ.31. Mangrel.

§.ſin verò poſtquàm.

Legis concordantiæ ſunt in glo.]Vide Guid.in deciſ.571.Alber.in §.2.C.2.ea.l. & Alex.hic omnino.de Bottis.

§ ſin autem hoc aliquis,

Quandoq; quis. petit tempus.]An hoc tempus conficiendi inuentarium currat ignorãti, Tiraq.de Retra.lign.§.35.glo.4 nu.15.de Bottis.

De repu. vel abſtinen. hæreditate. Rub.

AD Rub.]Firmianus in ſuo tractatu in verbo,filius hæres, nu.54. Item q deſiſtat petere facit res hæreditarias, videtur repud are, Soc.conſ.45.nu.2.lib.4. vbi de eo q oſtẽdit ſoluere alij, vt hæredi. Itẽ de filia petente, vt excluſa, de eo q conneſius aliqd de fundo debebat, ſe defẽdit,q a, vt hæres, & de eo, q ab alio petit id qđ ſibi à defuncto debebatur, ad qđ Paul.in l.debitori, nu.9 C.de pact. tradẽs hoc ita demum pcedere, ſi ſciẽs hæreditatẽ ſibi delatã petat à veniẽtibus poſt eã, & melius Alber.ibidẽ,col.1.circa qđ adiuerte, qđ per qs aliquem, vt hæredẽ cum pteſtatione,quod ſint ſalua iura, ſi qua in futurũ ſibi cõpetitura, Capic.deciſ.70 Item differ.an qs repudiet, vel renunciet nõ ſucceſſurum, q.i ſ.do caſu adire dſ, Loff.conſ.12.nu.6. Dec.I l.non vult hæres eẽ,n.2.de reg.iur. Itẽ expilans hæreditatẽ cẽſeſ repudiaſſe, Affl.deciſ.95. in p.in. & ad Loff. adde quod ſic & renuncians alteri donationẽ ſibi factã videſ prius ſibi acquirere, Soc.conſ.35.nu.27.lib.1. vbi ſi quod illa immediate acqſitio pp aliud facta nõ ẽ in conſideratione, quod poſui in l.qui autem.ff.quæ in fraude credito. Mangrel.

De edic. diui Adriani. Rub.

L. Quamuis

GLo optime ſol.ſi eſt verum.]Adde Guid.deciſ...&161. quãdo dicatur requirere altiorem indaginem, & Dec.in conſ.84.de Bottis.

Scdo opp.quod eſt exp.] Decla a,& limita, vt p Loff.in conſ. nu.6.& 12.§.ſi. de Bot.

Qđ defũctus dicebaſ ſeruus.]Pet.Gerard.in ſing.23.Aym.in cõſ.104 l pri.de Bot.

L. Edicto.

In prin.]De materia huius l. Aret.in § quadrupli, de actionib. nu.43. vſq; ad 46, Item & in feudalibus hæc lex militat ſi certa ſit diſpoſitio de iure. Affl. deciſ.119. Item ad ſubſtẽtandũ immiſſionẽ nõ obſtante incertitudine inſtitutionis,& tũ in nẽm euentũ ad idem tẽdit,& nõ obſtante appoſitione fideicõmiſſarij non tamen poſſidẽtis ſine vitio, Dec.conſ.218.nu.2. Itẽ in ſimili adipiſcẽdo poſſeſſionẽ bñficij corã iudice layco pfertur ille, q hẽ titulũ ex ſui facie non vitioſũ, & Dec.cõſ.210.p totũ.& quod ille,q ex ſui facie nõ appellaſ nominatus in teſtamẽto, licẽt p interpretationem velit pbare nõ ſit legitimus cõtradictor. Dec.cõſ.467.nu.13. Item ille q ex hac lege immittẽdus eſt, mul.o fortius manu teneretur. Dec.conſ.445 nu 4. Item petitio vniuerſalis ſit in hoc remedio. Cyn.hic in fine & Alb,col.pen. Item & ſi aliqs ex reb hæreditarijs hæres poſſideat cõpetit hoc remediũ Alex hic,nu.61. contra Cyn. Item requirẽtia altiorẽ indaginẽ nõ admittunſ Alber.hic col.5.& col 7 ve l.aut contradictor.& quod & in ſudo competat iuxta deceſſiõẽ Alex. Alber.hic col.4. Itẽ petitio vniuerſalis ſit in hoc iudicio, Alber.col.ante pen.verſ. Item quæro ſi ſcriptus, Aret.in § quadrupli, nu.46 inſt, de actio.verſ quinto qualiter. Itẽ petens reſtitutionẽ rei, vel pœnæ fructus non videtur tetaſſe remediũ huius l. Alex conſ.148. nu.2.lib.5. vbi,quod non daſ contra eũ q offert incontinẽti pbare,& quod hoc remediũ cõpetit & in confirmetur Alex.hic in fine & quod & in feudalibus cõpetat Dec.conſ.184.nu.9. vbi quod conſtitutus durãte interim curatori in eragnatos,dſ requirere altiorẽ indaginem,& non impedit immiſſionẽ. Item forma libelli quõ debeat fieri ex edicto iſtius l.vide Spec.in codo in verbo ſequitur, ver.vltimo quærĩ. Itẽ ſi qs fuerit hæres inſtitutus p fideicõmiſſum in teſtamento po erit agere, ſed ſi fideicõmiſſarijs in teſtamẽto fuerit à codicillis, relicta hæreditas, & codicilli nõ fuerint facti vna cũ teſtamento.ſi poterit iſte fideicõmiſſarius agere ex hoc edicto, Boer.dec.156.ſi reperiantur duo teſta eadẽ die confecta neutrũ valet Boer. dec.311. Mangrel.

Qui ſtatuit, vt quicũq.]An diſpoſitio huius l.tollaſ p ſtatutẽ,quod poſſeſſio defuncti continueſ in hæredẽ, vide Bal.in rub.de cã poſſ & propric. pen.col & Cottã in ver.decreto Mediol.vbi late de intellectu huius ſtatuti, p Dec.in cõſ.84. An hæc l.habeat locũ in feudis. Affl in c.1.in prin.ſi de feud. fu. cõtro.fo 24.1.col.3.li.& Cot.vbi ſ.& ibi an appelleſ à decreto ſup immiſſione huius poſſeſſ. vide Doct.relatos p Cottã vbi ſ.in ſi. & adde Dec.conſ.424. vbi quid in feudalibus. Sic adde,quod hoc edictũ cõpetit,& hæredi poſſidẽti, vt cõfirmeſ eius poſſeſſio, late Guid. Pap.dec 219. & Dec.conſ 84. an remediũ huius l.cõpetat curatori hæreditatis iacẽtis, vide Alex.conſ.4.nu.11. vol.2.& ad materiã huius l. vide late Igneum in auth.ex cauſa, nu.85.cum ſeq.de Bottis.

§.ſin autem.

In prin.]Vide Cottã in d.uer.decreto. Med. de Bottis.

Prætextu rei vel ſimilis] Vide Igneũ in auth ex cauſa, nu. 80.cum ſeq.de Bottis.

Videtur quòd vitio viſibile.]Nota.& adde quòd tale teſtamẽtũ,ſeu inſtrumẽtũ abraſũ põt teſtibus coadiuuari, & ſufficit vnus teſtis, vt declarat Bal.in l.ſi veritas, nu 4.C.de fideicõmiſ. de cuius dicti ueritate vide Iaſ.in 6 col.hic,& Felin.in c literis, ult.col.de fiſtru.& Cottã in uerb. abraſio, & in uerb.inſtrumentũ raſũ, & quid ſi tale teſtamẽtũ hẽt additiones, vel interlineaturas in protocollo.extẽſio tamẽ i publicã formã nõ ẽ abolita, nec cancellata, an habebit executionẽ iux. formã huius l. vide Iaſ.hic & Cot.oio i uer.inſtru. publica de Bot.

Vide omnino oratio Bened. Cap. in conſil. 34. & Guli. Ben. in cap. Raynutius in verb. & vxorem 1. deciſ. nume. 70. cum pluribus ſeq. Crot. in conſi. 265. in 4. volu. & in conſi. 286. primo volu. qui tenet contra Bart. hic, Couar. omnino in Rub. de ſucceſſ. ab inteſt. nume. 2. fol. 397. & de intellectu huius l. vide omnino Alex. in conſi. 29. & vide Loffred. conſi. 32. colū. 31. & 4. & ibi quid in patruo, & auunculo. de Bottis.

L. cum oportet.

In prin.] Adde quòd hic vſusfructus durat etiā poſt mortem filij ſi pater in nullo ei ſuccedat, Nap. in conſuetud. filiusfam. nu. 25. quæſita ex induſtria propria ſunt filij, Dec. 620. incl. in præſenti, vbi conſiderat quoſdam caſus, & ſubdit, quòd in dubio ſunt propria. Mangrel.

Quæro ſi pater dedit filio.] Vide Ioan. Crot. in l. frater à fratre, nu. 75. de cond. indebi. de Bottis.

Quæro quid tamen.] Adde quòd in cauſa Brancatiorum cum illis de Tolſa per ſacrum Conſilium relatore domino Antonio Orificio fuit iudicatum, quòd reſiduum dotium ſoluatum per Ioannem Antonium Vulcanum in vita Lucæ Antonij patris præſumatur ſolutum de pecunia, & bonis paternis, & propter

res declarauit, quòd non deducto eius tamen ære alieno, fuit menſe Februarij 1565. Actuarius Iubenus. Vide omnino Gonſ. conſi. 100. & Tiraq. de retract. lign. §. 1. in glo. 9. no. 60. 61. & Neu. ua. in Sil. Nup. fol. 1. 34. nu. 10. Crot. in l. frater à fratre, nu. 73. & vide Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. b. done. nu. 88. vbi quòd ſi pater conſtetur emere de pecunia filij. Et vide Aym. in conſi. 195. nu. 8. vbi loquitur in quacunque perſona. de Bottis.

Auth. excipitur.

Licet aſſerens.] Soc. conſi. 74. nu. 10. 11. lib. 1. plura adducit quòd hæc auth. non militet in patre, qui tranſiuit ad ſecunda vota, quia non habet proprietatem patris ſoæ. Mangrel.

In addi. ad verb. excipitur, in prin.] Item nec in beneficialibus habet vſumfructum, & ad eum peculium inſtituit filio, & filius alienat ad ſui libitum, & dicitur peculium quaſi caſtrenſe, Affl. deciſ. 231. in princ. Item ſi relinquit filio, & ipſi filio ſolua ui non quæritur patri vſusfructus, Dec. 318. in fine. Item in rem quam ipſe pater donat habet vſumfructum, Capic. deciſ. 56. nu. 3. Item in dote filiæ aduentitia ad eam reuerſa pater habet vſumfructum, Aret. in l. 2. §. quod ſi in patris, col. 2. ver. ſed aduerte ibi ff. ſolu. matrimonio in lucro dotis filio familias relicto pater non habet vſumfructum, ad hunc in l. Lucius. ff. ſolu. matrimo. de Bottis.

L. Item hæreditas.

In prin.] Adde quod ſi pater, qui ſucceſſit cum filio in bonis alterius filij tranſiens ad ſecunda vota tale: et quòd perdit proprietatem dictorum bonorum, & remanet vſufructuarius tantum nu. 162. in authen. ex teſtamento, de ſecund. nup. an pater habeat vſumfructum in illa portione quæ filio delata fuit ex ſucceſſione fratris, vide Crotum in Rep. l. frater a fratre, de condi. inde. nu. 53. poſt Aret. in conſi. 72. de Bottis.

L. idem eſt. § ſin autem.

Quid dicemus breuiter puto.] Adde Doct. relatos per Ioan. Crot. in repe. l. frater è fratre. nu. 43. de condi. inde. de Bottis.

L. cum non ſolum §. neceſſitate.

In prin.] Adde quòd ſi filius ſit minor non ſufficit patris conſenſus, ſed curator dari debet ad litem, ad hunc in l. 2. ſupra de bonis maternis adde not. dictum Ang. in l. ſed ſi de ſua, quam legit cum l. hæres, ad finem. ff. de acquir. hær. quòd præſumatur quis filius familias; & ideo cautum erit prope finem ne hoc allegare, quia tunc non poterit amplius eſſe ſui iuris, & iudicium erit nullum. tu vide circa hoc ſcribentes in l. ſi emancipati, ſupra de collat. & maxime Cagnol. coln. 9. nume. 89. & nota, quòd conſenſus pōt præſtari in qualibet parte iudicij etiam poſt concluſum. Affl. deciſ. 180. filius familias. Item pater agens cum filio cenſetur ei conſentire. Dec. 614. in fi. de quo ad hunc in l. cum filius. §. 1 ff. de don. an pater poſſit authorari in facto proprio ad hunc. in l. ſi conſul. ff. de adoption. Item ſi filius iurat in iudicio ſine conſenſu patris non tenet iuramentum Hip. ſing. 40. nepus non poteſt facere contractum ſine conſenſu aui, tamen poteſt in religionem intrare cum conſenſo patris, ſine conſenſu aui, Hip. in ſing. 130. Item pater agens pro filio debet nomine filij agere, & in tutore, & quid in dubio? Tiraq. de retract. folio 154. numero primo. Item adde quòd in accuſando non requiritur conſenſus patris, Ang. de malefic. in verbo, ad querelam, numero 81. Item adde quòd conſenſus poteſt interuenire in quacunque parte iudicij Affl. in deciſ. 180. per totam, & quod dictum eſt in accuſatione hic, eſt verum ſolum in publicis iudicijs per auream dictum Angeli, quod addi ſupra de bonis maternis l. prima, Landran. de conſe vol. tertio, folio. 112. numero quinto, quòd conſenſus patris non poteſt ſubſequi ratificando acta. Mangrel.

Ibidem.] Adde quòd ſi fertur ſententia in fauorem filij familias ſine aſſenſu patris valet, vt per Tiraq. de ll. Connub. in glo. 6. num. 72. de Bottis.

Sol. gloſſatores noſtri.] An in iudicio ſummario requiratur, Tiraq. de ll. Conn. in glo. 6. nu. 9. de Bottis.

Non poteſt filius ſine conſenſu patris Tiraq. de ll. Connub. in glo. 6. numero 9. cū ſeq. vbi multa ſimilia. de Bottis.

Quæro quando pater.] Vide Tiraq. de ll. Connub. in glo. 4. numero 28. de Bottis.

§. filijs autem.

In prin.] Vide late Gul. Ben. rep. c. Raynutius. in verb. matrem, num. 71. de Bottis.

Non ſolum.] Ex voluntate non poſſunt, ſecus ex neceſſitate. Bald. Salyc. & Caſtr. in l. pen. qui bonis cedere poſſunt. Mangrel.

De Hæreditatibus decurionum naui. Rubrica.

L. ſi quis nauicula.

IN prin.] Ad materiam iſtius ſimil. vide per Doct. in l. prima, ſupra. Vide etiam, & per Gul. Bene. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem 5. deciſ. numero 232. & 233. de Bottis.

De vſucap. pro emp. vel pro tranſa. Rubrica.

L. ſi contra.

NOn etiam primam gl.] Prohibita venditione quæ venit, vide Barb. & quæ ibi addita ſunt in rub. de Reb. Eccle. alien. de Bottis.

De acquirenda, & retinenda poſſeſſione. Rubrica.

L. ex liberis.

IN prin.] Duodecim limitationes poſuit ad hanc l. Aret. in §. ſed iſtæ nume. 12. Inſti. de action. Item hæc auth. non habet locum in ſucce. immediato in iacēte etiam agit publiciana Affl. deciſ. 40. ver. ſed ad hoc reſpondetur. Item recipiēs ex datione in ſolutum nulla dicitur in mala fide. Ita quòd emens ab eo non præſcribit Fulgos. 190. col. fin. quinque limitationes Bald. ad hanc in volu. 3. de præſcri. fol. 10. Mangrel.

Quando ſeruus, vel colonus deijcitur.] Quando admittatur, vel retineatur poſſeſſio ciuilis, vide omnino Aym. in conſilio quinto. numero vigeſimo, cum ſeq. de Bottis.

De

De longi temporis præſcriptione. Rub.

AD Rub.] Negu.de pig vol.5. fol.238.in 11. memb. 4. par. principalis præter Eccleſiam in qua certum tempus ſtatutum tradit.quòd contra hypothecam præſcribitur annis decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, niſi adſit mala fides, tunc enim vtro debitore annis 40.niſi 30.annis,ad hunc in l.fi. ſupra titulo primo.Item præſcriptio, & priuilegiũ concurrere poſſunt, Dec.371. nu.29.Alex.in l.de pupillo.§.qui opus.ff de noui oper.nunc.Item in præſcriptione cuius initij nulla extat memoria non requiritur bona fides. Boer. deciſ.39. vbi præſcriptio centum annorum non currit contra pauperes incertos, vel eorum executores, & poſt centum annos habent quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum.Item in præſcriptione centum annorum non conſideratur ignorantia, adeo q̃ etiam ignorantibus currit.Boer.in d. deciſ. & de dicta præſcriptione poſui ad hunc in l.fi.ſupra de ſacroſan.eccle.Item quæ ſint impedimenta contra quæ nõ currit præſcriptio.Boer.deciſ.40.vbi probari debet impedimentum,& quæ ſint quæ impediant præſcriptionem,vide Bart.in l. naturaliter.ff.de vſucap. Mangrel.

L.Cum longi.

In prin.] Quoad exonerandum, ne quis incidat in obligationem propter denũciationem non factam,ſufficit q̃ denunciandus ſit abſens, hic l.ſecus ſolu. matri.probatio præſentium debet eſſe liquida,liquida præſumitur, & tñ præſumitũ præſentiã rei quo ad hoc,vt verba inſtrumenti addit, & probẽt traditiones, Rom.506.nu.12.23.vbi q̃ eo trahentium etiam præſentia præſumitur.Item per verba inſtrumenti in potentia ſtipulationem præſumitur abſentia,Bu gar.de præſcrip.vol.3.car.48.nu.1.vbi limitat,niſi habeat domicilium in eodem loco, quod vltimum tenet latè Soc.in conſi.121.nu.1.lib.2.Item abſentia probari debet per eum qui ſe fundat,Loffred.conſi.10.nu.3.& ad hunc in l.abſentia.ff. de dona.abſentia præſumitur iuxta quæ tradit Affli.de iure protom. volu.ca.fol. 268.vide quæ poſui in l.fi.pro ſuo,ad hunc. Mangrel.

De quadriennii præſcriptione. Rub.

L.Bene à Zenone.

A Fiſco.] Vide Fely.in c.quæ Eccleſiarũ nu.34.vſque ad 39.de conſt.Cap.Regni Neap.& ſi frequenter fol.4. Affli.in conſti.exceptiones ſituationis. nume.7.& ſequ.tot in præludijs. . . . nu.14.Item ſi fiat conceſſio cũ beneficio huius l.dicitur abdicata Iuriſdictio,& cõceſſionarius dicitur tutor, Affli.deciſ. 361.ver.6.ratio hęc tñ nõ militat in cõceſſione tui Eccleſiæ. Item præſumitur ſide bona Principem concedere. Item etiam Vicarius vtitur poteſtate huius cõceſſionis Curt.iun.in l.hæres abſens.nu.16.de iudicijs vbi poſui. iſta l. non habet locum,quando venditur rei.l.aliena. Affli.in d.conſti.nu.7.9. Mang.

De præſcript.30.vel 40.annorum. Rub.

L.Prima.

IN prin.] Adde q̃ 30.annis præſcribitur officiũ Iudicis iure adeundi, & contra repræſalias, Dec.172.nu.8.Item ſi vendantur publica ſubhaſtatione bona minoris,minor reſtituitur,ſi eſt læſus,Boer.dec.141.& poſui in l.fin.C.de reſti.in integrum.Actio perſonalis in rem ſcripta præſcribitur cõtra tertium poſſeſſorem ſpatio decem annorum,Tiraq.de retract.fol.71.nu.14.vbi habes quando procedit præſcriptio contra tertium poſſeſſorem. Mangrel.

L.Sicut.

In prin.] Aduerte q̃ poteſt præſcribi ius conducendi,ſeu affictandi, Affl.deciſ. 390.ver.ſed iuxta hoc.& tamen ſi ſit præſcriptum,& ipſe indiget vſu rei, vel ſui proximi,ſeu vaſalli non tenebitur locare,vt ibi ſubdit,& vide allegationes Ruini,& quod ius coloni præſcribatur 30.annis,& reprobata opinione dicentium ſufficere decem annos Affli.deciſ.265.col fi.Item in annuo legato vtique requiruntur tot præſcriptiones quot ſunt annuæ præſtationes;Secus in contractu,quia vna præſcriptio tantum ſufficit, Boer.deciſ.336. & ad hunc poſui in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. Mangrel.

In prin.] An aduerſus iſtam præſcriptionem detur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ,vide latiſſime per Affli.in deciſ.37.Tiraquel.de Retra. lign.§.35. glo.4.de Bottis.

L.Omnes.

In prin.] Adde quòd reprobata opinione Bart.in l.ſequitur.§. ſi viam. ff. de vſucap.cõmunis opin.eſt quòd etiam iſtæ præſcriptiones de iure canonico nõ currant, Balb.in tractatu præſcriptionum,in tertia parte principali, q.13 .Itẽ Deci. conſi.266.col.fi.tradit,ex poſſeſſione longi temporis præſumi bonam fidem,& etiam malam,quæ fuit ab initio,purgari.& idem tradit conſi. 272.nu.9. ad qđ concurro Affli.deciſ.374.& quòd in præſcriptione 30.anno um requiratur bona fides,Dec.conſi.303.nu.5.Item in præſcriptione iuriũ quæ competant, ita demum facta aliqua declaratione non attenditur mala fides. Deci. conſi.554. vbi q̃ hæres præſcribit contra legatarium ante acceptationem legati, hęc præſcriptio non ſufficit vbi ius commune reſiſtit,ſed requiratur quod Bal. dicit de præſcriptione, vol.3.fol.41 nu.10.Item ſi maritus non petierit dotem per 30. annos,actio præſcribitur,ſed non præiudicatur mulieri.Boer.deciſ.328. vbi ponit cautelam ad hoc ne extinguatur actio per præſcriptionem, & q̃ quoties erit facta præſcriptio toties renouetur tempus, Boer.in d.deciſione, & poſui ad hunc in l.in inſulam §.vſuras.ff.ſolu.matri.Item ſi præſcribitur actio perſonalis ſpatio 30.anno.remanet hypothecaria.Boer.deciſ 335.Item per præſcriptionẽ l.dicitur ciuilis obligatio,& ſic modus agendi,ſed non naturalis,Boer. deciſ 344.ſed ſi fuerit conuentionalis,videlicet quando quis obligatur ad certum tempus,tunc tollitur ciuilis, & naturalis Boer.deciſ.394.& per iuramentũ perpetuatur actio,adeo quòd non obſtat præſcrip.30.anno. Boer.deci.328. & Hip.ſing.141.Item actio perpetuatur per litis cõteſtationem, adeo quòd ſi erat 30.anno.durat 40.per litis conteſtationem,Tiraq.de retra.fol.75.& ad materiam vide in l.cum notiſſimi,& idem dicitur in præſcriptione ſtatutaria, vt perpetuetur,& reducatur ad ius commune.idem Tiraq.nu.76.Item reſtitutio quadriennij non procedit nec currit,niſi a die ſcientiæ,Tiraq. de retra.fol.57. nu.43.Item debitor non præſcribit debitum cõtra debitorem per ſpatium 30. annorum,Affli.in conſti.duram conſuetudinem,in 3.not.ver.ego autem. Item ſi res incidit in commiſſum debet fieri deuolutio per quinquennium,aliàs præſcribi ut actio l.2.ſupra de vectigal.& commiſſ.& quòd iuramentum facit perpetuare actionem,Tiraq.de retra.fol.214.nu.9.vbi in pacto de retrouendendo quandocunque ſi adeſt iuramentum,etiam poſt 40.annos, vbi iuramentum,& litis quæſtio perpetuatur per 10.annos. Mangrel.

Bar. ſuper ij Cod.

L.competit.

In prin.] Contra fiſcum quanto tempore præſcribatur,Vide per Guid.in deciſ.419. de Bottis.

An idem ſit in emphyteuta.] Vide Pariſ.in Conſuet.Pariſ.§.7.gloſ. 1.numero 21 de Bottis.

L.Cum notiſſimi.

In prin.] Dec.in cõſ.366.& Rom.conſi.330.Felin.in ca.ſi q̃ ois litteris.in verbo.exprimenda ſunt.de reſcript.qui ampliant dictum clemẽ.2.vt quoad impetrantes citationem ſtatim lis pendeat,& quod per ſolam petitionem interrũpatur præſcriptio.Dec.in l.non videtur cœpiſſe.ff.de reg.iur.ampliatur iſtud dictum, vt etiam ſi petitor remouetur per exceptionem,tamen quoad pœnam promiſſam tenetur amplius rem ratam habe i,& Dec. in d.l.non videtur, & addidi ad l.amplius.Item per litem miſſiuam interrumpitur præſcriptio, Boer.in deciſ.333.Item per agnitionem debiti. Item per extraiudicialem interpellationem interrumpitur præſcriptio Boer.in d.deciſ. Item per iuramentũ Boer. deciſ.iua 328.Item per litis conteſtationem perpetuatur,Tiraq.de retrac.fol. 27.num.75. Mangrel.

Pręſcriptio per ſolam conuentionem.] Adde qđ per proclama interrumpitur talis præſcriptio.Guid.deciſ. 416. & ibi latè de interrup. præſcrip. de Bottis.

Poſſidet præterquam.] Soc. in conſi.131. in pręſenti.col. 3.verſ. ex quibus infertur,vol.1.Bal.in Rub.de pręſcriptio col. penul. Dec.in l.petens,num. 8.ſupra de pacts,Item 30.annis præſcribitur etiam ius petendi executionem ſententiæ ſeu decreti Affli.deciſ.245. in 2.dubio, col.fina.Item aut facultas in actum deducta immediate parit actum iudicium deducibile, & præſcribitur talis facultati offerendi,aut eſt ſequela exceptionis,& non præſcribitur,ita notat Dec.cõſi.164.nu.4.& q̃ præſcribatur contra ſententiam,latè Loffred. conſi.30.nu.Ius offerendi competens per modum actionis præſcribitur Ioannis: ſecus ſi competat per modum exceptionis,Neguſ.de pignor.vol.quinto fol.228.num.32. Idem fol.239.num.24.tradit.quòd etiam ſit præſcriptiom pignoratiuę: quia debitor non obtulerit,tamen poterit debitor vẽdicare offerẽdo debitum.Mang.

Addidi.] Vide latiſſime per Neguſ.in tract.de pigno.in prima par.3.memb.5.par. num.52.de Bottis.

L.In his etiam.

Quæro,reuoco in dubium.] Vide Guid.in deciſ.40 de Bottis.

De annali exceptione. Rubrica.

L. Super annali.

QVæro vtrum illis actionibus] Aym conſil.60.

L.Vt præfectus.

In prin.] Et quòd non valenti agere non currit præſcriptio.Dec. conſi. 468.in fi. ſed contra creditorem currit præſcriptio pignoris ante excuſſionem, Neguſ. de pigno.volu.1 fol.238.nu.3.vbi q̃ contra vxorem currit à tempore inopiæ viri, & contra debitorem a tempore inopiæ debitoris,& q̃ contra actionem nondum ortam currit.Mangrel.

L.Si ex multis.

In prin.] Nota quòd quando libellus eſt generalis,& obſcurus etiam quòd pars opponat obſcuritatem, & conſtet de meritis cauſæ,poteſt ſententia proferri. Item ſi in libello plures cauſas producit, & vnam probat in illa debet obtinere, Boer.deciſio.42.et l.edita ſupra,de eden.Item ſi vna cauſa ponitur in libello,& non obſtat, non poteſt ex alia cauſa ſubſiſtari libellus.Boer.d deciſ. Itẽ ſi reus non opponat exceptionem præſcriptionis,vtique Iudex non debet ex ſuo officio ſupplere;& non oppoſita dicta exceptione procedit iudicium. Boer.in deciſ.344.& poſui ad hoc in l.fi.ff.pro ſuo. Item ſemper poteſt opponi de ineptitudine libelli,ante ſententiam, & poſt adeo, q̃ ſententia redditur nulla,Hipp.ſing.119.Mangrel.

Vltimo not.] Vide Tiraq.de retract.ling.§.8.in glo.5.de Bottis.

Quomodo,& quando Iudex ſententiam proferre debeat. Rubrica.

L.Prima.

IN addit.quædam alia in princi] Adde quòd ſententia principis non requirit citationem,dum tamen pars fuerit citata ad ſe defendendum, Capy.deciſ. 2. nu. 36.Mangrella.

L.Ceſſante.

In princ.] Adde Affl.in conſt.Regni,inconſutilem, numero 56.in quibus perſonis, & quando, & quibus eſt facienda trina citatio, & quando vna. 161.Mangrel.

Not.q̃ monitio.] Limita non habere locum in Regno vt per Affl.in conſt.hiquę nolũ otum.num.11.de Bottis.

L.Si Vt proponis.

In prin.] Not.qđ in Sacro Conſilio Neapolitano non poteſt dici de nullitate ſuę ſententiæ:dummodo non ſit nullitas iuris naturalis; vt citatio, ſed ſi eſt nullitas de iure poſitiuo,ſeu ciuili,non militat in d.S.C.dummodo de veritate conſtet ratio;quia dum ibi fertur ſententia ſub nomine Regis, Rex, ſeu Princeps poteſt ſola facti veritate inſpecta iudicare.Gram.deciſ. 19. & poſui in l.1. inf. quando prouocare non eſt neceſſe.Mangrel.

Appellationis deuolut.] Bartol.in l.ſi expreſſim.C. de appellatio. numero 15. de Bottis.

Si litigatum eſt cum minore.] Qualiter debeat fieri iſta reintegratio, vide Affl.in deciſ.262 in fi.de Bottis.

Feriata fuit ſententia lata.] Gram.conſi.14.ciuil. vbi loquitur quando deficit citatio ad ſententiam.de Bottis.

L.Conſentaneum.

In prin.] Vide Hip.de Marſi.in ſing.100. num.53.ad hoc,vt quis reputetur contumax ſemel an ter requiratur citatio,& quando procedit citatio contra parem. ibi.Mangrel.

Quæro ſecundo ſi aliquis.] Vide Alexan.conſil.130.6.col.volu 4. & Capye.deciſ.33.numero 2.& Guid.in conſi.99. vbi etiam quid ſi tecũ quòd excommunicatus debitor meus,an poſſim contra eum exequi, & in conſi. 105. numero.2. & Iaſ.plene in l.2.num.53. ff.ſi quis ius dic. non obtemp. & in l.2. col.62. de iure emph.& Dec.in conſil.146.col.4.verſic.3 non obſtat, & Hip. in pract.crim. car.67.col.4.numero 53.& Cott.in memor.in verb. ſtatuto cauetur ibi,tertio, quarto,& Hyp.in l. vnius facinoris.§.cuſtodiæ,col.6.ff.de quæſt.& Dec.conſil. 77.in fi.& Iaſ.conſi.9.volu.1 & Alex.conſi.128.vol.quarta.columna.5.& Cap. deciſ.219. in fi.& Bened. in tract.de decoct.fol.187.numero 47.Capye.in deciſ.46.nu.8.de Bottis.

Vt primo.] Iſtud quod dicit Bar. procedit in inſtrumento gua entigato, contra quod nulla admittitur exceptio niſi cedenda um, quando ag tur cõtra fideiuſſorem obligatum inſolidum, Hip. ſi g.7. Bald. in l. ſi ex prædijs. C. de emanc. Dec. conſ. 119. Mangrel.

Auth. Qui ſemel.

In prin.] Iſta auth prouidet contra actorem contumacem, & qualiter ſit procedendum contra reum, & vide ad id Abb. in c. qm frequenter. § 10 alijs, vt lite non conteſt. & quæ ſit differentia inter miſſum in poſſeſſionẽ in actione perſonali, & actione reali, vide Affl. in cõſti. Regni Neap. ei vẽdi ca ione, vbi ponit 10. fallẽtias, & de materia miſſionis ex primo decr. vide cõſt. Regni, ſi quis poſt litem, & quid ſi partes nolũt purgare terminũ datũ à iudice, vtrũ poſſint, nã cõſtitutio Regni cõſtringit dicit, q partes puniuntur, & vide ibi Affl. Mang.

De ſententiis, ex periculo recitandis. Rub.

L. Arbitri.

Hoc non eſt verum.] Affl. in deciſ. 115. de Bottis.

L. Niſi breuiores.

Creditur ergo ſimplici informationi.] Vide Didac. in ſuo primo lib. Var. reſol. c. 1. nu. 9. ver. 6. de Bottis.

In iſtis leuioribus.] Adde Cum. in conſ. 7. col. 4. ver. ex his poteſt inferri, & alios Doct. ſe ſubſcribentes in illo conſ. Lud. cõſ. 12. col. 1. vol. 1. Card. in conſ. 139. col. 3. ver. pro parte fratrum, & vide Curt. omnino in conſ. 31. col. fi. vol. 3. & Rom. ſing 51. de Bottis.

De ſententiis, & interlo. omn. iudic. Rub.

L. 1. non videtur.

In prin.] Quid ſi dominus eſt mortuus, & fuerit conteſtata lis cum procuratore, cõdemnatur, uel abſoluitur procur. defuncti. Alex. in l. Item illa. ſupra de procurator. Mangrel.

Ibidem.] Quid ſi procurator eſt mortuus tempore prolationis ſententiæ: Vide Guid. latè deciſ. 88. & ibi quid ſi ambo ſunt mortui, & ad materiam huius l. vide eundem Guid. in deciſ. 431. de Bottis.

L. prolatam.

In prin.] De nullitate ſententiæ vide Afflic. deciſ. 283. vbi non eſt neceſſaria litis conteſtatio in ſententia per cap. Regni quod incipit, deteſtantes. Item Reus in cauſa criminali ſine dilatione termini defenſiones facere poteſt. Item iudex cauſis cuſtodum carcerum põt audire ſine tribunali ſedẽ e. Par. de ſyndic. in verbo carcer. fol. 79. & poſui ad hunc in l. votis. § fi. ff. de quæſt. qm in authen. ſubo. mus, ſupra de iud. Item ſi non citatur pars ad videndum iuramentum teſtium, non eſt nullitas, Afflic. deciſ. 28. tamen eſt iniquitas, & probationes factæ non probant, tamen ſi datur ſententia valet, cum non ipſo iure ſit ſententia nulla, quando teſtes parte non citata fuerint examinati. Mangrel.

Quædam alius ordo.] Et quòd tẽporis breuitate non præſumitur adhibita cauſæ cognitio in alienatione rei minoris, Dec conſ. 403. nu. 19. & quòd ex breuitate nõ præſumatur interueniſſe cauſæ cognitionẽ, Dec. conſ. 410. nu. 7. I ẽ dam num datũ dic cõpromiſſi eſt nullum, & ſi ante præceſſerit aliud compromiſſum, non tamẽ omnia continens. Soc. conſ. 87 per totum, lib. 4. Item adde tamen quòd vbicũque de exceptione liquet per iura ſe ipſa, ſtatim ſine probationibus pronũciatur, ne partes expenſis grauentur. Lucas in l. quicunque, colum 2. de fun. lim. lib. 11. & quod ſentẽtia, vel laudum ex breuitate temporis ſit nulla, fallit tamen ſi ante compromiſſum fuit coram eo, qui poſtea fuit electus arbiter, Hipp. in rub. de fideiuſſ. nu. 79. vſque ad 81. & tenẽ ſi Papæ, vel Imperator. ex breuitate temporis nulla redditur, Dec cõſi. 544. nu. 17. ubi decla. cõtra Rebellem, & contra ordinationẽ Ciuitatis ex abrupto factã, Dec. conſ. 580 in fi. Item laudum factum ex abrupto eſt nullum. Dec. conſ. 581. nu. 5. Mangrel.

Libelli oblatio lit. conte.] De litis conteſtatione, an ſit de ſubſtantia iudicij, vide Dec. conſ. 302. col. 2. de Bottis.

Quomodo, & quando iudex.] Eo ipſo, quòd aliquid eſt in actis productum à iudice viſum dicitur, Felyn. in c. ſuborta. nu. 5. de re iu. niſi contrariũ appareat, & per Alex. in l. 1. ff. de edenda. Item eo ipſo, quod pars fuit citata, & fuerũt in cã factæ probationes, dicitur interueniſſe cauſæ cognitionem. Dec. conſil. 295. in princ. nam hodie iſtæ ſolennitates ſunt ſublatæ, & ſic lit. conteſtatio non eſt de neceſſitate ſententiæ, Afflic. deciſ. 283. & c. Regni Neap. deteſtantes. Mang.

Examinationem teſtium.] Adde & limita, ut per Affl. in deciſ. 28. nume. 4. & vide Dec. conſ. 295. in primo. de Bottis.

Prædicta vera niſi ex breuitate.] Adde Gram. in deciſ. 15. nu. 10. 11. ubi ampla & in Principe. Dec. conſi. 403. nume. 19. An ſententia feſtinanter lata valeat, vide Alexan. conſi. 123. nu. 4. uol. 4. Dec. in conſi. 150. nu. 5. Geor. Nat. in cap. 4. Clemen. ſæpe. § non ſic tamen, colum. 18. in fin. cum ſeq. de verb. ſig. Dec. cõſi. 295. in nu. 13. Pet. Duen. omnino in regu. 186. & ibi in fin. quid in laudo Arbitratoris. Adde quòd licet ſententia lata non viſis teſtibus ſit nulla, limita non procedere quando pars fuit negligens in producendo, & iudici oſtendẽdo, Fely. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, in prima limit. de conſti. & Fran. Rip. in prima reſpon. tit. de conſt. & limita alijs mod. Felyn. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ per omnes fallentias. de Bottis.

L. ex ſtipulatione.

In prin.] Adde Gram. in deciſ. 15. nu. 10. & in deciſ. 65. nu. 3. de Bottis.

L. libera.

Recipit rem in ſolutum.] Vide Cap. in deciſ. 43. & Affl. in deciſ. 16. de Bottis.

L. poſt ſententiam.

Quæro vtrum ſententia.] Vide Guid. deciſ. 37. & conſi. 236. cũ ſeq. vol. 6. vbi ſententia reintegrationis poſſeſſionis, an poſſit reuocari per iudicem qui eam protulit, & an ſit interlocutoria, vel diffinitiua, & omnino conſi 178. nu. 7. vol. 3. & in conſi. 104. eod. vol. vbi ſententia momentaneæ poſſeſſionis, an ſit interlocutoria, & an ab ea ſit in ſcriptis appellandum, ſentẽtia diffinitiua, quæ dicatur, & quomodo cognoſcatur, Guid. conſi. 197. numero 1. vol. eod. & quæ dicatur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, conſi. 237. & vide Guid. deciſ. 10. cum ſeq. & deciſ. 16. de Bottis.

Auth. & conſequenter.

In prin.] Adde, quòd citatus ex ipſo quod conuenit, vel reconuenit dicitur prorogaſſe iuriſdictionem, Affl. deciſ. 87. Item conuentus non poteſt dare libellũ directo contrarium libello actoris. Bal. in l. ſi iudex. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. ſed quod Dec. cap. in præſentia. nu. 3. de proba. in corporalib. procedit libellus directo contrarius. Hermanotius in § nihil commune. nu. 169. & quòd in caſibus in quibus poſſidens poteſt agere procedit libellus directo contrarius. Bal. in § qui prouocauit, in 15. quæſt. de pac. appellatus petit ſuam ſententiam confirmari. Innoc. in c. dilecti. nu. 1. de appel. in interdicto retinendæ ſi ego aſſero me poſſeſſorem, & dominum tu non es offerre libellum ſimilem in contrarium, Iacob. in l. ſi de vi. nu. 23. ff. de iud. & ibi Paul. col. pen. ver. nam, & frequenter hoc videmus in practica de quo Hermanotius ſupra, nu. 160. cuius primum dictum de quo ſupra eſt originale Bal. in l. vnic. § in primo, nu. 19. de caducis tollen. Item ceſſionario obſtat reconuentio ſi ex cauſa lucratiua venit, Angel. in l. ſi quis in rem. ff. de pericu. vbi Cyn. & alij Doct. C. de compenſa. & vide poſtillam ad Dyn. in cap. 15. qui in ius, de reg. iur. in 6. Item adde, quòd etiam in debito cadit reconuentio facile liquidanda, Alex. conſ. 101. nume. 4. lib. 4. vbi limitat, niſi executiuè agatur, vel non eſt diſceptatio iudiciorũ omnes ſit recon. Soc. 167. nu. 25. 26. lib. . . . vbi de eo qui petit licentiam ingrediendi pane citata. Item vbi implorat officium iudicis non cadit reconuẽtio Hip. in practica § opportune, nu. 71. Mangrel.

Poſſit conueniri.] Vide Affl. in deciſ. 173. qui determinat, quòd ſic, vide conſti. Regni, ſi quis Clericus. Ampliat habet locum et ſi actor Clericus deſiſteret ab actione, tunc Reus põt ſequi ipſam reconuentionem coram iudice layco. vide Affl. prædicta deciſ. & in quibus caſibus procedit, vide glo. 2. in fi. de mutuis petit. & in c. ex tenore, de foro compe. & quòd Clericus conuentus coram iudice layco teneatur ibi reſpondere, facit iſtius mag. Cur. 73. Mangrel.

Quæro quid ſi reus.] Vide Affl. in deciſ. 354. vbi latè de materia. de Bottis.

De ſententiis, quæ ſine certa quantitate prolatæ ſunt. Rub.

Ad Rub.] Sententia incerta eſt nulla. Alex 96. nu. 12. lib. 4. vbi de ſententia cõtinente aliquid diſiunctiue, ſecus in directo. Mangrel.

L. quanquam pecuniæ.

Quandocunque petitur.] Adde q pro executione ſententiæ illiquidæ, eſt neceſſe agere actione in factum, & nõ poteſt implorari iudicis officio procedi, Affl. deciſ. 346. col. 4 ſubdit Bal. in 4. l. 1. ff. de exeq. rei iud. Dec. conſi. 322. nu. 3. adducit multa pro, & contra hanc deciſionem Bar. & diſtinguit, quòd aut ſententia eſt ſuper iure vniuerſali, & procedit hæc opin. Dec. aut ſuper iure particulari, & tunc ſecus. facit, quòd illiquiditas impedit moram. Item ſen tentia, quòd exhibeantur libri dicitur certa, & ſimiliter declarando teſtamentum exiſtens in hor. eo. Soc. conſi. 96. col. 3. lib. 4. vbi nu. 17. quòd ibi eſt neceſſaria liquidatio, non tamen eſt neceſſarium decretum liquidationis. Item ſi quis impedit exequutionem et ſi nec tamen. Item mora probanda reddit inſtr. illiquidum, Capic. deciſ. 46. nu. 1. vbi q breui liquidandum habetur pro liquido. Item declaratoria ſen tentia liquidationis, & ſimilium hæc pẽdente ferri poteſt, Dec. conſi. 613. col. 2. vbi q eodẽ libello petæ hæreditatem ad me ſpectare pp incurſum pœnæ, & in proceſſu liquidatio incurſum pœnæ, Dec. conſi. 633. in prin. Item adde q in terminis huius l. quòd cauſa liquidationis dicitur eadem cum cã principali, et q omnia ibi obſtantia circa examinationem teſtium, & articulos, & alia, obſtant etiam in cauſa liquidationis Afflic. deciſ. 35. per totam. Mangrel.

De ſententiis, quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Rub.

L. vnica.

In prin.] Adde quòd qui promiſit ſeminare triticum, & is non facit, ſed alter ſerit, idem tenetur tantum ad intereſſe expenſarum; ſi verò nec ipſe, nec alter ſerunt, tenetur ad totale, Bald. 205. Inſtrumentum dicit, primo vol. Item ſi promiſiſti aliquid facere, & non feciſti, poſſum petere intereſſe ſi non facis. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Item ſi petitur intereſſe commune, teſtes debent dicere, tantum vendi poteſt, & valet, non autem tantum ego darem, & debent dicere cauſam valoris, videlicet in re ſtabili, & quia difficilius eſt reddere cauſam ſecus in alijs rebus in quibus facilius redditur cauſa, videlicet in frumento, & alijs, & hoc facit quod ſi teſtis dicit Titium occidiſſe Sempronium, ſed facere ad ſui defenſionem probat, quia facilius cauſa reddi poteſt. Dec. in l. quatenus cuiuſque intereſt ff. de reg. iur. & ibi ad plenum de iſta materia, & de intereſſe communi. l. pretia rerum. ff. ad l. falci. Item iudex, poſt concluſum poteſt ex offi. adhibere expertos pro liquid. intereſſe. vide quæ addidi ad hanc in l. ſi quid ex Pamphila. ff. de leg. 2. Mangrel.

Et ideo circa hoc dicas.] Vide per Pet. Duen. in reg. 34. de Bottis.

Ratio illius.] Ad illud lucrum ex induſtria hominis eſt deciſio Affl. 20. Quid dicemus in muliere, quæ non habuit dotem ab hæred. viri, qui fuerunt in mora ſoluendi. vide Affl. deciſ. 283. vbi non datur intereſſe dictæ mulieri paſſæ moram niſi probauerit illud intereſſe, hoc procedit quando mulier eſt diues, ſecus ſi eſſet pauper, quia ſemper deberet, vt in d. deciſione, & hoc procedit in mercatore, qui tantum lucratus fuiſſet ſi haberet pecuniam, procedit ſi exercitatio ipſius eſt mercatoris, ſed ſi feciſſet vnicam mercantiam, non per hoc dicitur mercator. Par. de ſynd. in verbo officiales, nu. 18. Mangrel.

Si vero conuenitur mercator.] Nota hoc pro Illuſt. Marchione Oyræ contra Ioan. de Yerp. vide tamen Corn. in conſ. . . . vol. . . . qui videtur tenere contrarium. Vide infra nu. 30. de Bottis.

Quantum illud factum.] Adde Afflic. in deciſ. 22. nu. 1. vbi ponit quæ requirãtur ad hoc, vt habeatur ratio illius lucri, & limita, vt ibi nu. 3. & vide omnino Capic. in deciſ. 19. nu. 7. & ibi quid in piſcatoribus an poſſint petere lucrum piſciũ non captorum, vide tex. in l. quemadmodum § idẽ que. ff. ad l. Aqu. l. de Bottis.

Iſtud probatur.] Intereſſe commune quo probetur. Dec. in l. quatenus cuiuſque intereſt. ff. de reg. iur. vbi probatur per teſtes tantum valere: non quod ipſe tantum daret, ſed quòd tantum vendi poteſt. Item debet dicere cauſam, tanti valet, videlicet ſi dicit fundus tanti valet, eo quia eſt in bono ſitu, ſed in re, quæ de facili cognoſcitur cauſam, quanti valet nõ opus eſt exprimere videlicet, frumentum tanti valet, & ibi Dec. Mangrel.

Si tamẽ ex aliquib. cõiecturis.] Vide Alex. in cõſi. 77. n. 13. vol. 6. vbi addit. de Bot.

De pœna iudicis, qui male iudicauit. Rub.

Ad Rub.] De corruptione iudicis qui eſt corruptus in ſentẽtiando, pecunia, quo puniatur? Vide Paridẽ in verbo corruptio, nu. 11. 12. fol. 109. & Bar. in l. fi. ad l. Iuliam repetun. Item corrumpens actorum magiſtrum perdit cãm. Iudex corruptus, famã perdit, & damna reficiet, & ſentẽtia eſt venalis, & ob id eſt nulla. Paris ind. loco Item aſſeſſor vendens ſententiam propter pecuniam incurrit pœnam fuſtigationis. Par. vbi ſupra. extat tamen in Regno, cap. quod incipit, vulgaris fama, in verbo concuſſiones, vbi ſi iudex aliquid acceperit pro aliquo faciendo, vel non faciendo, tenetur in triplum fiſco, & facit conſt. Regni, corruptelæ. vbi dans, vel promittens pecuniam Iudici, ſi inſ a

ſies

dies 3. reuelat ſuperiori, euitat pœnam, & deferens habet illud officiale. Item ſi Tertius habuit pecuniam, vt non dicat veritatem ſi eſt, aut non dicere, poteſt accuſari de falſo. Bal. in c. 1. de controuerſ. feud. in c. dom. & vaſ. numero 9 fol. 28. Item ſi teſtis habuit pecuniam, vt celet verum, poſſit e corrumpi pecunia, vt deponat contra eum, a quo prius accepit pecuniam pro celanda veritate, & depoſitum eius valet, Bal. in d. loco, nu. 6. Item ſi pars corrumpit aduocatum, ſi- bi contrarium, videlicet ſi ſit collusio, reddita ſententia nulla? vide Paris in verbo corrumpens, fol. 104. & quibus modis dicatur ſententia nulla? vide Pa. in ver. corrumpens. Item mutuans pecuniam ad corrumpere iudicem, Paris in verbo an ſi tempore, fol. 104. vbi habes ad plenum quando dicatur corru- ptus vbi mediante barattaria, & perſonæ infames poſſunt deponere contra poteſtatem. Item officialis delinquens in officio non debet ad illud amplius redire, Paris, & de quibus officijs poſſit conueniri, vide, quæ potui ad hunc, in l. 1. & 3. ff. de magiſtr. conuen. Item quando officialis tenetur de imperitia ſui officialis quem ipſe elegit Par. in ver. delegatus, fol. 117. Item iudici nõ licet accipere etiam a ſponte offerente, Par. in d. ver. an ſi tempore, nu. 3. & in verbo officiali. Item ſi officialis, qui recepit pecuniam pro ſumma de barattaria, licet ad mittatur in mutui, Par. de ſynd. in ver. multa, ver. in officiali, fol. 71. Item iu- dex promittens ferre ſententiam ob pecuniam, licet poſtea pœnituerit, Boc. dec. 153. vbi habes, qua pœna veniat puniendus iudex, & quot modis corrum- pitur. Item iudex non obſeruans ſtatuta Ciuitatis cum iurat illa obſeruare, Pa ris. de ſynd. in verbo, ſtatutum, fol. 84. vbi excuſatur ſi per decennium nõ fue- rit obſeruatum dictum ſtatutum. Item ſi iudex fuerit corruptus pecunia, vel committit barattariam ex coniecturis admittitur probatio, imo teſtis inhabi- les admittuntur c. Regni Neapo. vulgaris famæ, fol. 31. & Par. in verbo, qui ſe- mel, fol. 295. Item ſi reus ſponte confeſſus eſt; non ſunt indicia, Iudex condẽ- nans eum ad mortem tenetur, Boer. dec. 595. Mang.

L. De eo qui pretiũ.

Communiter approbatur.) Nullitas dicitur iniuſtitia, & decens ſententiam iniu- ſtam, & probans nullitatem obtinens, Fel. in c. cum contingat, in fi. de off. de- leg. tamen iudex nullam ferens ſententiam non tenetur in ſyndicatu, ſi non fuerit ta- lem ſententiam exequutus, Iaſ. in l. 1. nu. 3. ſupra, vt omnes iudices. Mang.

Sent. reſcin. non poſſ. Rub.

L. imperata.

IN prin.) Adde, quod impetrans reſcriptum contra ſententiam tranſactam in rẽ iudicatam eſt infamis, & repellitur a teſtimonio, Grat. d. in ſing. 20. vbi militat in ſententia lata ex conſilio periti um, de quo in c. propoſuiſti, ad Dec. de pro bationibus. Item commiſſio cauſæ tranſactæ in rem iudicatam, requirit clauſu lam non obſtante, & quod ſit expreſſus tranſitus in rem iudicatam, Loffred. 20. nu. 15. Iaſon in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iu. & Cagnol. in l. ſi quis maior, nu. 19. ſu- pra de tranſact. vbi, quod non appelletur, audiatur tamen per viam querelæ, ad quod Alex. in l. fi. nu. 28. ſupra de edic. diui Adr. toll. Guido Papa de reſcriptis, vol. 8. fol. 14. nu. 48 Mang.

De fructibus, & litium expenſis. Rub.

AD Rub.) Nota, quando quis debet condemnari in expenſis. Alex. in l. prope- randum. §. ſin autem alterutra. de iud. Item ſi præſtauit iuramentum calum- niæ excuſatur ab expenſis, quando quis non eſt in culpa temeritatis calumniæ. Alexand. in d. loco, & facit conſt. Regni Neap. pœnam calumniæ, & Par. de ſynd. in ver bo confeſſio, fol. 337 & in verbo, an ſi, fol. 47. & quãdo quis dicatur eſſe in culpa temeritatis calumniæ? Aff. in d. conſt. Item iudex non poteſt condemnare in expen. ſeu fructibus niſi ſint petiti, neque debentur lite pendente, niſi petantur. Itẽ quando in fructibus quis poſſit condemnari etiam, quod non petantur? Boe. in deciſ. 28. Item fructus extantes ſecundum quod reddunt, & non ſecundum valorem proprietatis, Boer. deciſ. 19. adeo, quod ſi eſſet turris, vel ampla do- mus, vel caſtrum quod parum redderet, illud attenditur. Item ſi eſſent proto- colla Notarij, de eis non datur fructus; vbi etiam habes ſi debentur fructus Ba ronie. Qui veniant appelatione, & qui fructus, veniant ex fundo. Item ſi datur ſententia condemnando ad fructus, vtiq; debẽtur a die exequutionis in actio ne reali, in perſonali a die moræ. Boer. dec. 145. vbi habes quomodo intelliga tur, & poſui ad hunc in l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iud. Item appel. fru- ctus quid veniat. Boer. dec. 51. Item quid appellatione expenſarum, Boer. deci. 55. vbi ſufficit vna citatio ad condemnationem expenſarum. Item creditor te- netur facere expenſas debitori carcerato pauperi. Item petens remiſſionem cauſæ in, qui petit remiſſionem debet ſoluere expenſas in aſportando proceſ- ſum iudici, vbi cauſa fuit remiſſa. Item ſi remittitur carceratus expenſæ facien dæ per iter debent ſolui per iudicẽ ad quem fuit remiſſus. Item diues litigans cum paupere debet facere expenſas, & de omnibus expenſis faciendis, Boer. de ciſ. 303. Item ſi quis fuerit vulneratus, & egit querelam, & pendente lite petie rit expenſas: non debet habere, ſed poſt ſententiã, & ſi obtinuerit etiam expẽ- ſas obtinet Medicorũ, & medicinæ, & omne intereſſe, ſed ſi temere egit que- relam condemnatur ad intereſſe & expenſ. Boer. dec. 354. Item reo criminali- ter carcerato non debentur expenſæ per querelantem, Boer. deciſio. 355. 356. Item ſi quis obtinuerit in poſſeſſorio, & ſuccubuit in petitorio, nõ reſtituit fru ctus perceptos niſi a die litis conteſtatæ in petitorio, Boer. deciſ. 240. Itẽ quan do appellatur ab interlocutoria, & non ſit condemnatio expenſarum, quando peti poſſunt, Deciſio Rotæ in nouiſſ. Item litigans cum fiſco, & procuratore debet habere expenſas, Pariſ. de ſynd. in verbo expenſ. fol. 124. Item poſt ſen- tentiam diffinitiuam, iudex non debet habere rationem de expenſ. ſi non con- demnauit, ſecus in interlocutoria. Abbas in cap. ſæpe contingit de appe. in fi. Matant. in vlt. par. 6. part fol. 137 Item debitor tenetur ad expenſ. inſtrumen ti, Tiraq. de retract. fol. 199. in glo. 3. Item ſententia lata ſuper ſorte principali non facta mentione de intereſſe, ſi illud debetur officio iudicis cenſetur abſo lutus: ſecus ſi debetur iure actionis, quia eſt permiſſum Glo. in l. 4. ſupra de po- ſiti, petens remiſſionem cauſæ ſuis ſumptib. debet aſportare proceſſum. Bald. in l. generaliter. §. his de præſentib. de reb. cred. Conat. practicarum quæſt. cap. 33. nu. 6. Mang.

L. litigator.

In prin.) Nota, quando perempta inſtantia fructus debentur etiam inſiſtato ſpi- ritu vitæ, Tiraq. de vtroque retra. fol. 36. & ibi habes aplenum, quando per litis conteſtationem ſit mora; adeo, quod tenentur ad fructus Mang.

Quæro igitur, prius.) Vide Capic. in dec. 11. nu. 3. 4. vbi an fructus percepti tam in prima quam ſecunda inſtantia veniant reſtituendi ſi quis fuit condẽnatus ad reſti tuendum rem cum fructibus perceptis a tempore litis conteſtationis. & Ti- raq. de retract. lig. §. 25. in gl. 3. nu. 17. cum ſeq. de Rott.

L. termi nato.

Secundus modus eſt quando.) Quid ſi iudex reſeruauit ſibi in ſententia moddera- tiorem pœnæ impoſitæ, vide Bal. in l. interdicimus. C. de epiſco. & cler. & in l. 1. C. de calumnia. de Bottis.

In adde in ver. terminato. In prin.) Hodie per ca. Neapolis. 2. fol. 53. Iudices non poſſunt reſeruare taxationem expenſarum, ſeu condemnationem poſt ſenten- tiam ſed in ſententia debet condemnare ſi fieri debet. Item ſi quis eſt condem natus ad intereſſe, non cenſetur condemnatus ad expenſ. nec e contra. Iaſ. in l. 1. §. hoc iudicium. ff. ſi quis inſdicen. Rom. ſing. 346. Boer. dec. 52. & Bar. in l. vẽdito ta. ff. de ver. ob. Mang.

L. Cum quidam.

Item facit ad quæſt.) Vide late Tiraq. de retra. lig. §. 14. gl. 4. nu 5. de Bott.

De re iudicata. Rub.

L. Res iudicata.

IN prin.) Adde, quod aduerſus rem iudicatam competit reſtitutio in caſib. permiſ- ſis, & quando alias non licẽ, Soc. conſi. 94. nu. 8. lib. 3. Mang.

Ibid.) Vide Tiraq. de retrac. conuen. in fi. nu. 142 cum ſeq. de Bott.

L. Geſta.

Quædam ſunt acta) Adde Reip. in primo Reſp. in tit. de conſt. & ibi an faciat fi- dem coram iudice quilibet recipit. de Bott.

De exequutione rei iudicatæ. Rub.

IN Rub.) Adde, quod qui ſententiam iuſti abſque citatione exequitur, aliam ve- rò citat Baldus in c. 1. nu. 6. de alien. iud. mut. cauſa fac. ſed Abbas in c. ea ratione, nu. 14. de appellat. quod hoc verum ſi ſit executio ſuper re petita, vel adiudi- cata, ſecus ſi ſententia ſit ſuper actione perſonali, vel aliter ſuper alio exequa- tur. Item petens executionem ſententiæ tenetur exhibere acta, Firm a. in ver- bo, acta, nu. 59. ſententia executionis debet eſſe conformis primæ. Boer. deciſ. 68. Item omnes exceptiones, quæ impediunt executionem ſententiæ poſui ad hunc in l. a diuo Pio. ff. de re iud. Mang.

L. ſtipendia.

Quæro an idem ſit in præbendis) Adde Pet. Duen. in Reg. 175. in 11. limi. de Bo.

De vſuris rei iudicatæ. Rub.

L. eus, qui.

IN princip.) Ad omnia, quæ ponuntur hic per Barto. vide Aymo. in conſil. 66. de Bottis.

L. ſancimus.

Vſuræ ſortis tantum.) Afl. 93. vbi non impedit curſus vſurarum. Mangr.

Per totum titulum.) Quod intelligantur condẽnati pro virili, etiam ſi petitio fue rit in ſolidum, poſſit tamen iterum agi poſt glo. hic. Afl. in dec. 215. Item, & ſi oblatus libellos, & ſententia dictetur in ſolidum, tamen in executione pote- rit opponi beneficium diuiſionis Barto. in l. Paulus, la 2. ff. de re iud. Item ſi ce- dantur actiones ex inſtrum. quãdo habent executionem paratam, vtiq; ceſ- ſionarius poteſt via executiua agere, Bar. in l. nominibus. C. de act. & obl. Item filius contrahens in aliquibus caſibus agitur executiue contra patrem. Boe. de ciſio. 251. ubi etiam in contractu fideiuſſionis hoc procedit. Item in fideiuſſo- re iudicatum ſolui fideiuſſor ſoluens agit contra principalem, ſine alio pro- ceſſu. Boer. in dec. 577. Mang.

Si plures vna ſententia non condemna ſunt. Rub.

L. prima.

IN prin.) Si plures vna ſententia condemnati fuerint alternatiue, nõ poteſt, po ſtea, quam creditor elegerit unum ex eis, alterum petere. Gram. deciſ. 68. Item ſi plures fuerint condemnati ad pœnam pecuniariam pro aliquo delicto, pro paupere, qui poſſit ſoluere, cæteri tenentur. Item ſi fuiſſent condemnati vnuſ- quiſque pro parte ſua. Item ſi fuiſſent condemnati ad pœnam corporalẽ, om nes in ſolidum tenentur. Boer. deciſio. 310. ubi habes ad plenum quomodo intelligatur iſte titulus. Item ſi ſunt plures hæredes alicuius promiſſoris rei diuiduæ, tenetur pro parte, non autem in ſolidum. Bart. in l. 2. §. ex his, num. 3. de ver. ob. Mang.

Comminationes epiſtolas, programmata. Rubr.

IN prin.) Adde, quod valet comminatio facta feudatario, quod veniat ſub pœ na priuationis feudi. Loffr. 45. nu. ſed tamen mandatũ quod oſtendat ſcuta, quæ habet in caſtris, eſt nullum Iaſ. in l. 3. nu. 176. ſupra de iu. emph. Item per man datum ſub pœna priuationis feudi, non priuatur ipſo iure, ſed per ſententiã, Alex. 102 nume 21. 22. lib. 2. banna antiqua mutari, vel augeri non poſſunt, & quando mandatum, & præceptum factum a ſuperiore valeat? vide ad plenum Parid. de ſynd. in verbo, quia ſæpe, fo. 542. Item, ſi iudex faciat mandatum, quod non valeat, pars cui ſit debet contradicere, alias tacendo videtur confirmare, Par. in d. loco, nu. 24. & Bal. in l. 1. nu. 6. ſ. de relatio. Item in banno emanato ad inſtant. partis, non poteſt ſine licentia iudicis tolli. Bar. in l. curatores ff. de off. procur. Cæſ. Item ſi ſunt banna a poteſtate habente ſecum aſſeſſorem, ſine con ſilio aſſeſſoris valent, & tenent, ſi illa banna fuerunt ſolita, & conſueta ema- nari per ſtreſciptos officiales, & ſunt generalia: ſecus ſi ſunt noua, & non ſo lita, quæ nullo modo valent ſine conſilio aſſeſſoris. Par. in ver. aſſeſſor, nu. 26. fol. 58. Item poteſtas poteſt facere mandatum alicui, ne exeat de domo, & va- dat ad poſſeſſionem ad euitanda ſcandala, & alia, quæ ponit Par. ibidem, & ad dit in l. congruit, de off. præſid. Item præcepto iudicis iniuſto non eſt obe- diendum. Lucas de Pen. in l. prohibitum, nu. ſi. de iur. fiſci. & quod mandato in- iuſto non tenetur obedire, etiam ſi ſit vaſallus, qui præſtitit fidelitatem Do- mino, non tenetur parere. Par. in ver. excedum, nume. 16. fol. 62. Item ſi quis nõ obedit mandato Principis, ſi in mandato non eſt pœna appoſita eſt pœna or dinaria. ſi mandatum erat in leuibus, ſi autem erat in grauioribus eſt pœna capi- tis. Gram. dec. 60. nu. 20. Item Rex faciens mandatum poteſtati, vt quemcumq; inuenerit armatum torqueat, & ſi quem ſi inuenerit nobilem, vel aliquem extra ci uitatem, non poteſt eos torquere. Par. de ſyndicatu in ver. mandant, fol. 331. vbi non ſemper eſt parendum Regum mandatis, ſed ſuperdeſi, & conſulere Re- gem. Item in mandato ſuperioris, quod contrarium eſt poteſt opponi excep- tio, & non tenetur obedire doli. Par. de temtegr. feud. in verbo miles, folio 11. Item citatio criminalis non expreſſa cauſa non valet, vt per ca. Neapoli. 24. fol. 23. Mangre.

Si ex falſis teſtim. & inſtru iudicatum ſit. Rub.

AD Rub.) Quando ſententia lata ſuper falſa cauſa allegatur, Bal in l. qui teſta- mento. ff. de excuſ. tut. & in decreto, hic in l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſeſ. Alex. conſi. 69 3. vol. idem conſi. 27. 7. vol. Mang.

De

L. Iudicati.

In prin.]Vide Gl. in conſuet. Pariſ. §. 5. gl. 2. nu. 47. de Bott.

De confeſsis. Rubrica.

L. vnica.

IN princip.]Quid in confeſſione extra iudici. an faciat indicium ad torturam. Bar. in l. capite. 5. dicit, ꝙ ſic, Bar. in l. fi. ff. de quæſt. & an confeſſio in Cur. iubeis dicatur vera confeſſio, & vide dictam apoſtillam, & quid in ciuili, an faciat veram probationem, dicas quod ad illum liberandum valet, ſed ad ſe obligandū non, vide glo. iſtam, & quando poſſit reuocari confeſſio, Par. de ſynd. in verbo ſequitur quæſtio. ſol. 225. & quando dicatur erronea, Bar. in l. 2. ff. eo extra iudicium neque de iure ciuili, neque de iure can. parte abſente valet exp. ſi cautio, vbi Abb. de fide inſtr. Abb. in cap. 2. & fi. extra de confeſſ. & hoc in cauſa ciuili, quia nullo modo valet. Item in criminali quando valeat, Abb. in c. at ſi clerici, de iud. & Bar. in d. l. capite quinto. & poſui ad hoc in l. 5. ff. eo. Item quando non ſtatur de damno vitando confeſſio extra iudicium præſumitur erronea, Bar. in l. 2. ff. eo. Item confeſſio non eſt probatio, ſed releuatio probationis, Hipp. ſing. 110. vbi publicatis atteſtationibus poſſunt fieri articuli ſuper confeſſione principalis. Item confeſſio parte abſente fauore animæ, & ad exonerandam cōſcientiam, Affl. dec. 164. in fi. & de confeſſione facta in criminalibus, vide conſt. Regni, humanitate, & ibi Affl. Mang.

Res inter alios acta. Rub.

L. prima.

IN prin.]Res inter alios acta nocet quoad omnes. hoc procedit, quādo nocet eius tantum p oiure: eſſe publico obeſt, ſed ſi intereſſe eſt proprium non nocet quoad omnes. Alex. in l. ſæpe. ff. de re iud. Item ſi datur ſententia quem eſſe pauperem, non nocet etiam quod tractet de publico intereſſe, cum paupertas ſit accidentalis, hodie pauper, cras verò diues, l. ſpadonem. § abſolutus. ff. de excuſ. tu. Mange.

De relationibus. Rubr.

L. prima.

QVod index debet]Amplia habere locum in Regno Neap vbi quando fit cō ſummatio debet eſſe conſilium partium, vt dicit conſtit. reg. vt vniuerſis, & Aff. in conſt. violentias, nu. 23. Mang.

Ibidam.]De veritate huius dicti. Vide Afflict. in conſti. vt vniuerſis, num. 11. & 13. de Botis.

Plures, ꝙ quando in ſententia.]Adde Aymō de Antiqui. temp. fo. 81. nu. 1. cū ſeq. & ibi quid ſi profertur contra contumacem, & Boe. in dec. 162. nu. 5. & Gram. dec. 24. Vide Capol. in caut. 228. de Bott.

L. ſuper delictis.

In prin.] Panormitanus in c. intimaſti, de app. & aduerte, ꝙ ſi nunquam formatur lite conteſtata, & ſeruatis ſeruandis, aliàs nō poſſunt partes concordare, quod ſententia ſeruatur. Alexan. in l. ſi conuenerit, nu. 6. ff. de re iud. poſtquàm cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, non admittuntur nouæ probationes, hic in l. ex illo. §. 1. nec ipſe conſultor probationem recipit Fr. man. in verbo conſultor. nu. 21. nec conſulit de eo, quod eſt in mēte, vel intellectu alterius, Calcaneus in conſi. 83. col. antepenu. Item quando iudicis committitur cauſa, quę §. certum tempus debet expedire, procedit ſi illud commode agi poteſt, nam ſi proceſſus eſt voluminoſos, & tunc debet illud bene ruminare, & non refert ſi tempus elapſum ſit, Par. de ſynd. in verbo an ſi iudex, fol. 281. Item ſi cauſa eſt Principi conſulenda. Item ſi tractatur de re, quæ pertinet ad fiſcum vnque non currit tempus, Par. in d. loco l. Mang.

De appellat. & conſulta. Rubr.

L. Præſes.

DEbeat enim ſcire.]Adde Guid. in dec. 336. & ibi an elapſo dicto ter. ſit appellatio deſerta, & in dec. 213. vbi an poſſit talis terminus prorogari, & vide Pet. Duen. in reg. 41. ve. 22. fallit. de Botis.

Pone ergo, quod quando.]Vide Fel. in c. cum ſit generale, col. 4. in prin. extra de fo. compet. de Bott.

L. eos, qui.

In prin.) Excommunicatus remittitur abſoluendus ad excommunicantem, ſeruata forma cap. ab excommunicato, de reſcr. non tamen remittitur cauſæ cognitio, vt ibi per illum tex. notat Butrios in pen. no. & col. 9. Mang.

Quæro quid ſi iudex.]In. Fab. in §. ſed ſi quis Inſt. quem adm. teſt. infir. de Bott.

§. ſi quis autem.

In prin.]Vide Affl. in conſt. Regni. l præſenti, nu. 12. Mang.

Auth. hodie.

In prin.]Decennium ad appellandum non intelligitur ad actum ſucceſſiuum, vide Maran. in tract. ſpecul. fol. 47. nu. 11. vbi aliquis de grauamine habente ſucceſſiuum tractum, & pro intellectu vide Alex. notanter ſublimitantem hoc dictum, & multa de actu ſucceſſiuo, Hipp. in pract. §. attingam, nu. 19. Loffred. 15. nu. 33. Item ſi eſt dictum de nullitate illa pendente non currit tempus appelland. Hipp ſing. 151. Mang.

E. a tempore ſententiæ.] An autem ſufficiat ſcientia præſumpta, puta fuit domi notificata ſententia, vide Bertach. in tract. de Epiſc. 1. parte, num. 7. & ibi an currat de momento ad momentum, & quid in hærede condemnato, & multa alia non ad propoſitum, vide ibi. de Bott.

L. Hi qui ad ciuilia.

Quis debet probare.]Guid. Pa. dec. 20. & dec. Pedem. 13. de Bott.

e q ibi no. ff. de leg. 2. in l. cũ pponebat. in l. ſi librarius. de reg. iu.

ADDITIONES.

a Barb. Errore. Et vide Lud. Rom. in conſi. 178. de errore teſtatoris.
b Pariſ. Diceret Titius. Vide Ang. & Bal. in l. 1 §. fi. ff. de hæred. inſt.
c Pariſ. Probabitur. Vide Alex. conſi. 140
d Per duo teſtes. Adde, qd qñ agitur de probando aliquid extrinſecum teſti, ſufficit probare per duos teſtes, vt hic per Pau. de Ca. & clarius per Old. conſi. 297.
e Men. præcedũt. Alex. de pſump. reg. 3 præſump. 1. Barb. conſi. 19 col. 3. 4. 5 lib. 1.

LEX VIII.

Caſus. Propter neceſſitatem iuris diſpoſitio ſuſpenditur ad tempus non in totum tollitur. h. d.

LEX IX.

1 *Teſtes dẽnt eſſe i cõſpectu teſtõris, & nõ ſufficeret, ſi cortina eẽt i medio.*
2 *Teſtamentum factum ſecundũ formã ſtatuti huius ciuitatis valet vbiq;.*

a Si non ſpeciali. a Qñ fit teſtõ, teſtes dẽnt eẽ in cõſpectu teſtõris, niſi ex priuilegio aliũ ſit
1 cõceſſũ. h. d. † No. ergo. q teſtes debẽt eſſe in cõſpectu teſtõris, &
b ſic nõ ſufficeret ſi eſſet cortina in medio. De hoc vr̃ tex. i l. 2. §.
c idẽ Labeo, de aqua plu. arc. Ideo debes ſcire, † q hic vr̃ caſus, q
a teſtm̃ factũ in ciuitate iſta ſm formam ſtatuti huius ciuitatis, tenet vbiq;. Tene mẽti. dixi in l. cunctos populos. š. de ſum. Tri.

ADDITIONES.

a Barb. Si non ſpeciali. Vide pro hac l. Bar. in conſi. 244. incip. ſecundum conſuetudinem Venetiarum.
Si non ſpeciali. Adde quod inducit hæc lex ad qõnẽ, an p ſtatutũ, vel conſuetudinem poſſit induci vt valeat teſtm̃ corã duob. teſtib. & d. Alex. dicit quod magis cõis opi. eſt quod ſic, per hunc tex. & per l. 2. inf. quemadm teſta. ape. Bal. in hic, quem ſequitur Pau. de Caſt. dicit, q nec per ſtatutum nec per conſuetudinẽ põt fieri, quod in teſtamentis ſufficiat minor numerus quinque teſtiũ, vt l. ſi. ‹…› minus autem nullo modo concedimus, idem videtur voluiſſe. Old. conſi. 2‹…›8.
b Pariſ. Teſtes debent. Vide C. q caut. 250. Barb. conſi. 40. col. 3. lib. 1. ‹…›
c I. A. Cortina. Adde non ſic in actibus inter viuos, quia non requiritur quod videat contrahentes. ſi vocem habent eorum notam ita hic Pau. de Caſt. ‹…› per gl. in l. 2 § item Labeo ff. de aqua plu. arcen. Fallit in quibuſdam caſib. no. per gl. in l. fi. §. finaliter de uſu delib. in gl. quæ inci. no. ‹…›

LEX X.

Si teſtamentum. Teſtm̃ validũ pp reſcriptũ Principis, non debet reſcindi. h. d.

LEX XI.

Non idcirco. Furtum teſtamenti non irritat teſtm̃. h. d. breuiter iſta lex.

1 *Raſura vel caſſatio qñ attendatur, & reddat teſtamentum ſuſpectum.*
2 *Cacellatio fauore libertatis, et i relictis ad pias cãs, pſumit̃ iconſultè f‹…›.*
3 *Practica quando inſtrumẽtum eſt interlineatum, vel raſum, vt notarius inſtrumentum conficiens de hoc faciat mentionem.*

a Si vnus. a Defectus ſolẽnitatis facit teſtm̃ deficere. Raſura vero vel interlineatio facit, vt pueniat ad veritatis indaginẽ. h. d. in ſumma. Op. licet raſura ſit in vno loco, alia pars teſti ſuſpecta nõ reddit. vt l. ſi ex falſis. j. de tranſact. Sol. intelligas q hic erat raſura i aliquo loco ſuſpecto circa ann. Dñi, vel hęredis inſtitutionẽ. Opp. de l. fi. j. de edi. diui. Adr. tolli vbi
b teſtm̃ raſum reſpuit̃, vt caucellatũ. b Sol. † Et hic aduerte, qa aut
1 agit̃ poſſeſſorio, & teſtm̃ raſum, & interlineatũ, reſpuit, nec peruenit ad veritatis indaginẽ, vt l. š. Aut agitur petitorio, & tũc ſi quidẽ raſura nõ eſt in loco ſuſpecto, nõ curatur, vt š. de tranſ. l. ſi ex falſis. Si eſt in loco ſuſpecto peruenit̃ ad veritatis inueſtigationẽ, vtrũ ſcm̃ fuerit cõſultè, vel nõ, volẽte teſtõre, vel nõ, vt hic.
2 † Sed q̃ro, qd i dubio, apparet cãcellatio, ſed ñ apparet qualr̃ fuerit fcã. Lex vr̃ dicer̃ q fauore libertatis i dubio pſumit̃ icõſultè deletũ: alĩs ſec⁹, vt l. pxime. §. fi. d̃ his q̃ i teſt. del. Et idẽ eadẽ rõe i relictis ad pias cãs. Et ita cõſului hoc anno i quodã teſtõ, i quo erãt relicta ad pias cãs, & i pte erat cãcellatũ, & i pte ñ. Propter
3 tollẽdas ãt † iſtas dubitates, itroduxit cõis practica, vt faciẽte s inſtrũ, vel teſtm̃ dicãt, & q š. interlineatum eſt in tali loco & quod

ADDITIONES.

a Pom. Si unus. Iſte tex. allegatur per Doct. in l. nemo pot. ff. de leg. 1 ‹…› q numerus ſeptem teſtium ſit ſolennitas ſpecialis, non probatoria, & illa ‹…› tur per Mod. Medio. & vide iſtam l. ſi vnus. per Alex. conſi. 133. vol. ‹…›
b Men. Cancellatum. Limita & amplia ſecundum Socra. ‹…› reg. 1. aliqua Pariſ. conſi. 28. nu. 8. lib. 1. & nu. 44. declara.

quod raſum eſt in tali loco, vel quod cancellatum eſt in tali lo
a co, mea propria manu a feci, vt l. i. de his quæ in teſta. delen. & tene menti hoc

ADDITIO.

a I. A. Mea propria manu Adde quod Bal limitat verum, quando illa atteſtatio eſt de corpore inſtrumenti quia facta ante diſpoſitionem notarii, vel appoſitionē ſigni, quia tunc hēt diem & teſtes ſecus ſi poſt, vel in margine, quia caret die & teſtib. & ipſe idem notarius potuiſſet facere ex interuallo, & ſic alio, ideo non ſtatur. quod dictum ſiert Pau. de Ca. in eius tractatu. Idem voluit Ioan. And. in tit. de inſt. edi. §. oſtenſo in. addi. vlt. Rolandus & idem tenet Alc. hic in fi. & clarius Pau. de Ca. conſi. 38. in fi. vbi refert Io. And vbi ſupra. & Bal. in l poſtra, & vide etiam Pe. de Anch. conſi. 13. Bal. conſi. 11. 2. lib.

LEX XIII.

Teſtandi. Nemo poteſt facere, ne leges in ſuo teſtamēto locum habeant. h. d. iſta bona lex. De hoc dic vt in l nemo poteſt ff. de leg. i.

LEX XIIII.

a Non codicillum. a Ex anterioribus probatur vltima voluntas. Vel aliter. Qui hæredem facit, videtur velle teſtari. h. d.

ADDITIO

a Io Non codicillū. Iſtū tex alle. Bart. in l. 3 § ſi quis ita ff. de verb. obl circa medium

LEX XV.

1 *Solennitas verborum in teſtamentis requiritur.*
2 *Verbum, volo, eſt verbum directum.*
3 *Teſtamentum poteſt ſcribi in membranis, ſiue in chartis de papyro, ſiue in tabulis.*

a
1 Quoniam. a Verborum † ſolēnitas in teſtō reiicitur. h. d. Præmitte ad euidentiā, quis eſt caſus rectus,
2 & quis obliquus, vel reflexus, ſm grammaticos. † No quod verbū volo, eſt verbum directum, licet Iac. de Are. dixerit contra in Scæuola.
3 ff ad Treb. No. vltimo, in quacunque materia ſcribetur teſtm̄, ſiue in membranis, ſiue in chartis de papyro, ſiue in tabulis, non eſt curandum, vt l. i. in prin. ff. de ſecun. tab.

ADDITIO.

a Pariſ. Quoniam. Circa deciſionem huius l. quod balbutiēs poſſit teſtari, vide Ale. Iuc conſi. 454. Vulgo quæ habes a l ſtat in l tuberonis. infra eo.

LEX XVI.

1 *Agnitio vnius legati qualiter intelligatur eſſe facta.*
2 *Agnitio vnius legati, an præiudicet in alijs legatis non agnitis.*

a Non dubiū. a Dignitas honorati non facit inutilē diſpōnem, & approbatio hæredis cogit eū ad legati præſtationem h. d. Quæ eſt ratio dubitādi prim. dicti! dicit gl. quod vr̄ eſſe hō non ſanæ mentis qui hæredē inſtituit Imperatorē. Vel alr, & melius rō dubitādi eſt, quia ſicut nō pt cōhi cū iſtis hominib. ī dignitate poſitis, vt ſ. de cōēti. iudi. l. i ita videbatur quod nō poſſent hr̄des inſtitui. nō curo. Dr̄ hic in fi. quod ſi hr̄s agno-
1 uit legatū īualidū, cogit pſtare. Quæro † quāt intelligat eſſe facta iſta agnitio. gl. dicit duob modis. ſoluēdo. ſ. vel, pmittēdo. In eo, quod dicit, ſoluendo. dicit verū in ſe: ſed nō vr̄ cōgruere huic legi, q̄ dicit implendi neceſſitatē hēt. Nā cū tā ſoluendo impleuerit liberat' eſt ab oī neceſſitate, niſi dicas, quod cog ī p futuro tpe in legatis annuis, vt l. i. ſ. de fideic. ſed illud nō hēt locū, niſi ī legato alimentorum Tene ergo illam, quod agnouit pmittendo. vt
2 l. ſi ad l. fal Quæro † vtrū agnitio vnius legati pīudicet in alijs legatis nō agnitis. Vr̄, quod ſic, vt ſ. ad l fal. auth. ſed cū teſtōr. Gl. determinat cōtrū, & nihil alleg. Ad auth. rn̄. quod ibi teſtm̄ valebat, licet hr̄s eſſet minus grauatus, vide gl. vltimā & aduerte Qn̄q; teſtm̄ vel legatū deficit pp fauorē alicuius. Exēplū, filio pterito, teſtm̄ eſt nullū fauore filii, certè ipſe filius pōt approbare teſtm̄ ſi vult, vt l. filio pterito. ff. de iniuſ. teſt. dixi vobis in l poſthumo, de bo. pol. cōtra. Itē qn̄ legatū defalcat p fal. iſtud eſt fauore hr̄dis, quod legatū vltra dodrātē nō valeat, certè hr̄s, ſi vult, pōt approbare teſtm̄, vt in auth. ſed cū teſtōr. ita vult dicere gl dum dicit, quod ibi loqt. & c. qn̄q; eſt teſtm̄ nullū, pp defectū ſolēnitatis, tunc illud teſtm̄ nō approbatur, vt teſtm̄, ſed bene pōt hæres ſe obligare ad ſoluendum, & teneri obligatione noua, non autem pōt teſtamentum approbare. hic eſt tex. & glo.

ADDITIO.

a Barb. in l. non dubium Adde Lud. Rom. conſi. 219

LEX XVII.

Teſtamentum. Solennitas omiſſa vitiat diſpoſitionem, & abundans cautela non no
a cet a h. d. No. quod abundans cautela non nocet.

ADDITIO.

a Pom. Non nocet. Tū in perſonis de viſura, & malitia ſuſpectis fallit, quia tunc cautela adhibita magis de viſura ipſum redarguit. Ita Anch. conſi 267 incip. Chriſti nomine, repetitio, in fi. conſi. & vide ad iſtam regulam Cep. conſi. 12.

LEX XVIII.

a Teſtamenta. Inſinuatio facta coram non competenti iudice, vitiat inſinuationem. h. d.

ADDITIO.

a Inſinuatio Adde qualiter fiat inſinuatio donationis, Old. conſi 250 & quia dr̄ quod hæc inſinuatio dēt fieri coram iudice ſeculari, quid ſi eo caſu, quo eſt neceſſaria citatio partis, altera pars eſt clericus, quo poterit fieri coram iudice ſeculari, qui non pōt clericū citare. Bal. poſt multa cōcludit, quod imo poterit clericum citare, quia non citat, vt ipſe ſpōte cōpareat, quo caſu non poſſet. Et ita debent intelligi cōtraria, ſed citat vt appareat ſi vult aliquid dicere in cōtrariū, quo caſu ſi cōpareat aliquid dicturus in cōtrariū, dr̄ potius actor q̄ reus, quia dr̄ reus voluntarius poſtq̄ non compelliti cōparere, & ita dicit Pau. cōluluiſſe Florētiæ, licet tādiſſet Bal. hic. idem tenet Saly vt refert Alex. in l. conſulta ſ. eo & Ang in l. 1. §. hæc ſtipulatio, videtur idem voluiſſe, ff. ſi cui plus quam per l. Fal.

LEX XIX.

1 *Teſtamentum factum coram Principe, probari poteſt per duos teſtes. Item teſtamentum factum coram iudice.*
2 *Imperator habet omnia iura in ſcrinio ſui pectoris.*
3 *Teſtamentum factum cum conſenſu Principis ſine eius conſenſu reuocatur. Statuta Spoletana confirmata p Rectorem Ducatus, poſſunt ſine eius conſenſo reuocari.*
4 *Teſtamētū pbatur ex ipſo eſſe vltimū, quod non detegitur aliud eſſe factum.*
5 *Teſtamentum ſatis eſt quod producatur coram iudice cauſa inſinuandi, licet iudex aliquid non dicat.*

a Omnium. a Teſtm̄ factū corā Principe, vel corā alio iudice, pōt pbari cū duob. teſtib. h. d. Primo ponit vnū dictū Scd'o aliud pbat p ar. a minori: Tertio remouet vnū dubiū Quarto remouet aliud dubiū. Quinto Imperator exhibet ſe oīb. Sexto ſtatuit p duos teſtes poſſe pbari. Partes videbitis legēdo litam. Scda ibi, ſicut ergo. Tertia ibi, nec
1 ſane. Quarta ibi, oib. n. † No quod teſtm̄ factū corā Principe. pōt
b pbari duob. teſtib. Scd'o no. idē ī teſtō facta corā iudice. b Ter-
2 tio no. quod † Imperator hēt oīa iura ī ſcrinio pectoris ſui. No. quar
c to, c quod licet teſtm̄ ſit factū de cōſenſu Pricipis † pōt bene reuoca
d ri ſine eius cōſenſu. Qd̄ facit ad q. vt ſtatuta † q̄ ſunt in Ducatu
3 Spoletano cōfirmata p rectorē ducatus, poſſint ſine eius cōſen-
e ſu e reuocari. De hoc dixi plene in l oēs populi de iuſt. & iure.
4 Vlt. no. † quod pbat teſtm̄ eſſe vltimū eo ipſo, quod non detegit aliud poſtea eſſe factū, in ver. nec ſanè ſup ver. cōprobet, & vide glo. in ver. cōprobet q̄ tene mēti. Op ſ. eo l publicati. & ſ. l. px. Solu. Quicquid dicat gl hæc eſt veritas. Qn̄q; loqt̄ de teſtō fiendo, & iſtud pōt fieri corā Principe, & corā quolibet iudice. Qn̄q; lo-
5 qt̄ de teſtamēto iam facto inſinuando, & ita loqt̄ cō. Itē no. † in Peruſine ex hac l. in tertia particula, quod ſufficit quod teſtm̄ pducat
f coram iudice cā inſinuandi, f licet iudex nihil dixerit. Et ita videt mihi, quod practicent hic aduocati ex forma cuiuſdam ſtatuti, Vltimo vide gl. ſuper ver. completum, & tene mēti tu iuuenis.

ADDITIONES.

a Pom. Omnium No. quod pro Principe, & iudice præſumitur, vide aliqua in ſtatuli p Alex conſi 74 vol. 4 & conſi. 81 in ii vol. 4. & aliquid ad iſtum tex per Bar conſi. 2 vol 1. & vide & aliquid per Felin c. in cauſis de re iu. Et attende iſtam l. vt p Fel. in c. in noſtra in 2. corellario. de reſcrip.

b I. A. Coram iudice Adde quod Paul. de Ca. vult hic, quod teſtamentum factum apud acta coram ordinario abſque teſtibus valeat, ſicut alia acta per iudicis præſentiam l. in dona. de do Bal aūt vult, quod ſi ſpāle in teſtamentis, quod requirantur ad minus tres per l. ſancimus inf eo. ſed Pau. dicit quod probatur cōtrium, cum tex. ibi dicit non minus trib vel inter acta miniſtrauerint, & ſic loquendo alternatiue, vult, quod acta hēant vim tot teſtiū. quot requirunt. & h d placere Raph. adde, quod donatio facta a Principe, non eget inſinuatione, vt conſuluit Bal. conſ. 157 lib. 1. vbi refert Bar ita conſuluiſſe in caſu d de Viſonia.

c Paul. Scrinio pectoris. Secus tamen p̄ſumit in ſtatutis, vel cōſuetudinib. de quo cū duab limitationib. vide Iaſ in l. ſi ſpuriæ. C. ſi contra ius, vel util. pub.

d Bart. No quarto. Vide tex pro hoc dicto in c cū acceſſiſſent. de cōſti. & ibi d. Abb. qui reducit ad concor. vide Bal. & Salic in l. ſi ut pponis ſ. de oup & ibi remiſit late ad Bal. & vide Bal. in ti. de pace. Cōſt in prin. & ibi late remiſit, & vide quæ dixi in d. c. cum acceſſiſſent

e I. A. ſine eius conſenſu. Adde. quod cōtrū tenet Bal. hic, quod eadē ſolennitas requiriē in deſtructione, q̄ i cōſtructione, ar l. ſi ut pponis ſ. de inop cū opi. Bar. trāſeūt Ful. Sal & Pau. de Ca. & p hoc alle. in ſimili quod voluit Ioā. An in nouel. in c 1. de his q̄ fi a maio parte cap quod ſi canonici iurāt ſeruare ſtatuta, intelligitur quouſque durabunt, & poſſunt ſtatuta reuocare, nec tunc periuri, cū de natura ipſorum ſit quod reuocari poſſint ſicut teſtā Adde, quod p hoc ēt facit, quod ipſe Bal. conſuluit cōſ. 140 quod ſi data certa forma in teſtando, quod illa non requiritur in cancellādo

f Menoc. Inſinuandi. Tiraq. de legib. connu. n. 10 glo. 5. nu. 32.

LEX XX.

Nolumus. Teſtamentum primum non rumpitur per aliud minus ſolēne, licet in eo fuerit ſcript' hæres Imperator, vel alia perſona in dignitate poſita h. d.

LEX XXI.

a Hac conſultiſſima. a Forma teſti in ſcriptis traditur hac l. h. d. vſq; ad §. ex imper-

ADDITIO.

a Pariſ. Hac conſultiſſima De materia huius teſti in ſcriptis ad pendēdū ne ſi vnus teſtis moriat ante teſtōrē, teſtm̄ annullet, vide Cap. caut. 101. Ito ad iacēdum quod legata debeātur ea diſpōne facta corā duob. teſtib. vide Cap. caut. 152. Item in materia regulæ quod omis ſolēnitas reqſita ſi non faciat actū alio nulliū, vide Fely. in c. quoniam frequenter vt lite non conteſt. & notab. limitat Item an ſeptem teſtes requiſiti ſint de forma ſubſtantiali, vide Iaſ. in l. 2. de bono poſſ. ſe. vndum tab Et ibi poſtea ponit duos caſus, in quibus ſufficiunt duo teſtes. Item quando requiritur aliqua ſolennitas in actu, ſi ea omiſſa actus ſit nullus, nec ſufficiat ſi poſtea imponatur, ſecus ſi requirit ex poſt actū. Vide, & declara ut per Iaſ. late in l vniuerſis. C. de proci impera. offe. & ibi vide alia ad Bar. Item regula. de qua hic, quod forma non ſeruata, &c. limitatur nō procedere quando forma omiſſa non eſſet magnæ importantiæ vide Iaſ. in l. vniuerſis. C. de precib. Impera. offer. vbi etiam ponit exemplū ſicuti ea quæ de omiſſione leuis ſolennitatis habes ad Bar. in l. 1 §. fina de ven inſpic. Item quod omiſſio ſolēnitatis requiſitæ a conſuetudine, ita dicitur ſicut ſi a iure, vide Fel. c. 1. in 3 no. de ſponſ.

a imperfecto, & aliter ꝯgrue ſummari non pōt. Op. quod nō re-
b quirat, ꝙ teſtes ſint rogati,ᵇ vt ſ. de teſta. mili. l. milites. So. Spe-
c. cialis caſus eſt ibi. Op. ꝙ non requirant ſeptem teſtes,ᶜ vt ſ. co. l. omnium. & j. eo. l. ſi Sol. regula eſt iſta ſed fallit in caſib. in qb. pauciores qnque ſufficiunt, quod dic, vt in gl. Opp. ad illud ꝙ dicit, quod nullo actu contra, j. eo. l. cum antiquitas. Solu. illa iſtam determinat.

ADDITIONES.

a Poma Op. quod non. Vide per Ro. in repe auth ſimiliter. in t t ſpeciali piæ cauſæ inter ultimas uoluntates. inf. ad l. Falan l. ſciendum. in 2. q. ff. de uerb. oblig.

b l. A. Rogan Adde quod in dubio omnes tenēt communiter quod non præſumitur rogati, & p hoc Bar in l. diuus. ff de teſta. mili. dicit quod teſtes deponens, quod fuit præſens quando talis fecit teſtamentum, & non dicat quod fuit rogatus, non probat, quia potuit eſſe fortuitus de quo plene per Alex. conſi. 23. 4. uolu & Bal conſi. 41. 4 uol. Pau. de Ca. conſi 314.

c Poma Septem teſtes Adde idem eſſe ad probandum coniecturam uoluntatis, gl. ou in l. cum proponebatur, ubi multa per Alex ff. de leg. 2.

---

1 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolēnitatis valet inter liberos.*
2 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis nō valet, & inter liberos.*
3. *Teſtamentum inter liberos probatur duobus teſtibus etiam fœminis.*

a **Ex imperfecto.** ᵃ Quod modo ſequit eſt notabile, quia ſingulare eſt. Br. h. d. Teſtm † i-
b perfectū rōne ſolennitatis valet quo ad liberos tm̄. ᵇ h. d. Teneas bene mentem hunc §. ꝙ imperfectum teſtm̄ inter filios valet. Facit de in deb. l. ſi ſuus. Opp. ff. de confir tu. l. q à patre. Sol. dicit q̄dā hanc ſcripturam teſtamēti imꝑfecti eſſe codicillū, nō teſtamētū. Truffa eſt gl. dicit, illa l. q à patre, corrigit ꝑ hanc l. & gl. inter oēs. ſ. fam. ercis. Idē vr velle gl in l. 2. ſ. de ꝑſr. tut. Contrarium vr tenere gl. ſ. de teſt tute. l. 1. in gl. magna, & illa eſt vera, ꝙ iſta lex nō corrigat. Na tutor eſt extnea ꝑſona, & priuilegium filiorum nō dēt redundare in ꝑiudiciū tutorū, vt l. impuberi. ff de admi tuto. Idē op. de l. pecio. §. mater. ff. de leg. 2. Sol. vera eſt illa, ꝙ ibi teſtm̄ erat imꝑfectū in oīb. ꝓter q̄ quo ad
2 dationē tutoris Quero circa iſtum no. § quid † ſi teſtm̄ alia ratione q̄ ex defectu ſolennitatis eſſet imperfectū, vt puta, quia anteq̄ cōpleuerit, ſuperuenit furor, vel mors, vt ſ. ti. 1. l. furioſum.
c Reſpondeo, tunc nō valet aliquo mō. Ita determinat gl. in l. ſi is q teſtm̄ ff eo. ſi ergo teſtator nominaſſet hęredes filios ſuos, iñ anteq̄ teſtm̄ cōpleret ſuperuenit furor, certe tale teſtm̄ nō va-
d lebit, quia teſtm̄ deficit rōne voluntatis imperfectæ. nō rōne
3 ſolennitatis omiſſę. Quero iſtud † teſtamētu imperfectū inter
e liberos qualiter debeat ꝓbari. Rñ. duob. teſt. marib. vel fœminis non caro ſufficit hoc ꝓbari. Et no. j. prox auth. Facit ſ. fam. ercis l. ſi ꝓbat per rōnem. Cum n ſolennitas iuris ciuilis quantū eſt inter liberos ſit remota, remanet in priſtino iure gētium, ſecundum quod in ore duorū vel trium ſtat omne verbum, nec diſtinguo marem a fœmina. Ita dēs intelligere hanc materiā Facit quod dixi de teſta. militis l. milites.

ADDITIONES.

a Poma Ex imperfecto Adde videndum Alex. cōſi 136. alias 31. ad fi vol. 2 & cōſi 11 eo vol. & conſi 105 vol 4 & Ian conſi. 1 in l. a. in 2 dub uolu. Fel. in c. in pſeat a. de proba & Barb. conſi. 10. vol. 1 & conſi. 63 vol eo & Rom cōſi. 7. Alex in l ex facto. § ſi quis rogatus ff ad Treb Et circa hoc quero. an legata relicta in teſtamento, ꝙ eſt validum inter liberos, ſint valida. Iſte tex. facit ꝙ non. In contrarium tamen facit, ꝙ conſuluit Ale conſi ſuo 41 volu 1 vide ad iſtum tex. etiam Ang in l. militis § de teſt mil. & Alex cōſi. 0 vol 2. & pulchre & late Alex etiam 96 uo 2 Pau de Caſt conſi. 155 ubi tangit hoc de legatis factis aliis in teſtamento, quod ualet iure ſpecialitatis inter liberos, an ualeat & an in tali teſtamento detur bon poſſ ſecundum tabu uide Alex in l 1. circa fin. §. de bo poſſ ſecundum tab. ubi uidetur inclinare, quod ſic, & ibi eā tenet Com. allē § ſunt autem. Inſti de bonn poſſ ubi generaliter uidetur dari ſecundum tab. omnibus iure ſcriptis, ergo &c. & mouetur alio fundamēto, ut ibi per eū. Vide ēt quę ſcripſi ad Bar in l. ad fideicommiſſa § quoties. in fi ff de leg. 3. Secundo aduerteret in l. iuncta gl. ff. de non. poſſ. ex teſtamenti. non ex teſtamento imperfecto datur ſecūdū tab. ergo idem in caſu noſtro. Sed hic argumenta ſunt quorū e filii non eſſent ſcripti, ſed nuncupati, quia eſt approbatum a iure ciuili, certe & ſuperueniente caſus dēt extendi ad caſum noſtrum, ea quo forma huiuſmodi teſtamenti & ſimilium eſt approbata a iure canli, & tamen hic operatur numerus teſtiū requiſitus, quantū ibi ſeptem, ergo &c. ita pro hoc uidetur facere g'o in l. ſed cum patrono. §. ſi m ſi gl ff de bon. poſſ An autem iſte tex. haberet locum in filio legitimato uide Bal in C. de cauſi. de offi dele. Latam di l. & an habeat locum in aliis naturalib. tam in teſtamento patris quam matris. Vide Ale in § item furioſi Inſti eo. & in l qui teſtō ff eo. Et an iſte tex. habeat locum quando præceſſiſſet aliud teſtamētum, maxime a cerco factum cum clauſula derogatoria, uide Soc. conſi. 161.

Pari Ex imperfecto Iſte tex. procederet etiam in filiis legitimatis uide Iaſ in l. a. de uulg & pup Item ꝙ etiam ſi nō appareat de rogatu notarii, ualeat, teſte Car dino conſi 233. An autem in teſtamento impuberis ſufficerent teſtes fœminæ, uide Barba. in c. relatum, el 1 de teſti Item an diſpoſitio huius §. concedatur in patre naturali, uide Bal ſingulariter decidentem, ꝙ ſic, in l. parentes. ff. de in ius uocan quam forte legit cum precedenti, & Bal. in l humanitatis C. de natu lib & Alex. hic & Are de quo habes ad Bar in l. ſi. C. fam ercis. De tutore dato in teſto imperfecto, uide Alex. cōſ. 140 Quod ēt in teſtō pris inter liberos requirantur ſolēs inſtrumentis, uide Alex. conſi. 149. declara hoc, ut per Alex conſi 148. uolu. 5. quem omnino uide. Item iſtum tex. dum loquitur de admiſſione extraneæ perſonæ, limita ut per Alex. cōſi 174. Item no. quod in ſubſtitutionibus admiſſio unius perſonę facit ut ſubſtitutus non excludatur, alias fuiſſet exclutus uide Franc. conſi 53 Item an in teſtamento patris inter liberos ſint omiſſæ omnes ſolennitates iuris ciuilis, & ſeruetur merum ius gētiū, uide Ro. cōſi. 179. & ibi dicit diſpōnem huius §. procedere in matre. Et quid in patre admente Et ſignanter dicit diſpōnē huius §. nō procedere, niſi pr omnibus æqualiter prouideat, de quo p eūde conſ 375 Item illud qd dr de admiſſione extraneæ perſonæ. limita niſi adeſſent quinque teſtes, qui ſufficerent ad probandū legatum, vide ſingulariter Pau de Caſt. conſi. 137 ci ca prin. Circa tū illud, qđ dicit Ro. ſup quod debeat diſpō eſſe æqualis inter liberos alias non procederet, iſte § contrariū ſenſit expſſe Cōmē. conſi. 113 in ver. pro parte affirmatiua. ibi, nec prorſus eſt eadē rō dū allē iſtum §. ex imperfecto & l. ſi. ſup fami ercis vide Mod hic, & Dec. conſ. 105. vbi ēt ponit, ꝙ illa regula non procedat exiſtente nullo teſtō ex petitione, aliculus ſolennitatis. Et ꝙ iſte § hēat locū in ſumato, vide Bal. in c. de cauſis extra, de offic. de leg. Item an teſtm̄ inter liberos dicat ad pias cās, adeo vt gaudeat priuilegio piæ cauſæ, vide do. Ant. diſputantem & concludentem, ꝙ non, niſi reſpectu legitimæ, conſi. 15 quomodo intelligatur illud, Qui vult eccleſiam inſtituere & aliā caſſa date, quærat alium ꝑ conſi qua Auguſt. Et quantum ad legitimam, ꝙ liberi in ea ꝑferant piæ cauſæ, vide no poſt Bar. in l. ſi quis ad declinanda. in ſi. de epiſcop. & cleric. Item ꝙ inter liberos non valeat teſtm̄ nunc condatum, licet valeat ad pias cauſas, vide Iaſo. in l licet. C. de procur. Et, quod non valeat ēt inter liberos, niſi probetur voluntas ſeu ſcriptura ſaltem per duos teſtes idoneos, & quod non valeat, ſi ſcriptura non habeat diem, vide Panor conſ. 90 vol. 4. quomodo valeat teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis, vel voluntatis inter liberos, & quid ſi non ſit lectum vide Bar. in l. ſi is qui ff. de teſta & in l. ſi. de ſcom. §. quoties de leg. 3. An autem diſpoſitio huius §. & auth. ſeq. locum habeat vbi eſſet inſtitutus filius ex filia, ſtante communi vſu loquendi, quod appellatione liberorum vel filiorum, non comprehendatur filius ex filia, vide Barb quod non. conſi 80 vol. 4.

b Pari. Ad liberos tantum. Iſta diſpoſitio non procedit in cerco teſtante non ſeruata ſolennitate, de qua in l hac conſultiſſima. ſup. tit. 1. Item non procedit vbi præceſſiſſet aliud teſtamentum inter liberos, vide Com conſi. 111 inci & ſi teſtator.

c Pari Non valet Quid ac in pia cā, an valeat teſtm̄ imperfectum rōne voluntatis, vide Pau conſi 367. Et an diſpō huius § habeat locū in pia cā, vide Panor cōſi. 12. & vide omnino in repetitione l. cum acutiſſimi C. de fideicom. Item, ꝙ valeat teſtamentum inter liberos ſine recitatione cum trib teſtib vide Pau. conſi 367 & 351 in prin. Et ibi etiam ponit, an in tali teſtamento poſſit fieri ſubſtitutio pupillaris, an vero requirantur quinque teſtes, prout in §. ſi quis autem Et circa id quod dixi de imperfectione ratione voluntatis in pia cauſa, vide Barb. in repet. l cum acutiſſimi.

d J. A ratione voluntatis. Adde quod facit ad q. ꝙ ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totam voluntatem ſua, in qua filios inſtituit in diſparib partib. Item extraneis fecit legata, deinde in capſa repoſuit ipſa non lecta, ꝙ ualet, quia eſt perfecta ratione uoluntatis, licet non ſolennitatis. Ita tenet Gul de Cu Bal. Sal Bart in l. 1 in ſi eo. & Bart in l. ſi deic. ff de leg 1 & eſt tex. qn eſt ſcripta manu teſtatoris in auth. qđ ſine ſ. eo & ſup Bal. & Pau de Caſt Qñ aūt eſſet ſcripta alia manu, qua teſtatoris, Bal & Pau. vbi ſup tenent cōtrariū. Dicit Ale. poſſe ſaluari Bart. qn per duos teſtes poſſet probari, qđ eſſet ſcriptura teſtatoris, iunctis his quæ proxime ſupplere eſt dicturus. Tu vide Bal in terminis conſi. 317. vol 4. ſeq Bar. idem voluit 1 lib conſi 167. 2 lib dummodo contineat diem, & nomen ſ principis. Ita dicit tenere Bal. 1 auth. quod ſine. & vide quod Bal. conſ 70. 4 lib conſulunt, ꝙ ſi teſtator aſſerat inter liberos ſe certo modo teſtatum, quod illa verba probant teſtatoris teſtamentum. an autem hæc lex habeat locum in liberis naturalibus. Specu tenuit, quod ſic, in tit de inſtr. ed. §. cōpendioſe. ver quid ſi ſit. arg. l. naturales. de cōſti tut. Idem tenet Pau de Caſt. hic, q a ſatis rōnabilis opi. & idē Iaſo in l. ſi. ſup fam ercis. Rom. conſi. 139 Ang. dicit, ꝙ oēs Do. Bon. conſuluerunt contrarium Bal tenet quod in patre non hēat locum diſpoſitio huius l in matre ſic, niſi ſit illuſtris. idem tenet Alex. Tamen ut refert Rom in d conſi. 179 Bald in l ſi quis illuſtris. ad Orſi. & in l. humanitatis de natu. lib & in l. ſi. ſup de cōſti tu. tenet, quod etiam habeat locum in liberis naturalibus ſimpliciter. An autem filius in minus ſolenni uoluntate poſſit parentes inſtituere, Specu. ꝙ nō eo. verſ. quid ſi ſit. Et, ꝙ teſtm̄ imperfectum ratione uoluntatis non valeat inter liberos conſuluit Abb conſ. 105. 1 lib. Vide tamen [illegible] dictum fuit ſup. ꝙ hi. § habeat locum in liberis naturalibus, quod uoluit Spec in tit de ſtatu mo ver. 52. An autem ualeat pupillaris ſubſtitutio in teſtamento imperfecto, uide Pau. de Caſt. conſi 251 & ibi tranſit cum Bar. in l. a. ff de uulg & pup. An aūt omnis teſtamenti poſſit pi inter filios, Ang tenuit, ꝙ non, ſi uale. loquitur, conſi. 56 an aūt teſtm̄ primum ſolenne, in quo teſtator filiam ſuam uniuerſalem hæredem inſtituit, & alteri fecit legatum, & in eo appoſuit clauſulam, qđ ſi ſecundum faceret, noluit ualere, ſed ſecundo fecit teſtamentum in quo filias prædictas æqualiter inſtituit, & probatur per quinque teſtes, qđ primum reuocauit, ſit primum reuocatum. Rn conſuluit, qđ ſic, conſi. 366. ubi de hac materia. & per bal. conſi. 255. & 3 2 lib & conſi. & conſi 224. 3. uol & conſi. 70. & 198 4. uol. per Old. conſi 152. per Alex. conſi. 150. 2 uol. & conſi 123. 2. uol & conſi 125 2 uol. & conſ 73. 4. uol per Pau. de Caſt. conſ 189 & 353. Adde ēt ſecundum Pau. de Caſt conſi. 304 qđ ſi teſtator infirmitate grauatus, uocatis teſtib & notario, fecit ſcribere ſuam uoluntatem. & de parte in partem uocatus ſibi legit audientibus teſtibus uſque ad hæredis inſtitutionem incluſiue, & ſic ponat annum, menſem, diem. & actum &c. cum uellet relegere teſtator expirauit, & dicta ſcriptura non reperiatur in protocollo notarii, quod per teſtes probari poterit.

e Pari. Fœminis Quod aūt deant eſſe teſtes idonei, uide Alex. conſi 320. ad fi.

AVTHEN.

1 *An probet inſtrumētū, in quo Notarius poſuit x. pro decē, & c. pro cētū.*

a **Quod ſine.** ᵃ Iſta auth habet ſe ad §. ᵇ iſtum determinā-
b do, ſeu corrigendo cū in teſtamēto facto i ſcriptis Quæro, qualiter ſe hēt iſta auth ad §. ex iperfecto. Quidā dñt, ꝙ iſtū §. corrigit ex toto. Gl. n dñt, ꝙ qñ teſtm̄ ſit ſine ſcriptis in nullo immutatur per hanc auth. Sed qñ in ſcriptis, immutatur in duobus, quia requiruntur teſtatoris ſubſcriptio, & ꝑlegari

ADDITIONES.

a Pari Quod ſine. Nunquid autem in iſta ſcriptura imperfecta, in qua pr teſtatur inter liberos requiratur expreſſio anni, menſis, diei, & loci, uide Cur in l. admonendi, de iureiur. Et de materia huius auth. uide Alex. conſil. 129. latiſſimè conſi. 443. Et uide circa iſtam materiam late Barb conſi 88.

b Poma Habet ſe ad § In tex. ibi. & tempus & liberorum. ad huiuſmodi [illegible] declarationem uide Alex. in conſil. 64. aliàs 78 inci ponderatis in 3. uol. ubi alleg. tex. in §. illud, in Auth. quib. mod. natu. effi. leg. Sed certe hic allegatur aliter intelligi tex. qui de ſolo tempore facit mentionem. Ad iſtam auth. uide Alex. conſi. 123. in 1. vol.

legari extraneis Quæro, qũo iſta auth ſe hẽt ad auth. ſi modo. ſ.
1 fa erc. Gl. dicit, & nõ, ꝙ cum illa continuatur. † Quero, qñ nota
rius facit aliq̃ inſtrũm, & in eo ponit pro centũ liam, c. pro de
cem lra. x. & ſic ea, hic q̃rii vtrũ iſtud iſtrũ, pbet Hic vi cas', ꝙ
nõ. Pro hoc ẽt vt caſus in l. ſed cũ patrono. §. ſi ff. de bon poſſ.
Ad idẽ facit in ſcda ꝗſtõne, ſ. añ ſi. vbi dr. ꝙ iſti libri dẽnt ſcribi
p literã extenſinã, non per ſigna, In ꝯriũ videtur caſus in l quo
ties. §. 2. ff. de hęr. iſt. Breuiter iſta eſt veritas. Quædã ſunt notæ
a inuſitatę & incognitæ, a per iſtas inſtrũm non probaret, vt l ſed
cũ patrono. §. ſi. ff. de bo. poſſ. exemplum v demus in notarijs,
q faciunt vnum ſignum, p im portat nomen ſuum, & hoc fa-
ciunt in vna litera alijs intermiſſis Aliud exemplum ẽ duab li-
teris ff. deſignatur digeſtum Si vero ſit ſignum cõſuetum, vt
pro centum ponatur vnũ, c. & ſimilia, dico tunc, ꝙ tale inſtru
mentũ probaret, vt d. l quoties. §. 2. de hęr. iſtũ. Fallit ẽ caſu iſti'
auth Itẽ fallit in libris iuris ciuilis. q dẽnt ſcribi per cõgeriẽ lite
rarum, non per ſigna licet, hodie non ſeruetẽ, vt in dicta conſti
tutione ſupra, de emen. Iuſt. Co &c.

ADDITIO.

a Pom. Et incognitæ. Iſtud fallit in inſtro. in teſtõ militis, quia licet ſit ſcriptũ per cyphras contractas, tamen valet, & tenet dummodo intelliga ur. Ita Angel in l. Titius vbi eſt tex. ff de teſt. mil Cal in l. ſed pro patrono §. fi. de bon poſ Item in inſtrumento ad pias cauſas. Ita Rom in repetitione auth ſimiliter 115. ſpeciali piæ cauſæ, inf ad l Fal. Adde Ale. in con. 152 in 2. vol. & Barb. in c. cum acceſſiſ ſent de conſt. & Nico c. cum in prima no ſup. eo. ti.

A V T N E H

a **Hoc inter liberos.** Iſta auth. inducitur per glo. in ar ad reſcripta, ꝙ non valent, niſi in eis expreſſè dicatur, Tal. lege nõ obſtante, quod no. in l. ſi. ſ. ſi contra ius, vel vti pub. l & ibi pleuè per Doct.

ADDITIO.

a Pom Hoc inter liberos de. De intellectu huius auth. Bar in conſi. 2. in 1 vol. Item vide Ale in conſi. 1 6. in 2 uol. & in conſi cv. Barb conſi. 2 vol 1.
Pariſ Hoc inter liberos. Circa iſtam auth. an procedat qñ primum teſtamentum eſt nuncupatiuum, vide late Bar conſi. 2. 10 3. parte. Pro limitatione, & declaratione huius auth uide Alex. conſi. 59. Item de materia huius auth. an procedat tam in prolatione particulari quam totius, & an procedat in filijs qui reputantur e tranei, & de quibuſdam alijs, vi le Ro conſi 179

§. Per nuncupationem. Habuiſtis ſupra de teſtamento in ſcriptis, nunc proſequitur, de teſtamento nuncupatiuo. Teſtamentũ
a nuncupatiuum debet fieri coram ſeptem teſtibus ◦ voluntatẽ
teſtatoris audientibus. h d.

ADDITIO.

a Pom. Fieri coram ſeptem teſtibus An in hoc requiratur rogatio teſtium Ro. in re pe auth. ſimiliter. in 11. ſpeciali piæ cauſæ, in vltimis voluntatibus. C. ad l. Falc. Bar in conſ. 31 io 1. vol.

1 *Teſtes deponentes de renocatione teſtamenti, debent coram teſtatoris iu dice deponere.*
2 *Teſtamentum ſecundum imperfectum ratione præteritionis, quãdo tollat primum.*
3 *Subſtitutio pupillaris directa facta in teſtamento de extraneis, quod reuocatur in codicillis, quando ſunt ſubſtituti venientes ab inteſtato.*

a
b **§. Si quis autem.** a Hic eſt no § Teſtm̃ pfectum nõ tollr per ſubſequens b imperfectũ
niſi in eo fuerint ſcripti venientes ab inteſtato, & quinq; teſtes
c affuerint. ch d. Opp. ꝙ idem eſſet de iure antiquo, vt l. a. ff. de in
iuſ. rup. irri. teſt. So. iſtud ibi fuit additum a ꝯpoſitorib. noui iu
ris. Secundo op. de l eius militis. § ſi de teſt. mil So Fateor, ꝙ ſi-
cut eſt hic, quod teſtm̃ perfectum tollr per imperfectũ, ita ſũt
ẽt qdã caſus olim, & ẽt hodie, vt l. ſancimus. ī. e. qd dic, vt in gl.
Itẽ op. de l hęreditas. ī. de his. quib vt indig. So. ibi primũ teſt. ꝙ
non tollr, licet hæredes reputentur indigni Item op. de l. cũ q-
dam. ff. de his. qui. vt indig Sol. Dic, vt ibi. Item opp de l. pe. §. ſi.
ff. de cond inſt So. dic, ꝙ ibi teſtator cogitauit in vanũ. Quęro,
dicitur hic. quod quinque teſtium diſpoſitiones, & c. Quęro,
1 Nũquid ſufficiat, ꝙ dicti teſtes deponant coram notario. † Gl.
d dt, ꝙ nõ ſed eſt neceſſe. ꝙ examinentẽ, coram iudice. dt in tex.
teſtibus non teſtimonijs, eſt credẽdum, vt l. 1. §. idẽ diuus. ff. de
teſtib. vide gl tuam no. & claram, quam no perpetuo, & tene
mẽti. Circa iſtũ §. quæro dno. Primo. hic loquitur quãdo teſtm̃
2 eſt imperfectum rõne ſolennitatis. † Quid ſi eſt imperfectum
ratinne præteritionis' Gl. vr̃ velle, ꝙ tunc primum nõ tollat p
ſm, vt l. ſi filius, qui in poteſtate. de lib. & poſth. In cõtrariũ fa-
e cit tex. in l. ſi dnb. §. ſi prius. ff de ꝯtab. Dic, vt ibi. Vlt e ſcias, ꝙ
3 hanc legem defendi ſemel vnam hereditatem hoc modo † Te
f ſtator filiũ inſtituit in teſtamento, & ei quoſdam extraneos pu
pilr ſubſtituit, demum in codicillis illam ſubſtitutionẽ reuoca
uit, & ſubſtituit, venientes ab inteſtato, & omnes ſapiẽtes dice
bant, ꝙ illa ſubſtõ directa non potuit reuocari in codicillis,
g ego dixi contrarium, g quia quando in codicillis ſunt ſubſtitu
ti venientes ab inteſtato, hæreditas data extraneis in teſtamẽto
ꝑ tolli. Caſus eſt hic. Et ſic reſpõderes hic loquiĩ quãdo voluit
teſtari, quæſtio noſtra loquiĩ expreſsè quãdo voluit codicilla-
ri. Dico, quod nihil ad propoſitum, vt l. militis codicillis. in prin
cip. ff. de teſtam. mili.

ADDITIONES.

a I. A Si quis autem Ad intellectum § vide Alex. conſi. 106. in 1. volu Ro cõſ 306.
b Pariſ Per ſubſequens. Niſi primum eſſet inter liberos, quia per ſecundum imperfectum non tollitur, etiam ſi in eodem inſtituantur filij, uide Com. cõſ tuo 112.
c Par teſtes aſſu rint an aũt diſpoſit o huius. §. ꝙ per ſecundum imperfectum non tollitur primum, habeat lo um, ſi ſm eſſet imperfectum ratione alterius defectus quam numeri teſtium, puta rogatus notarij, & teſtium, & ſimiles, uide Ro. conſi 306. Nunquid autem ſecundum teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſtibus tollat primum etiam ad pias cauſas ſolenne, vide Pan. conſi 360. Nunquid autem ſecundum imperfectum, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, tollat primum ſolennem in quo ſit inſtituta pia cauſa, uide Pan conſi. 11 Et de materia huius §. uide etiam lo conſi 1 9.
d I. A. Iudice, quod limita vt hic per Alex.
e Vltimo. Addic, quod idem tenet Pau de Caſt hic, Ful. etiam dicit, quod cõtra Par. non auderet iudicare, quia opin. Bar. fauet voluntati teſtatoris Idem tenet Ra. Cu. io l. 3 & 1. de inoff. teſt. Franc. Tig hic, Bal & Sal. in l. ult. ſ. fam. ercis tenent contrarium latius hoc vide per Alex.
Pari Vltimo uide Alex. conſi. 89.
f Menoch. teſtamento. Ruy. conſi 27. no. 7 a lib. 2.
g Pom. Ego dixi contrarium, Hoc ſequitur Ale. conſi 146. uol. 3. & ſeq & ibi etiam declarat illum tex.

L E X XXII.

a **Dictanctibus.** a Dictant bus, & teſtibus poteſt in teſtamento relinqui. h. h.

ADDITIO

a Pariſ. Dictantib. Circa iſtam legem an habens cauſam generalem poſſit eſſe teſtis, uide do. Fran. conſi. 87. & de materia, per eum ĩ 10 l qui teſtamento in prin. de teſt. Item an rector uel canonicus poſſit inter be e in fauorem eccleſiæ, uide Mat. uot. 31. Item pro ſolutione ad l omnibus c de teſt uide lo Nellum in tra de teſt & quid ſi omnibus teſtibus eſſet legatum, uide Soc. in l. ſi quis ita in 2. oo. de reb dub

L E X XXIII.

Conſulta. Inſinuatio facta coram iudice incompetẽti vel coram rectore eccleſiarum, eſt ipſo iure nulla. hoc dicit.

L E X XXIIII.

Ambiguitates. Verborum ambiguitas, vel ordinis peruerſio, teſtamentum non vitiat. hoc dicit cum l. ſequen.

L E X XXVI.

In teſtamentis. Teſtatoris prædictio, teſtibus facienda tollitur hac l. h. d.

L E X XXVII.

a **Sancimus.** a Hęc eſt notabilis lex ſingularis caſus' Teſtamentum perfectum non tollitur per imper-
b fectum niſi curſu decennij ſubſequatẽ. h. d. Opp de bono. poſ.
ſ. ſecundũ tab l pe . §. teſtamento gl ponit multas ſol. Illa ſolu. eſt
vera. quæ ponitur circa fin. ibi, vel loquitur ibi, cũ teſtator, &c.
quod hęc loquitur quando teſtator venit ad actum verbi, illa
quando teſtator, venit ad actum facti.

ADDITIONES.

a Poma. Sancimus Adde Ale. conſi 104. in 2. uol. & de materia huius l. uide eundẽ conſi. 31. in 2 dubio. vol. 3. & conſi cv vol 4. Ianor conſi 12 in 2. dubio. vol. 1. & Bar. conſi. 36.
Pariſ. Sancimus. Circa iſtam legem, quid ſi eſſet in ſecundo inſtituta pia cauſa vide Ale. conſi 54. uide etiam pro declaratione huius legis, Pa. omnino, conſil. 11 vide late Barb. conſi. 89 uol. 4.
b Menoch caſus Soc in. conſi. 145 nu. 5. lib 2 Ruy conſi 73. nu 10. lib 2.
c I. A. Subſequatur. Teſtm̃ ergo primum tollitur per ſecũdum niſi in primo ſit clauſula derogatoria ſecundi, vt hr̃ plene in l ſi quis in prin. teſtamenti, de le 3. quia de illa clauſula eſt facienda mentio ſpãlis, quod Bal. quem cæteri ſequũtur intelligit verum, niſi ex aliquib coniecturis poteſt apparere quod voluit illud tollere ſ. ſi interuenit iuſta cauſa, puta odium, vel ſimultas inter ipſum, & inſtitutum Item ſi iurauit ſecundum teſtamẽtum ualere. item ſi ipſum fecit apud acta. item, ſi lapſum eſt decennium, & qualitercũque aliter poſſet conſtare. Et iſta dicit Pan. notanda, quia alibi non reperiuntur. Adde tu ad hoc, quæ ipſe Bal. cõſuluit conſi 178 4 uol. ubi teſtator dixit in primo uelle illud præualere omnib. niſi in ſecundo eſſet ſcriptus pſalmus, Miſerere tua manu, & deinde fecit aliud, & dixit illud velle præualere cuicunque alij teſtamẽto a quo vis notario facto, quod per illa verba primum eſt ſublatum, quia non figura uerborum, ſed ſenſus intellectualis teſtatoris eſt attendendus.

L E X XXVIII.

a **Cum antiquitas.** a Modicum interuallũ ſeu actus contrarius ex neceſſitate naturæ interueniens teſtatori, vel teſti, teſtamentum non vitiat h. d.

ADDITIO.

a Poma. cum antiquitas. Nec etiã verba iniurioſa inſerta in teſtamẽto uitiarent. Ita ampliat Ale. in l 3. in prin. ff. de lib & poſthu.

§. Cum autem. Teſtator poſt teſtamentum manu propria ſcriptum hodie ſe ſubſcribere non tenetur. h d.

L E X XXIX.

1 *Loqui qui non poteſt articulatè ſimilis eſt mortuo.*
Teſtamentum factum a balbotiente, qui antea erat expedita lingua, non valet, ibidem.
2 *Teſtamentum quãdo ualeat in ea parte in qua ſollennitas fuit obſeruata.*
3 *Si teſtator articulatè reſpondeat notario interroganti, an uelit Titium eſſe ſuum hæredem, ualet teſtamentum.*

a **Iubemus.** a Teſtator dēt ſua manu nomē hrēdis ſcribere vel cum uoce ꝓpria teſtib. nunciare, quod in
teſtis , hanc legē ꝯ tendis locū obtinet. h. d. No. ex hac l. & per-
b petuo tenementu. † q̄ ille, q nō p̄t articulatè loq, mortuo eſt ſi-
1 milis: & idō cū teſtōr loqt̄ balbutiendo, cū primo fuerit hō re-
c ctę linguæ, ñ facit teſtm̄, non valet. Et ſemel faciebā exceptio
nē ad ipugnādū quoddā teſtm̄, q erat factum ab eo, qui nō po
d terat articularè loq ſōtenementi, quia eſt melius, quā hēam̄
in hac l. Dr̄ hic, q̄ in ea parte in qua fuit ſolennitas obſeruata,
valet teſtm̄, ī alijs nō, & facit ꝯ ff eo. l. ſi is q teſtm̄. Glo. ſe inuo-
2 luit. † Veritas eſt iſta, q̄nq; teſtm̄ in aliqua pte deficit rōne volū
tatis imꝑfectæ: vt puta, teſtōr voluit noiare tres hr̄des, incęp. it,
& noīauit vnū, poſtea aliū, anteq̄ nominauit tertiū expirauit,
tunc teſtm̄ nō valet in aliquo, vt s̄. ti. 1. l. furioſum. Q̄nq; volūtas
pfecta fuit, quia teſtator fecit quicquid voluit, tñ in certa parte
fuit omiſſa ſolēnitas, tūc teſtm̄ nō valet in iſta parte, ī qua fuit
ſeruata ſolennitas, vt hic. Itē op. & vr̄, q vltima voluntatis poſſit
e fieri nutu, vt ff. de leg. 3. l. nutu. Sol. Hic in inſtitutione, ibi in le
3 gatis. Quærit gl. qd ſi notarius exprimat nomina hæredū, † & te
f ſtator reſpōdeat, & dicat ſe velle eſſe hrs, an valeat. Glo. videtur
dicere, quod ſic, vide gl. Doc. dicunt quod iſta gl. dicit verū in
teſtatore, qui articulatè pōt loqui, aliàs non, vt hac l. Vltimo,
quod hic dicit̄ de hac ſubſcriptione, corrigitur per hanc auth.

ADDITIONES.

a And. Barb. In l. iubemus, in prin. Vide D. Pe. in c. 1. de cōſt. Ad quod allegauit iſtā l. & inde, quæ dixi. Et pro gl. iſta uide Lud. Rom. 10 conſi. 302. cōſulit apud Delphinatum.

Parif. Iubemus. Iſtud, quod non trahatur lex noua ad teſtamentum prius factū, limita ſingulariter, vt per Fel. in c. fi. de conſ. laſ. hic.

b Poma. Perpetuò tenementi. vide Ro. conſi. 305.

c Parif. Balbutiendo. An ille non valens articulatè loqui, uirtute tñ pollens ſcribendi poſſit teſtari ad pias cās, uide Ange. Aret. in trac. teſtōrum, in uer. ſcimus per Dei gratiam. Quid aūt ſi dr̄ alicui, ſi vis me hrēdē inſtituere, ſtringe mihi manū, Fel. in c. in pñtia, extra, de prob. Barb. in rep. l. cum acutiſſimi, de fideic. Item an balbutiens, & ſemineces poſſit teſtari, uide late Alex. in conſi. 100. Vide tex. in l. qui. & eo q. uē velle ꝯtrū eius, q no. hic Bar. & uide quæ hic, & ibi ſcribuntur per Ial. & alios. Itē, q conſtitutus in extremis poſſit teſtari, donare, & adire, & alia facere, uide Barb. in rubr. C. qui admit. Vide de conſtituto in articulo mortis, q interrogatus, an uelit teſtari, reſpondet ſic, an ualeat, uide Socin. l. j. §. ſi quis ita in 1. notab. de uer. obl. vide Bar. in c. cū tibi. de teſta. q ponit, an ualeat teſtm̄ ſi dictum ſit, ſi uis me hæredē facere, ſtringe mihi manum, uel quid ſimile. & an ad pias cās ſaltē ſtatim ualeat inſtitutio hr̄dis nutu ſolo facta, uide ēt Barba. in conſ. 43. uol. 3. ubi ēt ponit quid inter liberos, & an poſſit nutu reuocare primū teſtm̄ maxime inter liberos. Item, an conſtitutus in extremis poſſit teſtari, & in teſtem examinari, & an cum duob. teſtib. poſſit codicillari, uide per Barba. in c. Ray. de teſt. uoi quædam alia de conſtituto in extremis. Et uide eum late in conſil. 43. uol. 3. de eo qui interrogatus reſpondit quod ſic, qui non poterat articulate loqui, & de cōſtitu. o in extremis, qui poſſ. prædicta, & alia habere. uide Decium in c. ſi pro debilitate de offi. deleg.

d L.A. Articulate. Adde, q Ang. dicit hoc eſſe uerū inter liberos, q. licet ſit remiſſa ſolennitas teſtium, ut in § ex imperfecto, non tñ eſt remiſſa ſolennitas uoluntatis teſtōris, q̄ pōt exprimi ꝑ ſcripturā, uel per loquelā clarā. Alle. l. in fraude. § j. cum ibi no. & d. teſta. mili. in relictis aūt ad pias cās, dicit do. lex. quod magis cōis eſt opi. quod l. non habet locum hæc lex, per gl. in c. cum tibi. per illum tex. ſecundum uotum Innocē. extra, de teſt. quam cōiter ſequuntur Doc. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. & Imo. in l. capitatoris. ff. de teſta. milit. dicit, quod Bal. & Ange. hic, & Pau. de Caſt. in l. & in epiſtola. ff. de fideic. tenēt cōtrarium. in alijs itas ſirma concluſio gl. quod ſufficiat teſtōrem reſpondere ad interrogata notarij, ſi articulate loqui poteſt. Quod etiam ſequitur Bal. Ang. Sal. hic, & Fran. Tign. & Io. An. in tit. de teſt. § 1. uer. quid ſi is. Imo. & A. de Bu. in d. c. cum tibi. Ro. in l. 1. § ſi quis. de uer. obl. & in conſi. 308. vbi dicit, quod ſingulariter hæc ſunt limitanda ſecundum Ioan. And. in loco prædicto niſi aliquis de teſtoris uoluntate informatus, uel præ ſemper meditatus, qui illic agendum eſſet, fecerit ſcribi teſtamentum ut ipſe voluerit, quo ſcripto notarius legit inſtitutionem hæredis, & teſtator rñdit, q ſic. Tunc n. talis inſtitutio eſt inualida, quia iſte modus teſtādi, nō eſt inuentus a iure, & ſic ſuperſtitio improba eſt illum inuenire. de tranſla. præl. cap. 1. in ver. & quod nō eſt. Hoc idem tenuit Pau. de Caſt. conſil. 3 · 6. & Bald. conſi. 10. 4. li. & contra op. Alex. quod teſtamentum ratione uoluntatis imperfectæ non ualeat inter libero, nec ad pias cauſas, tenet Abbas, conſi. 105. incip. caſus talis proponitur, ubi alleg. Petr. de Anc. in capi. 1. de teſt. dicens, quod ſi teſtator incæpit pauperes inſtituere, & ſuperueniat tremens, ita quod teſtamentum non potuit perficere, quod nullius momenti eſt teſtamentum, & in ſecūda parte conſiliorum.

e Menoch. Inſtitutione. Gramma. deciſio. 73.

f Parif. Nomina hr̄dum. Vide Alc. conſi. 12. poſt med. & conſ. 73. & conſ. 184. & late conſi. 40. & uide omnino Rom. diſtingu. item conſ. 306. circa ſinūs omnino Pau. multiplicites loquentem conſi. 358. uide etiam Ange. de Aret. in tracta. de teſtamentis, in gl. in uerbo, item relinquo Titio centum meū.

LEX XXX.

1 *Si teſtator incidit ſigna teſtamenti, an teſtamentum tollatur ipſo iure, uel ope exceptionis.*
2 *Teſtamentum remanet ualidum, quando inconſulto ſunt inciſa ſigna ipſius teſtamenti, & quid ſi conſulto, & nu. 3.*
3 *Quando teſtamentum irritum redditur cui hæreditas debeatur.*

Noſtrā prouiſionem. Si ſigna ſūt īciſā teſtōre volēte, rūpit teſtm̄, aliàs
1 remanet ualidū. h. d. Op. nuda † volūtate ñ tollr̄ teſtm̄, vt l. ſancimus. s̄. e. ſed hic dr̄ ꝯtriū, qa īcidēdo ſigna tollr̄ teſtm̄, quare male So. qdā dñt, qd ñ tollr̄ ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt hic in prin. gl. Tu dic, qd hic peruenit ad actum facti, ibi peruenit ad actum verbi. An aūt iſto caſu tollat̄ ipſo iure, vel ope exceptionis, dic, vt in d. l. 1. ff. de his quę in teſtō delen. & l. ad teſtm̄. §. ſi
2 ſigna. ff. e. Op. dr̄ hic, q † inciſis ſignis incōſulto, teſtm̄ remanet ualidum. ꝯ. ff. de bo. poſ. ſm tab. l. 1. §. ſemel. & §. ſi ſilinū. So. dt gl. fateor, q l. non p̄t peti bo. poſ. ſm tab. vt in ꝯrio, ſed bn̄ dt adiri hr̄ditas de iure ci. vt hic. Tu dic, aut nomē hr̄dis nō eſt deletū, & tunc pōt adiri hr̄ditas, & peti bo. poſ. de iure p̄torio, vt hic, & l. j. §. ſi l. num. aut nomē hæredis eſt deletum & tunc ſi quidem tabulæ nunquam in iudicio fuerunt productæ idē, qa pōt peti bo. poſ. ſm tab. vt l. j. §. ſemel. ff. de bo. poſ. ſm tab. aliàs p̄t adire
a de iure ci. vt hic, nō tñ p̄t peti ſm tab. vt in ꝯrio. Vlt. a q̄rit gl. qñ
3 teſtm̄ irritat̄ † per inciſionē, cui debeȓ hæreditas. Gl. hic diſtingitur aut teſtator incidit, vt decedat inteſtatus, aut, quia reputauit hr̄des indignos, aut dubitat̄. Primo caſu venit ad venientes ab inteſtato ſecundo ad fiſcum. tertio idem, qa in dubio venit ad fiſcū. ita dicit gl. quā vide. idē vr̄ tenere gl. in l. cācellauerat, de his q̄ in teſtam. delen. quā gl. Dy. reprehēdit, & omnes Doc. illum ſequuntur, quod in dubio, non videatur reputare hr̄des indignos & ſic admittuntur venientes ab inteſtato. Eſt ēt alius caſus, quando teſtator incidit teſtamētum volens decedere cū primo teſtamento, quod dic vt l. qui ea libertis. §. teſtamēto. ff. de bon. poſ. ſecundum tab.

ADDITIO.

a Vltimo. Adde poſt Pau. de Caſt. Bal. & Alex. Oldra. qui voto ſuo ſatisfaciet circa hoc conſi. 164. incip. circa materiam propoſitæ quæſtionis, & aliquid per Bal. conſi. 100. 4. volum. Crau. conſi. 218. Menoch.

LEX XXXI.

1 *Iſta lex habet locum in teſtamento in ſcriptis, & nuncupatiuo.*
2 *Ciuis q eſt teſtator in comitatu, an debeat teſtari coram quinque teſtibus.*
3 *Statutum, quod quilibet Peruſinus poſſit facere teſtamētum coram quinque teſtibus, non comprehendit forenſem.*
4 *Statutū, vel conſuetudo, quod teſtamentum fiat coram minore numero ſeptem teſtium, non valet.*
5 *Lex generalis, quod tollat conſuetudines ſpeciales.*

a **Et ab antiquis.** a Permiſſum eſt ruſticis facere teſtm̄ coram quinq; teſtib. ſi plurium co-
1 piam hr̄e non pñt. h. d. hęc bona lex. † Quęro, vtrū iſta lex hēat locū in teſtō in ſcriptis, & nūcupatiuo? Gl. dicit, q ſic, & ita obſeruat̄ cōiter, licet gl. aliud videat̄ ſentire in l. qui teſtamēto. §.
2 fi. ff. e. Circa hanc leg. † quęro, quidam ciuis fecit teſtm̄ ī comitatu, vtrū poſſit teſtari corā quinque teſt. b Cy. hic vr̄ dicere, q ſic Iac. de Are. diſputauit q̄dā qōnē, in qua determinauit ꝯtriū, qa tex. in l. cōficiunt. § j. de iure codi. Hoc ēt probat̄ ex iſto tex. ſi bene aduertat̄, & hic non ꝯcedit priuilegium loco, ſed ꝑſo-
b nis in loco, hoc eſt, ruſticis in comitatu. b Si. n. non eſſent ruſtici, non haberent priuilegium. Itē ſi eſſent ruſtici, & nō ſtarēt ī comitatu, nō valeret teſtm̄, & vide tex. & iſtū tex. pōdero mul-
3 tūt in l. cūctos populos, d. ſūma Tri. & fi. cath. Et iō ſi ſtatutū † diceret hic, q q̄libet Peruſinus poſſit facere teſtm̄ corā quinq; teſtibus, & faceret hic forenſis teſtm̄ taīr, ñ valeret, qa ſtatutū eū non cōprehēdit. Secus ſi diceret, q quilibet poſſit hic facere teſtamentū coram quinque teſt. b. De quo dic vt in d. l. cunctos
4 populos. Item hęc lex facit pro † ſtatutis, q teſtm̄ corā quinque teſti. vel paucioribus valeat. Nā hic erat ꝯſuetudo, qd̄ nō valeret, niſi approbaretur per hanc legem vt hic vides in tex. Nō p̄t ergo induci per cōſuetudinē, vel legem, quod liceat teſtari corā pauciori num. teſtium, q̄ ſeptem. Iaco. de Are. diſputauit ꝯtriū, & determinauit in l. cunctos populos. & ad hanc l. rn̄det. Dic vt
5 ibi. Itē facit hęc lex, quod lex generalis tollat cōſuetudines ſpeciales locorum. Nam leges præcedentes, q̄ dicebant teſtamēta fieri coram ſeptem teſtibus, tollebant cōſuetudines ruſticorū, niſi per hāc legem eſſent reſtituti. Ad idem l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viola. & dic vt ibi, & de hoc plene in c. 2. de conſt. li. 6.

ADDITIONES.

a Bar. In l. & ab antiquis. Vide pro l. Bar. in conſi. 154. 100. ſecundum cōſuetudinem Venetiarum.

a I. A. Sed an ſit verum, dubito. Adde ꝙ Ang. quem Pau. de Ca. refert, dicit non eſſe dubitandum, quia verum eſt, quando expreſſe exhæredat, ſed quando grauat de reſtituendo hæreditatem non cenſetur grauare in legitima. Et hoc dicunt velle iſtam gl. arg. l. ſequens quæſtio ff. de leg. 3. Certè dicit Paul. vr̃, ꝙ idem ſit in ſubſtitutione directa, cum per eam non ſuccedatur filio, ſed patri, ideo non poteſt dici prouiſum filio, ſed magis grauamen, & maius quã illud, ꝙ reſultat ex fideic. cum faciat ipſum deſinere eſſe hæredem ipſo iure & ideo videtur quod ſicut in fideicommiſſaria etiam facta a milite non venit legitima filij, ita nec directa, & ſic in directa remanebit etiam hæres ſuus, & in reſiduo deſinet, & ſubſtitutus incipit eſſe.

b Pom. A Pagano. Et hoc eſt verum conſiderato effectu, cõſiderata vero forma verborum, ſub qua concipitur, poteſt dici ſpecies de per ſe.

c Pom. Directa. De iſto caſu vide plene per Alex. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. & Bar. conſ. 3. & q. 36.

Pariſ. Directa. De hoc primo caſu vide Pau. de Ca. conſ. 133.

d Pom. Oĩ tpe valet. Hoc tamen limita, vt per Bal. in l. proxi. ver. mirabile eſt dictũ

e Pariſ. Per verbum cõe. De iſto artic. pleniſſime Barto. in l. ſi arrogata ff. de ado. vbi plenius examinat q. hic vel alibi. Vide late do. Fran. cõſ. 151. vide Bar. cõl. 229. vide Paul. de Caſt. conſ. 120. vbi ponit ꝙ ſi ſit ſtatutũ, ꝙ de iure non ſuccedat, nunquid autem ſubſtitutio compendioſa facta pupillo de bonis teſtatoris tantum per verba communia, matre ipſius teſtatoris, & matre ipſius pupilli exiſtẽtibus in medio pẽt tẽpora pupi. æta. ſit directa, vel obliqua vide Pau. de Caſt. conſ. 246. Item de articulo an compendioſa facta ſimiliter per verbum commune fauore matris poſt pubertatem obliquetur, vide optimũ Pau. conſ. 339. vbi tangit pulchre intellectum huius l. in hoc paſſu. Itẽ vide in materia quando eſt facta a Pagano matre extante in medio, Ant. de But. conſ. 13. per totum. Itẽ de compendioſa facta a Pagano per verbum commune an omni tempore ſit fidei commiſſaria, vide Ang. late diſputantem conſ. 118. inci. in hoc teſtamẽto Petri. Et quando mater eſt in medio, ꝙ omni tempore ſit fideicommiſſaria, vide Ange. late diſputantem conſ. 118. incip. in hoc teſtamento Petri. Et quando mater eſt in medio, ꝙ omni tempore ſit fideicõmiſſaria, vide Io. de Ana. conſ. 79. dicentem iſtam eſſe communem. & Bal. ibi in add.

f Pom. De illo dubio. In quo dubio communis opi. eſt, quod intra tempora pubertatis valet iure directo, etiam ſi mater ſit in medio, vt per Alex. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & conſ. 72. in 2. uol. & conſ. 17. in 1. uol. & conſ. 22. in 3. uolum. Pau. conſ. 247. & 114. & conſ. 313. Barb. conſ. 46. 2. uol.

g I. A. Fideicommiſſaria. Adde quod ſubſtitutio facta impuberi per verbum cõmune ſit omni tempore fideicommiſſaria, voluit Bal. conſ. 250. inci. in conſulẽdo ſemper tenui cõem opi. uol. 4. & eo lib. conſ. 250. inci. ad ſubſt. & conſ. 376. inci. quidã notarius Ant. & conſ. 142. inci. pater facit 3. lib. & ibi etiam ſi ſoror ſit ĩ medio, & conſ. 367. incip. præmiſſis, ubi pulchre, quando mater eſt in medio, & ibi non uult firmare pedes, quia fratres teſtatoris, & mater eſt in medio, & ibi non vult firmare pedes, quia fratres teſtatoris, & mater pupilli concurrebant. Eãdẽ opi. tenet Ang. conſ. 13. & conſ. 185. & ita refert Bal. ita conſuluiſſe idem uoluit Bar. conſ. 34. incip. Ang. Mat. & conſ. 7. inc. homo. Accuſiuit ꝙ vero intra pupillarem ætatem valeat iure directo, poſtea iure fideic. voluit Pau. de Caſ. ẽt ſi mater ſit in medio, conſ. 196. & conſ. 110. & conſ. 300. Old. conſ. 131. Rom. Idem vr ſenſiſſe conſ. 170. & Ale. conſ. 1. 2. ubi uide, quæ hic dicit, eius lib. 2.

h I. A. Quid enim ſi teſtator. Vide pulchrum conſ. Bal. conſ. 160. 3. lib. Bald. conſil. 217. incip. quidam Petrus 1. lib. & ibi unum uerbum, quid ſi frater fuit ſubſtitutus tanquam miniſter pauperum.

i Item quid ſi. Adde Bal. conſ. 78. 4. uol. & conſ. 254. 1. uol. Ang. 185. Rom. conſ. 130. Bar. conſ. 18. incip. In Dei nomine, pater habens.

K Paul. Bona mea liberè. Vide Cum qui hoc ſequitur in conſ. 3. inci. teſtator Bart. inſtituit, circa me. & idem in verſ. pleno iure ſm Ant. de But. cõl. 54. de quo ſ. Pom. Bona mea liberè. Quid importat iſtud verbum, liberè, vide tex. in c. de multa in uer. liberè. de pb. ubi Abb. no. Adde Bal. in c. q in eccleſiarum. in uer. liberum. de cõſt. & ibi d. Ant. in 4. no. Adde ẽt tex. in c. 1. 10 uer. libere & uide Ioã. And. de reg. iu. in 6. & clarius Gem. Adde tñ ꝙ in contrariũ conſuluit Rapha. Cum conſ. 103. inc. Ant. ſed ꝗ opi. hæc quod libere exponatur. i. propria authoritate, eſt tex. in c. cum eps, p expõnẽ Arc. & Io. And. de off. ord. in 3. not. gl. in c. 1 in uer. libere de teſt. in 6. Facit quod no. gl. in c. cum plures. in uer. libere de off. deleg. in 6. & gl. in clem. dudum. in uer. libere. de ſepul. aliàs Cant. in c. ad hæc. de de reſt. do. facit quod no. glo. in expõ. ibi cõtet approbata in c. lator de homic. ponit Ale. de iſta dictione in conſ. 12. inci. uiſo themate in 1. & 2. uol. Barb. in ca. 2. de offic. & do. Ant. conſ. 14. in 2. uol. Facit quod no. Ang. in l. hic ſi res. ff. de rei vendic. ubi inquit quod ſi teſtator dixerit quod legatarius non moleſtet per hæredem in re legata, uidetur data licentia capiendi propria authoritate, & de ver. libere, uide Mod. in l. 1. 3. de ſacroſanct. eccl. in 5. quæſtio. princip. in prin. ibi Alexan. in apoſt. uide de uerbo, libere, Iaſ. in l. Centurio. ff. de uulga. & pup. De uerbo autem plena poteſtas, & libera uide Fely. in cap. in audiu, de præſcrip. Barb. in c. præterea de offic. deleg. Adde etiam quod ſtatutum dans poteſtatẽ plenam, uel liberam pcedendi ſup maleficiis, non potens tamen ponere aliquem ad torturam, niſi præcedentibus indicijs. Vide Iaſ. in l. ſi inſtus, in fine.

ſubſtitutio eſt vna, non dico ꝓ toto tpe, ſed dico vna ſm ꝙ caſus Attulit. Nã ſi filius deceſſerit in pup. ęta. interpretabimur ꝙ ſemꝑ fuit pupillaris: ſed ſi filius deceſſerit poſt pup. ętatẽ, inter
17 pretabit, ꝙ ſemper fuit fideicommiſſaria. Probo, verbũ † quod poteſt in plurib. tẽporib. verificari, in dubio dẽt intelligi ſm qd caſus attulerit, vt l. 1. in princ. ff. de adi. leg. & l. hæc ꝯditio. §. ſi. l. ſeq. de ꝯd. & dem. Ita in ꝓpoſito iſta verba, ſi filius meus deceſſerit, ſunt apta referri ad filiũ decedentem in pup. ęta. & ad filiũ decedentem poſtea; & ideo ante aditam hæred. vel etiã ante mortem defuncti, ſm quod caſus attulit, ita referuntur, & ſm hoc, ſi deceſſerit poſtea continet fideicõmiſſariam, ſi deceſſerit ante aditam hære. continet vulgarem. Facit ad hoc de libe.
18 & poſt l. Gallus, § 1. ita intelligo iſtam materiã. † Quæro ergo, ſi
a teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, a talẽ ſubſti
b tuo. b Gl. hic vr dicere, ꝙ ꝑ hæc verba videt teſtator velle ꝙ ſp
c valeat iure fideicõmiſſi. Hæc gl. reprehenditur c per c. ſi pater.
d de teſt. li. 6. d † Quæro, qd ſi teſtator ſubſtituit ſub diſtinctione
19 tẽporis, vt ſi filius meus deceſſerit in pup. ęta vel poſtea. Certe dicit gl. ꝙ intra pup. ęta. valebit iure pupillari poſtea vt fideicõmiſſaria, hoc aũt omnes ꝓbant, vt l. ſi frater, ȝ. de fideicõmiſſis. Vltimo, ꝗa dixi ſ. diſtinguendo an ſubſtitutio fiat verbis directis, an obliquis, an cõmunibus, eſſet videndũ q̃ ſunt verba directa, & quæ obliqua, & quę communia, & eſſet videndũ de verbo, habeat, & de verbo, accreſcat, & de verbo, moriať, & de verbo, ſuccedat. que plenè examinaui in l. Centurio. ff. eodem.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Pro ꝯcordia aduerte quod ſubſtitutio compẽdioſa facta a milite per verba directa, trahit ad fideicommiſ. poſt pup. ęta quãdo mater filii inſtitutus eſt in medio. Iſta fuit op. gl. iuncto tex. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. Azo in ſum. Bar. Bald. in hac l. ꝑ ecio. & Doct. antiqui ſecuti ſunt hãc opin. Contrariũ tenere alleg. in l. in tuſt. C. de teſt. mil. Tu dic, iſta q. ſolet in ſcholis diſputari, & plures intellectus dant ad hanc. ꝓcibus & cõplures poſſunt dari ſolutiones, ſed illa magis placet, quæ & eſt cõis, videlicet, ꝙ aut talis ſubſt. fit ꝑ verba directa directiſſima, puta ſi teſtator dicit directo ſubſtituo, & tunc etiam ſi mater ſit in medio, non obligatur & tũc procedat. 2. opi. Aut fit per verba directa non directiſſima, & ꝓcedat 1. opin. Et hoc ſenſit Bal. dum facit differẽtiam, an ſit facta per verba directa directo, ſeu directa ciuilia, & quia mẽs teſtatoris prędominat in omnibus, l. in conditionibus pr. mum, ff. de cond. & dem. cum ſim. Ideo attẽdenda ſunt verba ipſius.

ADDITIONES.

a Pariſ. Sine liberis. Vide quæ ſcripſi in l. Centurio. ad Bar. & in l. pupillari. ad ſ. & in l. 2. in prin. de vulg. & pup.
b Menoch. Subſtituo. Pariſ. conſi. 73 nu. 8 lib. 2.
c I. A. Reprehenditur. Adde vt per Bal. conſi. 46. & 230. 1. vol. & cõſi. 201. in 2 volu. per Old. conſi. 99. inc. factũ tale, quidam teſtator per Bar. conſi. 22. inc. p homo. Accim. per Bal. conſ. 6 & 355. 3 vol. & conſi. 83. & 145. lib. 2. & conſi. 153. 3. vo. Pet. de Anch. conſi. 26. & Bal. conſi. 213. 3 lib.
d Pariſ. Lib. 6. de tate l. ... huius c. ſi pater, vide do Fran. conſi. 151.

LEX IX.

1 *Mentecaptus quomodo ſubſtituitur, & qua ſpecies ſubſtitutionis ſit.*
2 *Hæc ſubſtitutio fit ab vtroque parente, & finit cum peruenerit filius ad ſanam mentem, & liberos ſuſceperit. nu. 3. & 6.*
4 *Subſtitutio lege cui fit, debet ſaltem in legitima eſſe inſtitui.*
5 *Mater quod ſubſtituat exemplariter, & non pupillariter, quæ nã ſit rãtio.*
7 *In ſubſtitutione exemplari, quod debeat ſubſtitui vnus ex fratribus, vel filijs, & non in pupillari, quæ ſit ratio.*

a b Humanitatis. a Parentib. vtriuſque ſexus ꝑmittitur b ſi lijs mẽtecaptis, c ſaltẽ in legitima inſtitu
c tis, ſub ſtituere, q̃ ſubſtõ finit ſi ad ſanam mentem peruenerint, & ſi hẽnt filios, vel fratres, alterũ ex eis det ſubſtituere. h. d. Primo ponit dictum, qualiter ꝑt fieri ſubſtõ exẽplaria. Scdo ponit quaſi finit hæc ſubſtõ. Tertio ponit limitationem primi dicti. Scda ibi, ita in. Tertia ibi, ſi filius. Aduerte, q̃a hæc eſt q̃dã ꝗſtõ, & in tribus tantum locis habemus de hac materia, hic, & Inſt.
1 de pup. ſubſt. § qua ratione, ff. eodem l. ex facto. † No. ꝙ mẽtecaptis ꝑt ſubſtitui directo, q̃ ſubſtõ dr̃ exẽplaria ex eo, ꝙ eſt inducta ad exemplum pupillaris, vt hic, dicit tex. & Inſt. eo § qua
2 ratione. † No ſecundo, ꝙ parentib. vtriuſque ſecus licet hanc
3 ſubſtõnẽ facere. † Tertio no. ꝙ hæc ſubſtõ finit, cum peruenerit
4 ad ſanã mẽtem. Quarto no. ꝙ † q̃n ille, cui fit ſubſtõ, hẽt filios, vel fratres, dẽt ex eis ſubſtitui. No. ẽt quod ad hoc vt fiat hęc ſubſtõ, requirit. ꝙ ille cui fit inſtitutus ſit ſaltẽ in legitima. Et op. ꝑ
d ordinem d ad primũ, & vr̃ ꝙ hæc ſubſtõ non pòt fieri abſq; reſcripto Principis, vt l. ex facto. ff. eod. tit. Sol. Fateor ꝙ de iure antiquo hæc ſubſtõ nõ poterat fieri abſq; reſcripto Principis, vt ibi, hodie ꝑt fieri authoritate huius l. & Inſt. e. § qua ratione. Secundo op. ꝙ non licet matribus ſubſtituere, vt l. ſi mater. ff. eo. Sol. Fateor ꝙ non ꝑt ſubſtituere pupillariter, vt ibi, ſed exẽplariter ſic, vt hic. Et in hoc differt pupillaris ab exemplaria. Rõ
5 eſt ſm d. Gul. † q̃a ſubſtõ exemplaris eſt introducta ex quadã humanitate, vt hic dicit tex. ſed pupillaris eſt introducta ſecũdũ iuris rigorem, vt ff. e. l. 2. in prin. quæ humanitas hẽt locũ ita in patre ſicut in matre. Vel poſſum dicere ꝙ rõ eſt, quia vbi maius periculum imminet, ibi cautius eſt agẽdũ, ſed in ſubſtõne exẽplaria eſt maius periculum ex parte eius. cui fit ſubſtõ, quia fortè non ſperatur, ꝙ ad ſanos mores vnquam perueniat. Sed in pupillari eſt certum ꝙ finiretur impedimentũ adueniente pubertate, ideo non permittitur parentib. ita largè ſubſtituere. Itẽ ex parte eorum, qui ſubſtituuntur, nõ eſt ita magnum periculum, nam debent ſubſtitui deſcendentes, vel fratres, vt hic in fi. merito permittitur mag. ſpatiũ, & matri, ꝙ faciant ſubſtõnẽ. Opp. ſ. dr̃ hic, ꝙ debent eſſe inſtituti ſaltem in legitima. Cõtra de l. 1. § 1. ff. eod. vbi poteſt ſubſtitui etiam filius exhæredatus. Sol. Aliud in pupil. ſubſt. vt ibi, aliud in exemplaria vt hic, quæ pòt eſſe ratio? Certè nulla magis poteſt aſſignari, quam quia ſic placuit ſtatuenti. Vel dicas, quod illa ſubſtõ permittitur ex humanitate quadam, quę ceſſat, quando quis exhęredat filiũ merito tunc non permittitur hæc exemplaria, ſed illa permittitur ſm iuris rigorem. Op. dicitur hic, ꝙ hæc ſubſtitutio ceſſat enim ad ſanos mores peruenerit ꝯ de l. ex facto in prin. ff. eo. So. Fateor,
6 † ꝙ hęc ſuppletur per illam. ſ quod ceſſat, enim talis perſona li-
e beros ſuſtulerit. Op. ad fi. l. e hic dr̃ ꝙ debet ſubſtitui ex fratrib. f
f vel filiis ſi ſunt. Contra, ff. eo. l. ſi plures § quos poſſum. vbi indiſtinctè quilibet poteſt ſubſtitui. Sol. in hoc differt exempla-
7 ria pupillari. † Rõ vrgens non poteſt reddi, ſed datur perſuaſio illa quam ſ. dixi, ꝙ hæc procedit ex humanitate, quæ humanitas ceſſaret, niſi ſubſt. tueret vnum ex filiis, vel fratrib. illa vero pupillaris ꝓceditur ſm iuris rigorem. Vltimo op. hic dicitur ꝙ pòt vnum ſubſtituere ex filiis, contra, ſi illos præterit teſtamẽtum eſſet nullum, vt ȝ. tit. 3. l. 1. & l. maximum. Sol. huius timore dicit gl. ꝯcedo ꝙ debeat exæredari. Doct. communiter tenẽt contrarium, quia alii non poſſunt conqueri, per l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt. Hic non habetis alia circa hãc l. Cy. hic modicum in iſta materia dixit, Gul. multa, & ego plenius in l. ex facto ff. eo. dic vt ibi dixi.

CONTRARIETAS ET CONCORDIA.

Aduerte quod do. Alex. in hac l. humanitatis, alleg. Bar. ſibi cõtrarium, ſed pro ſaluatione Bar. vide concordiam, quam poſui ad l. ex facto. in prin. ff. de vulg.

ADDITIONES.

a Pariſ. Humanitatis. An iſta lex habeat locum in furioſo, vide Mat. no. 171. in ver. vlt. oppono. in ver. ſol. circa iſtam ſol. vide Ial. in l. ex facto. in verbo, circa quam teſtator de vulg. & pup.
Pom. Humanitatis. An iſta lex habeat locum in furioſo, vide Math. no. 198.
b Pom. Permittitur. Et cogita quid ſi eſſent filii ex diuerſis maritis, vel vxore, qui debeant ſubſtitui, an vtrinque coniuncti, vel ẽt alii ſm quod teſtatori videtur. Ex diſcurſu lec. Bar. colliges aduertẽs lector tres dr̃as inter exemplariã & pupillarẽ, tu vero aduerte quartam, quia pupillaris adueniente pubertate, in totum expirat exemplaria vero recedente furore ceſſat, vt hic in tex. & into iterum ſubueniente furore hẽt locum, vt hic per Doc. licet contra faciat tex. in § qua ratione in ver. confirmant. Inſt. eo. tit. iure cognita, quia aliqua hincinde pñt induci.
c I. A. Mentecaptis. Adde, quid ſi mutus, vel ſurdus, vel prodigus cui bonis eſt interdictum, Doc. vt refert Pau. de Caſt. conter dñt idem eſſe. Ang. tñ contra, vt nec ẽt furioſo poſſit ſubſtitui, q. lex loquens de mentecaptis, non extenditur ad furioſos niſi ꝑ principẽ, vel hinc peãtem legis condẽdę, vt ȝ. de nuptiis, l. ſi furioſi vbi dicit eſſe caſum, tñ dubitanter loquitur tu dic, ꝙ pro opi. Pau. de Caſt. vr conſuluiſſe Bal. conſi. 212. l. in med. quã Pet. vbi oino vide hanc l. Qual aũt ſi mentecapto filio ſit relictum minus legitima, an poſſit ei ſubſtitui pupillariter, l. ... in l. ex facto. ff. e. tenet quod ſic, & Ang. Sal. Pau. de Ca. hic, quia poteſt petere ſupplementum legitimæ, & Imo. in c. Ray. dicit ꝙ opi. Bar. eſt magis cõis, & æquior, licet ipſe teneat contra. & in d. l. ex facto. & Ang. & Io. Fab. in § qua ratione Inſt. eo. Sed q̃d ſi mater ſubſtituendo poſt mortẽ filiæ mentecaptæ voluit ſua bona diſtribui & dari per ſuos fideic. pro aĩa ipſius teſtatoris, an erit exemplaris, vel fideicommiſſaria, vide Pet. de Anch. conſi. 8. tenentem quod ſit fideicom.
d Pom. Ordinem. Sunt qui dubitant ad iſtam l. nũquid ſi pater hẽt plures filios mẽtecaptos, ſit neceſſe, ſi vult vni ſubſtituere, ꝙ oib. ſubſtituat & dicit ipſe ꝙ ille tex. vr̃ probare ꝙ ſic, ibi, ei, vel eis. Iſta verba ſunt poſita cum aliquo myſterio, quia exemplaris ſubſtitutio eſt inducta ad exemplum pupillaris, vt hic, & § qua ratione Inſt. eo. ſed in pupillari teſtator poteſt, ſi habet plures filios, uni uel quibus vult ſubſtituere l. qui plures ff. de vulg. & pup. igitur, &c.
e Pom. Op. ad fi. l. Appel. fratris, an intelligatur & ſoror. Et ultra adducta hic ꝑ Doc. probat ille tex. hic, nec alia proles deſcendentium, iuncta l. 1. ff. de uer. ſig. & ibi traditur. Sed certe uidetur ꝙ eadem ratione inducta ſit & pupillaris. § qua ratione Inſt. eo. Sed dicit ꝙ ille tex. probat ꝙ Imperator exemplo pupillaris fuit excitatus ſuper quo conſideratione pietate inductus, ut hic uidetur, illam introduxit, & ſic pietas fuit cauſa prima.
f I. A. Ex fratrib. Adde ꝙ Pau. de Caſt. dicit hic, ꝙ de hoc fuit magna contentio, q. a cuidam mentecapto habenti ſororem fuit facta ſubſtitutio, & ſibi fuit ſubſtitutus extraneus. Nam dicebatur ꝙ illa erat ſubſtitutio exemplaris, & per illam excluderetur mater etiam a legitima filii, per iſtum tex. qui paraficat exemplarem pup. tamen dicit ipſe quod conſuluit contrarium, quia illa ſubſtõ tanqua exemplaris non poterat ualere ex eo quia ſoror non fuerat ſubſtituta. Tenet ergo Pa. ꝙ mater poſſet per ſubſtõnem exemplarem ſubſtituere. Idem tenuit Bal. in l. ex facto. ff. eo. Io. Fab. Inſt. eo. § qua ratione. Ang. hic, & Imo. in Rayn. Et de materia, an pupillaris ſit ſimilis exemplaris, vide Ale. conſi. 25 vol. 1.

LEX X.

1 *Dictio, vterque, eſt collectiua, vter, & alter, diſtributiua.*
2 *Subſtitutio quando eſt facta per nomen collectiuum ſub conditione, non habet locum niſi conditio ſubſtitutionis euenerit in perſona vtriuſque.*
3 *Pluralitas reſpiciens vnum finalem effectum, non reſoluitur in ſingularitates: ſecus quando diuerſos effectus.*

Cum

Cum quidam. Q̃ñ duob. impuberib. fit ſubſtitu-tio cum adiectione nominis collectiui, ita demum ſubſtõnĩ locus eſt, ſi in vtraq; perſona ↄditio ſubſtõnis verificatur. h.d. cũ l. ſeq. & magis hẽt difficilia ↄria q̃ ſint in corpore iuris. No. ergo, q† vterque, eſt dictio collectiua
3 vter, & alter, ſunt dictiones diſtributiuæ, & verificantur in altero tantum, vt dixi in tract. ſtorum diſtributiuorũ, in l. hoc ar-
a ticulo de hær. inſt. Secundo no. q† ſubſtõni non eſt locus ni-
a ſi in vtriuſq; perſona ↄditio ſubſtõnis euenerit. Ad iſtud op. de mili. teſt. l. pe. vbi vno decedente ſtatim vocatus fuit ſubſtitutus. So. dicit gl. ibi fuit facta ſubſtõ ſeparatim, & nominatim;
b hic vero fuit facta cum adiectione nõis collectiui. Iſta eſt vera ſol. dĩt, q hic loquitur in filio, ibi in extraneo. Tene præcedẽtem. Sic dẽt intelligi. ff. ad leg. Fal. l. pr̃ filiam. § fi. & ibi no. Vlterius op. ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cũ ita. vbi fuit facta cũ adiectione nominis collectiui, & tñ ſufficit q in perſona vnius exiſtat ↄditio Sol. gl. vno modo hic, q hoc ſit ſpãle in filijs. Et non placet, q2 ibi etiam loquitur in filijs, & nepotib. vel dicit gloſ. q ibi deceſſit fideic. condõnalis ante ↄdõnis euentum. Hoc nihil ad propoſitum, q̃ñ ibi inſtituti non erant inuicẽ grauati, vel ſi erant grauati, nil ad propoſitũ. Non. n. quærimus de virtute ſubſtõnis. inuicem factæ, ſed quærimus quãr admittat ille q ſubſtitutus eſt, cũ adiectione huius nõis collectiui. In hoc illa lex diſcordat ab iſta. Illa. n. admittit eum, ſi conditio extiterit in perſona unius, hic eum repellit. Sol. gl. alio modo, q hic deficit ↄdõ in pſona primi morientis, ibi ecõuerſo extitit in pſona ſecunde. Pro cuius declaratione debes ſcire q q̃ñ ſubſtõ eſt facta cum adiectione nominis collectiui vterq;, ſm rigorẽ verborum no eſt locus ſubſtõni, niſi conditio ſubſtõnis extiterit in pſona vtriuſq;, vt hic. & in l. ↄria. Sed an aliud dicat interpretari ſm voluntatẽ teſtõris, eſt aduertendũ: quia q̃ñ ↄdõ extiterit in pſona vnius, ſi quidẽ ſupereſt alius, q ex præſumpta volũtate defuncti, ſubſtitutũ excludit, non eſt locus ſubſtõni. hic eſt caſus q̃ñ vnus deceſſit in pup. ætate, ſuperuiuẽte vno alio filio teſtoris, & hoc vult. tex. ſi bñ inſpicit ibi. cogitaſſe. n. pr̃em, &c. Q̃ñq; extitit ↄdõ in perſona vnius, & non ſupereſt alius q ex pſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum excludat, tũc admittit ſubſtitutus, vt l. ↄria, magis ex mente q̃ ex verbis, vide gl. in ſol. pe. alias ſi. & hanc ſol. teneatis. Ponit glo. aliam, q ibi in fideic. ſubſt. hic in directa. Iſtam tangit gl. in d. l. pater filiũ. §. ſi. ff. ad le. Fal. & quidã hñt hic approbatam per Dy. Breuiter, q̃ñ ſubſtõ eſt cum adiectione nõis collectiui, non eſt diſa inter directã, & fideic. ſed illud ſolũ habemus aduertere, q dixi in proxi. pc. ſol. Sed q̃ñ ſubſtõ fieret ſimplr̃ hoc modo, ſi filij mei deceſſerint, & c non dico vterq;, vel oẽs, tunc eſt diſa inter directã, & fideic. Nam directa non hẽt locum niſi in vtriuſq; pſona ↄdõ extiterit. vt s. eo. l. ĝnis. quæ loquitur in directa vulgari, ſed fi-
c dei. hẽt locũ in perſona cuiuſcũq; eq primo euenerit, vt l. Lu-
3 cius §. Caio ff. ad Tre. & l. filiũ, de leg. Rõ huius eſt, quia q̃ñ pluralitas reſpicit vnum finalem effectum, non reſoluitur in ſingularitates, vt d. l. ĝnis. s. e. ſed in ſubſtõne vulg. inſpicit vnus finalis effectus ſ. defuncti hẽdiras, q̃ñ per vulgarẽ ſoli defuncto ſucceditur, & à defuncto ſolum capitur. Sed q̃ñ pluralitas reſpicit diuerſos effectus, reſoluitur in ſigularitates, vt l. falſa, §. ſi ff. de cond. & dem. hoc aũt ↄtingit in ſubſtitutione fideicomiſſaria: nam in perſona cuiuslibet hæredum eſt fideic. ſingulare per ſe, & à quolibet hẽrede capitur per ſe, non a defuncto immediatè, merito in perſona cuiuſlibet ↄtinet ſeu verificat, quia quilibet per ſe vr̃ eſſe grauatus, idẽ in ſubſt. pup. quæ reſpicit diuerſos effectus ſicut fideicõmiſſaria, q2 p ea ſuccedit pupillo, nõ defuncto, eſt idẽ q in fideicõmiſſaria. vt s. dixi. Et de hoc plenius dixi ĩ d. l. hẽdes mei. §. cũ ita, ad Tre. & ibi vide, &c.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

Pro concordia ãduerte, ſi nomẽ collectiuum nõ fuit expſſum per teſtatorẽ, qui duob. hẽdib. inſtitutis, per fideicõ. ipſis ſubſtituit Caium ſimpliciter, & ſic ſine expreſſione nõis collectiui. ſ. vtroque, vel omnis. &c. quæritur, an altero decedẽte, debeatur pro dimidia fideic. ſubſtituto, an tunc demum vtroq. moriente. & Pau. de Caſt. cõſi. 2. 6 inci. dubitatio vertitur, dicit q Bar. vnum tenet in hac l. cum quidã, quæ eſt l. pe. ſcilicet affirmatiuam. quod debeatur fide. com. altero viuente, per l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. Sed cõtrarium alleg. tenere. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff e. tit in l. quidam teſtõ ff. de vul. & pup. Sed pſo Pau. de Ca. in d. conſi. dicit Bar. in hac l. pe. p inaduertentiã, & in curſu lectionis fuit hic locutus, & non ex propoſito. Sed hoc non placet do. Ant. de N. cel. ideo dic ſm eũ q Bar. loquitur loquẽdo in fideicommiſſaria ſubſtitutione, quia in directa vulgari non habet locum niſi vtroq; defuncto, ſed communiter omnes in locis prædictis dicunt in fideicommiſſaria. quod vera eſt opi. q debeatur fideicommiſſum ſubſtituto, altero decedente, vt d. §. Caio. niſi alia ſit mens teſtatoris; non enim voluit intelligere Barto. in d. §. cum ita q eo ipſo q eſt filius excludat ſubſtitutum, niſi ſit alia coniectura, illa tamen benè coadiuuat, & in hoc ſi inſpiciatur Bar. nullibi ſibi contradicit.

ADDITIONES.

a Menoch. Fumeri. Barb. conſi. 55 col. 10. lib. 2.

b LA Collectiui. Adde quod [illegible] quid ſi frates ſuperſtes non poterat ſucc[illegible] fratri [illegible] ex diuerſis matrib. & extabat mater primi morientis, quæ ſ[illegible] fratri [illegible] patris tantum coniuncti, vt [illegible] Sol. dicens q cum ceſſat eo huius [illegible] ſtatim vocabitur ad hæredit. primo [illegible] quia [illegible] per eius excluſionem non ſuccederet frater ſuperſtes, non debet induci excluſio, prout etiam hoc dicit no. [illegible] ſm Nic. Mat. in ſubſt. fidei. in pup. [illegible] hoc [illegible] Raph. hic, & idem eſſet ſi quocunque alio nõi fratr a ſucceſſione fratris repelleretur. Sed quid ſi in ſubſtitutione non ſuit appoſita dictio collectiua, ſed dixerit, ſi filij mei in pup. æta. deceſſerint, [illegible] ſubſtituo, & vnus in pup. æt. altero ſuperſtite deceſſerit, an ſubſtitutus ſtatim admitteretur. Dicit Pau. [illegible] huius l. a ↄtio ſenſu. Item per l. Lucio §. Caio. ff. ad Tre. & Bar. vt ſentit in d. l. hẽdes mei. Bal. dicit ipſe tenet hic ↄtrium, pro quo alle. gl. ord. in d. l. ſi pr. impuberis ff. eo qm̃ hoc caſu ẽt ſubſt. rõ q ponitur in iſto tex. Præterea ẽ copulatiua requirit concurſum vtriuſque copulati, & verificationem [illegible] l. ſi hæredi plures, de cond. inſt. q eſt verum in primo moriente. ſed ſi pupillus mortuus eſſet poſt pupil. æta & ſic expiraſſet ſubſtõ pup. quo ad eum in perſona ſecundi morientis, extat et conditio, tũc q2 non extaret perſona, q ex præſumpta mente defuncti exclu[illegible] ſubſtitutum, admitteretur de æquitate, & ex de rigore [illegible] litatem vtriuſ morientis: ſed ſi fuiſſet appoſita dictio collectiua, tunc non de rigore, ſed de æquitate, per d. §. cum ita. Sed quid ſi ſubſtitutus eſt filius maior teſtoris, duob. fratrib. impube. & vnus moriatur in pup. ætat. an ſolus ſubſtitutus vocabitur ad hæreditatem illius, excluſo ſuperſtite pupillo. Rñ dicit [illegible] q ambo vocabunt ab inteſt. quia non eſt veriſimile, quod teſtator fratrem impuberem voluerit excludere a patre hẽditatis illius præmorientis. Pro hoc l. cum auus ff. de cond. & dem. Tu adde dum Bar. all. d. §. Caio, volens quod ſi ſit facta ſubſtitutio fideic. ſine adiectione nominis collectiui, quod non eſt neceſſe q ↄdõ exiſtat in perſonam omnium ẽt ſi ſupereſit perſona quæ ex præſumpta mẽte teſtatoris excluderet ſubſtitutum, q ipſe ↄtrium tenet in l. quidam teſtõ. ff. de vul. & pup. & in l. hæredes mei. § cum ita. ad Treb. & [illegible] q in d. locis dicit, ſequitur Pa. de Ca. conſi. 136 vbi dicit, q licet alias dubitauerit, quia Bar. erat cõtrarius, q ſibi tamen non vr̃ recedere in conſulendo ab opi. [illegible] ibi, & q hic locutus eſt per inaduertentiam, ſed aduerte, quia idem Pa. conſi. 335 inc. ſi contingit, circa fi. tranſit cum Bar. hic, & dicit q Bar. in d. §. cum ita male loquitur, tñ de Bar. mentionem nõ facit in d. l. quidam teſtõ. vnde eſt præſumendum, q maturius cogitauerit in d. conſi. 136. licet prius in ordine, & vide ad materiam Bal. conſi. 3 [illegible] 3. vol. & conſi. 17 110 2. vol. p Ang. cõſi. 80 & 109 per Alex. conſi. 112. & ſeq. 3. vol. & melius conſi. 109 in 1. vol. per Pau. de Ca. conſi. 315 & per Abb. conſi. 82. lib. & per Bal. conſi. 21 5. lib.

c Pau. In perſona cuiuſcunque. In contrarium in hoc vide [illegible] a de Ca. alleg. eundem Bar. i. duob. locis, conſi. 236 & ibi etiam ponit alle. Præpoſitum, quod ſubſtitutus non admittitur, apud quem debet remanere portio deficientis, & ſic an ſuperueniens intelligatur ipſe ſubſtitutus, unde etiam eundem Pau. conſi. 337.

LEX XI.

1 *Plures ſi inſtituti cũ adiectione nõis diſtributiui, qlibet vocatur in virilẽ*
2 *Pater & filius cenſentur vna perſona.*
3 *Dictio, quiſquis, eſt diſtributiua.*
4 *Martinus de Fano effectus eſt frater ordinis Prædicatorum. ibidem.*

a Si quis duobus. a Iſta eſt mirabilis lex. Br̃ dicit, Cũ pluribus inſtitutis tertius ſubſtituit cũ adiectione nõis diſtributiui, vocat qlibet in virilẽ: & ſi pr̃i & filio ſili inſtitutis, tertius adiungat, pr̃ & filius loco vnius hñr & vnã portionem accipiũt. h.d. & hẽt difficillima ↄria hæc lex.
1 † No. q q̃ñ pl̃es inſtituũr cũ adiectione nõis diſtributiui, qlibet
2 vocat in virilẽ ac ſi eſſent ſinglr̃ noĩati. † No. ſcdo. q pr̃ & fili⁹
b cenſent vna pſona bniõ ſicut hic in ar duo dicta, ita iſta lex hẽt duas gl. difficiles Cõtra l. iam op. directo. ff. e. l. ſi pr̃. in princ. Solo. Dñi q dã q iſte corrigit illã, ſed euitãda ẽ legũ correctio. Alij dñt. q hæc lex loqr in bonis pñs, illa in bonis filij. Hęc ẽ tritiſſa. Alij dñt q hic, idõ hẽt virilẽ in ſubſtõne, q2 ad eaſdẽ ptes fuerũt admiſſi ĩ ſubſtõne, vt j. ea. l. Iſta ẽ q̃dã diuinatio. Tu dic
3 q hic fuerũt inſtituti hẽdes, cũ adiectiõe nõis diſtributiui, qſqs ibi ſecus. Iſta ſol. tenẽt oẽs Doc. Vltrã & Citrã. Et audiui ſemel a quodã antiquo aduocato de Flo. q ipſe ĩterrogauit d. Mar. de Fano de iſto ↄrio cũ v. diſſet cũ fratrẽ Prædicatorẽ, & dixit ſibi q hęc dictio, qſqs, ſoluebat iſtud ↄriũ, & gl. nõ poneret. Opp. ff. d. vſuf. accre. l. ſi qs Titio. j. rñ di gl. ſed expone ibi, Titio & hẽdib. ſuis i. Titij legatarij. Sed certe gl. vlt. in ↄriũ tenet, q ibi loquat de hẽ. teſtõis, nõ legatarij. Sol. gl. ergo vt dixi in pcedẽti ↄrio, hoc ↄtingit p nõ miſt. ius diſtributiui, qſqs, q inducit, vt videat qlibet ſinglr̃ noĩatus, ibi ſecus. Contra hãc ſol. opp. de l. Lucius. § Lucius ff. de leg. 2. vbi qlibet in virilẽ vocat. So. Dicit Vtrã. ibi ñ fuit nomẽ diſtributiuũ, licet ſuit appoſitũ relatiuũ, qs, vel q, vt puta. relinquo ſeruis, quos teſtõ manumiſi, vñ ẽ pinde. ac ſi diſtributiuũ fuiſſet appoſitũ. Iſta ſol. ẽ falſa p l. ſi pr̃. ĩ pri. ff e. vbi apponit dictio, qs: tñ nõ vocant ĩ virilẽ. nẽ. n. ponit ibi ĩ aliqua illarũ legũ diſtributiue, ſed magis relatiue. Et idõ ſol

ue ad

ADDITIONES.

a Paril Si quis duob. Quid ãt q̃ñ plures vocantur cũ alio tertio ſub noie collectiuo an habeantur loco vnius. Vide Ro. conſi. 99 vide pulchrã q̃õnem, quam ponit, Soc. in l. verũ. ad ſi prin. de reb. dub. de ſubſtitutione facta de quatuor ſub noiatis noie pprio, ſubſtituẽdo vnumquemque pro quarta parte, quo intelligatur.

b Po. Vna pſona. Vide Bar. ↄſ. 10 vol. 1. vbi late et aliqd cõl 66 in 2 vol. Adde q po non ab re, Bar. in l. 1 [illegible] ff de le. 3. & Bar. cõſ. 10 vol. 2. Fel. in c. 3. de magi. Paril. Vna pſona An aũt in ſocietate pr̃ & filium cẽſeant eadẽ pſona, vide An. cõſ. 110 aũt 109 inc. Ant. & q in multiplici alia materia, uide Fel. in c. afferte. ex. de pſum. lat. hic late ſtẽ q vbi vnus noiat rõne maioris preminẽtiæ, vel dignitatis puta Titius & ſocij, capiunt p vno. Vide Dec. in c. paſtoralis in prin. de reſer. vbi q dã alia, & vide, quæ dicit i. tis negotiationis, & Caius promiſit 100. Titius & ſocial. et q̃ñ plures vocetur ſub noie collectiuo, vel tanq̃ duo corpora

ne ad l. Lucius, φ ſbi ex pſumptia voluntate defuncti. pp rōnē, quam hic ponit glo. quā Dy. ſequit, & Bal. ita hic tenet. Sumus
a expediti de prima parte venio ad ſcdam. a Op. venio ad gl. fi. & vt eā intelligas ſcias φ iſta gl. ſignat ǝtium vnum, & vnā q. format pmixtim & iō est ibi laborolum, ſi non intelligas, &
b legas eā, vt dico tibi. Op. de l. ſi quis b Titio. ſ. ti. de vſufr. accr. ſol. verbum, vna. hic poſitū tollit ǝtium, Iſtam ſo. reprobat gl. p l. Titius ſundi. & p l. liber homo § Titius. & l. interdum. j. ti. de he. inſt. Vnde dicit gl. ibi, dicit Titio & hǣdib. ſuis. l. defuncti hic dicit, Titio & filiis l. ipſi Titii, & iſta eſt vera ſo. Qd aūt ſeqt in gl. intrat in quandā q. vide & ſigna ibi, qualiter interſit. Mō intrat in quandam q. qualiter inter ſe diuidant coniuncti ibi, vel ibi, hic redit ad ǝriū quod primo ſeceerat. Seqt ibi, vel refert reddit ad q. q̄ ſ. fecerat, ſiue tetigerat. nō n hoc eſt de ſolu. ǝtri. Procedo ergo in recitatione gl. ſoluit alio mō, φ hic dicit filiis ibi hǣdib. φ gl reprehendit per Aue. de iureiu a mor. præ. nā ſi
c cui pī & filius c cenſent vna perſona, & ita hǣs & defunctus. Tene ergo pcedentem ſol. φ ibi loqt de hǣdib. teſtatorū, hic de filiis ipſius hǣdes inſtituti, vel legatarii. Quæro ergo, & mō intro q. q̄ gl. format ſi hæredes ſimul ǝiuncti, q vocant in vnā portionē, qualiter diuidant illā portionē inter ſe? Dicit gl. φ eā diuident pro hæreditaria portione, vt l. qui cum plures. ff. eod. Vel verius eſt videndum qñ Titius in ſceret cum plurib. hǣdi. Aut hæredes fuerunt noīati ſinglr, aut non. Si fuerunt nominati, hēbunt v.iles; alias hēbunt hǣditarias. Hic non ſunt alia.

ADDITIONES.

a Parſ Ad ſcdam. Circa iſtam ſcdam partem vide q̄ dicit Are. in l. diſcretas. ad fi. de vul. & pup. vbi ci ponit, an procederet in fratre ſubſtituto ſub nomine pprio cum a ro. Item ſub nomine appellatiuo coniunctum & inſtituto alio extraneo.

b l. A Op. de l. ſi q. is ha ſic facit φ ſi condemnanu Poteſtas cum antianis in centū, Poteſtas tenetur in quinquaginta, & in reſi ſuo antiani. Pro quo vi. le in l. plane de lega. l. in ſci coniuncta g̃ra va. multæ. d. app. & ſ. alet tangi in l. non ambiguus de leg. hic, & l. ſi quis Titio. de vſufr. accr. & l. interdum de hære. inſtit. & vi de Bar. in co. ſi 80 inci factum ra'e eſt, prædictus minus.

c l. A. & filius Adde φ hoc facit ad qōnem ſtatuti cauentis quod nullus hēat officium ni cauit ſe. niſi hēat æſtimū cētum libratum. an ſi filius non habeat æſtimum, & pī ſic ſufficiat vt filius poſſit hīc officium. Bal. conſuetur al gl. ſing. in l. ī. inſ. qui ſatiſdare cog. ſi libera & æſtimum patris prodeſt filio et ſeorſum habitati a patre. Addit ipſe in l. pror. § ſed ſi filius, ff. de eden. De qua qōne vide aliqd p Bal & Ang. hic ad ſi per Bald in c. ſi nus. de ca g ci vero & in l non plures. de ſacroſ. eccl. & in l ſcīēdū q latī cog Bar. in l cū ſeruus C. de agr. & cen. li. 11.

De neceſſarijs ſeruis hæredib. inſtituendis, vel ſubſtituendis, Rubrica.

LEX PRIMA.

Si qui. Breuiter dicit, Ille, qui non eſt ſoluendo, pōt vnum ſeruum ſibi facere neceſſariū, niſi eſſet ſpecialiter obligatus. h. d.

LEX II.

Cum ſerui. In inſtitutione, quæ enunciatiue aliquē dic eſſe liberum, videtur libertatem relinquere, ſecus in legato. h. d.

LEX III.

Si tutor. Tutor non poteſt ſeruos pupilli ſibi neceſſarios hæredes inſtituere h. d.

LEX IIII.

Cum quidam. Seruus poteſt ab inſtituto libertatē conſequi, & pupillo neceſſarius hæres exiſtere. h. d.

LEX V.

Quidam. Si ſeruus fuerit hǣs inſtitutus I toto, vel ī parte ſine libertate, vel tutor datus, erit hǣs tutor, vel liber. h. d. vſque ad § alio Op. Inſt. de hær. inſt § ſeruus. Sol. ibi alienauit in vita, hic legauit in vlt. volū. Itē opp. φ vlt. ſcriptura dēat valere. & ſic cum legatū poſt inſtōnem fuerit factum, præualet legatum, vt l. ſi ga cum ff. de vulg & pup. de leg. 2. l. ſi mihi § legatū. Sol ſpeciale eſt hic fauore iſtitutionis libertat. s.

a §. Alio. Alias illo S: legatū a ſeruo ſine libertate relingt, hǣs præſtare non cogitur ſed ad pſtandū hortabitur. h. d. Op de l. ſeruus, j. de leg Sol. Non valet legatū, vt hǣs cogit. de neceſſitate pręſtare, tamen de æquitate ſic, vt hic. Opp. de l. ſeruos. de ali. leg Sol. ſpeciale eſt in legatis alimentorum.

ADDITIO.

a Pom. Si legatum Ifrnd fallit in caſu naturali. l. Lucius §. 1 de teſt. mil.

§. Quæ. Si ſeruus a primo gradu legat, & pupillo pupillariter ſubſtituatur, ſi conditio ſubſtitutionis extiterit, hęres erit, & liber: ſi defecerit legatum valebit. h. d. §. iſte.

Deciſione. Si ſeruus pure inſtituat, ſub ǝdōne libertas datur: ſi quidem cōditio poteſtatiua defecerit hæreditate, & libertate priuabitur: ſi caſualia, libertatē cōſequitur, & hæreditate priuabitur ſi ſoluēdo fuerit teſtōr. alias vtranque habebit hoc dicit O. p. de l. cum ſeruus ff. de ǝd inſt. vbi cond. a, poſita in libertate videt in hęreditate repetita. So. illud, φ hic dicit, pure inſtituit. intellige hoc expreſſe. Alias ſi ſimplr, vī inſtitutio facta ſub conditione, ſm Rich. Malumb.

De lib. præt. vel exhæredat. Rubr.

Gl. continuat, quia in teſtamento liberi exhęredantur, vel pretereuntur, iō de hoc dicit. Vel aliter, dictū eſt de inſtōne, vel ſubſtitutione, verum quia exhæredatio fit qñq; à gradu inſtitutorum, quandoq. à gradu ſubſtitutorum, ideo de his ponit hic.

LEX PRIMA.

1 *Exhæredatio debet fieri ab omni gradu, ad hoc ut ille gradus valeat.*
2 *Clauſula in fi. poſita refertur ad omnia, & quid ſi in princ. aut in medio, nu. 3. & 4.*
5 *Qualitatis repetitio, vel modificationis, quando intelligatur facta.*
6 *Probatio in contrarium qñ admittatur contra præſumptionē huius legis.*
7 *Teſtamentum an poſſit incipere a ſecundo gradu, quoniam primus gradus eſt nullus ex cauſa prætertionis.*

a Cum poſt. Si exhǣdatio fit ab oīb. gradib. a tacitè vel expreſſè, valet teſtm̄. h. d. Vel aliter Clā in fi. poſita refert ad oīa pcedētia, ſi nō eſt rō qua
1 re magis ad vnū referat q̄ ad aliud. h. d. No † φ exhǣda
2 datio dēt fieri ab oī gradu, † ad hoc vt valeat grad⁹ ille. No. ſcdo, φ dixi in ſcdo ſumenatio, φ clā in fi. poſita, &c. Op. ff. co. l. 2. §. ante hǣdis glo huius timore hic diſtinguit, & ponit totā diſt q̄
3 fecit ibi tex. iō dic vrī gl. Ex qua no. † ī prin. ſui φ clā in prin. po
b ſita, refert ad oīa ſequētia, ſicut h d tex de clā in fi. poſita, φ re
a fert ad oīa pcedentia, ſi non pt reddi rō quare magis, &c. Itē
c ex ſcdo memb no. φ clā in medio poſita refertur ad pcedētia, & ſequentia. φ intellige ſm limita quæ ſequit in gl qñ fit intra gradū, &c. No. φ illud φ dī, clā ī medio refert ad oīa, dēt intelligi in medio vnius, hoc eſt inter diuerſa capla. Sed ſi ponit ī medio vnius capituli ad illud tm̄ referi, φ ppetuo tene ſocenti. Et iſta q̄ dico, ſunt vera qñ tractant' de repetitione vnius clæ ſub
5 ſiſtentis per ſe, de qua loquit l talis ſcriptura ff. de leg. 1. † Sed ſi loquimur de rep. alicuius qualitatis vel modificationis reſpicientis aliud, tunc an intelligatur facta repetitio, nō eſt nſa mā hic, ſed eſt materia in l qui ǝd. ff de cōd. & dem. & de condi. inſt. l. cū ſeruus. In ll. de l. A qui. §. ex hoc in capite. & de leg 3. l. in repetēdis. Dixi plenē ff. vbo ra. l. prior. §. ergo. Pro decīone hu⁹
6 gl. ſunt quærenda duo Primo, † vtrū ǝ præſumptionē huius l. admittat probō in ǝtrū. Gl hic in prin. dicit φ nō. Vñ iſta glo. cōiter reprobat, quia imo pt probari ǝtrium. vt l. 2. §. fi. ff eo. ar.
7 §. de teſt. mil. l. in teſtō, &c. † Quæro ergo ſcdo, qd ſi primus gradus ē nullus ex cā pteritionis vtrū teſtm̄ poſſit īcipere a ſequēti gradu. Gl. hic vī dicere φ ſic. Tu vero diſtīgue an prim⁹ gradus rūpat pteritione poſthumi, an vero pteritiōe iā nati, vt no. in l. 3. ī fi. ff. c. & pbat i l. nā & ſi ſub ǝdōne. ff de iniu. rupt. teſt.

ADDITIONES.

a Ale. Ab oībus gradibus Adde an exhæredatus inter gradus inſtitutionis & ſubſtitutionis intelligatur exhæredatus ab omni gradu, & an ipſius exhæredati ſuper exiſtentia faciat deficere fideicommiſſum, ſi ſine filiis, &c & an exhæredatus certa cauſa expreſſa, quæ poſtea non redditur uera, faciat exhæredationem nullam cenſeri, & an filius exhæredatus veniat in generali nominatione filiorum, & an nati ex filio exhæredato excludant ſubſtitutum, vide Rom. conſi. 438.

b Po. No. in prin. ſui. Licet oēs hic teneant, φ clauſula in prin. poſita facit ſuis trahitur ad ſequentia, q̄ clauſula in fi. poſita refertur ad præcedentia, & per glo. in l. quiſquis. ff. de leg 3. ſed contrarium decidit tex in c. inquiſitioni extra de appel.

a In medio poſita. Adde ſu. quod quando ponitur inter diuerſa capitula, quia tūc clauſul poſita in medio, non refertur ad omnia Tex. in c inquiſitioni de app. & & dicit d. Ale de I mo in conſi. 83. in 3. vol.

LEX II.

a Si auus. Nepos. q per mortē pīis incipit tenere primū locū, ſi reperitur prætéritus, rūpit teſtm̄, a per l. Vellei. h. d. Op de l. ſi qs poſthumo §. 1. ff. eo. Sol. ibi deceſſit filius īſtitutus poſt mortē aui, hic eo viuente. Op. ſcdo, dī hic, ſine impedimēto l. Vellei Contra, imo Velleius hic permittit φ nepos aui, q tenet primū gradū. ſi reperitur præteritus rumpit teſtm̄ vt l Gallus, § nunc ff. e. Huius timore ſunt hic in gl. noſtra multę expōnes & quælibet ē bona. Tu tene primā, qa eſt magis clara, & eā tenēt Vltram. vt φ dicit ſine impedimēto l. Vellei. hoc eſt l. Vellei. ǝcedēte. No. ex hac l. vnum, φ licet nepos ſuccedat in locum patris ſui, vt dicit hic tex. tamen ex perſona ſua ſuccedit, non ex perſona patris ſui, quod apparet, quia inſtitutio pa-

tria

ADDITIO.

a Rūpit teſtm̄. Adde φ Bal ex gl. quærit de difficili q. Si ſtatuto cauet, φ filia dotata non ſuccedat patri dotāti, quouſq;, vel donec maſculus ſuperuixerit, & contingat patrē filiū illinere filiā vero dotatā pterire, & deinde moriat pr, & ſuccedat filius ſine liberis maſculis, an filia pterita poſſit tunc dicere teſtm̄ nullū? Bal. hic dicit, φ ſic poſtq̄ mortuus eſt frater, & ſic filia cōſequatē dimidia, qua ab intestato ſuiſſet ab inteſt & hoc operantur illa verba, donec, vel quouſq;. & illa op. ſequitur Bar in l. ſi ad Tert. Bal & Ang in d l Gallus. Bal & Imo in l. ſi quis, poſt Hug. Ang & Imo in l ci qui ſoluendo. de hære. inſt. vbi dicit φ ita conſuluit collegium l on. conſ inc. proponitur. & Bal cōſi: 09 inci doc nan. grā. 1. vol. & eo. vol. conſi. 277 An aūt teſtm̄ retro fingat fuiſſe nullum, vel ſolum de pñti, maior pars vī inclinare quod demū tunc ſit nullū cum filia reperit ſe prætéritā, qa ita tutū pt quā facere hǣdē ad ips, & poſtea eū deſiſſe eſſe hǣdē. Et ita dicit Bar. conſuluiſſe Fran. Tig & collegium. Flo. de quib. oīb. pulchre per Pet de Anc. cō. 211. inci. in Chriſti noie, hæc qō uulgaris eſt p Ab. conſi. 92 lib 1. vbi dixit, φ ſi ſtatutum dicat, φ maſculo ſuperſtite fæmina non ſuccedat, nec audiatur agendo, uel excipiendo, φ ipſo mortuo admittetur per illa uerba addita, nec audiatur agendo, vel excipiendo latius ibi uide, & per Bal conſi. 99. lib 5.

tris ſibi prodeſt, vel nocet, ſi inſpicitur inſtō, vel exhēdatio ſa
ĉta de eo. Quod ergo dicit, nepos ſuccedit in locum patris, in-
tellige. hoc eſt in gradu, vt ſicut filius tenebat gradū primū, ita
hodie tenet nepos filio ſubducto, ex pſona ſua tamē ſuccedit.

LEX III.

1 *Senſus quando eſt clarus, non eſt recurrendum ad interpretationem.*
2 *Præterire, eſt de filio nullam mentionem facere,*
Filius cui factum eſt legatum, dicitur præteritus.

a **Si quis.** a Qui iubet eſſe alienus à ſuba defuncti, exhēdat⁹
1 vī. h. d. † No. φ qñ ſenſus eſt clarus, nō eſt recurren
b dū b ad interpretationē. Op. ad hoc de l. ſi aliu. ff. de vlul. leg. Sol.
ibi non ꝯſtabat de mente, hic ſic. Op. ſecundo de l. in ſumma.
2 ff. de re iu. Certè iſta cōcordat cū iſta. Quęro. † qd eſt ꝑterire, di
cit glo. Præterire, eſt de filio nullā mentionē facere. Vide gl. Ex
hac gl. vī φ ſi aliquis filio aliqd legauerit, φ non vī ꝑteritus, qa
de eo facta eſt mentio. Sed hoc eſt ꝯ caſum in l. pe. ꝗ. de fideic.
Et iō ad iſtā gl. addebat Frā. Accu. Præterire, eſt nullā mētionē
facere de eo. i. inſtituēdo, vel exhæredādo. Fallit in milite, cuius
ſilentiū hī ꝑ exhēdatione, vt l. ſi cū vel in vtero ff. de teſta. mili.

ADDITIONES.

a Pariſ. Si quis. Circa regulam huius l. φ ſemꝑ ſit attendenda voluntas teſtōris ſicut venator ſequit leporē, vide ēt ad iſtam regulam Ale. conſi. 191. in prin. & conſi. 54. Item adde φ no ſolū hēt locū in vlt. volū. ſed ēt in contractib. et ſtrictis iuris, in l. ſi C. q res pig. oblig. poſſ. ſi in vendōne. cū gl. pe. ſi cōia ꝑdio. Pa. de Caſt. hic, bo. tex. in l. ita ſtipulatus. la grande. cum gloſ. in ver. ex ſnia ff. de verb. oblig. Vide bo. tex. 5 2. q. 5. c. humanæ. Alex. conſ. 34 in fi. in 2. vol. Limita in hoc qñ teſtator non ſtetit in terminis meræ voluntatis, ſed proceſſit vltra diſponendo. Secus ſi ſtet in terminis ſolius voluntatis, & eſt exemplum in l. quidam cum filium. de hæred. inſt. & ibi Bal. & Imo. Scđo limita non procedere qñ verba nec proprie, nec impropriè poſſint deſeruire voluntati. Ita Bar. in l. in ambiguo. in 2 reſpon. ff. de reb. dub. Ale. conſi. 422. Are. in l. Titio. de ver. obl. Vide ad prædicta late Iaſ. hic circa iſtam l. q̄ hēs in l. in cōditionib. primū locum de cond. & dem. ad mar. Item no. φ neceſſarius ſenſus ſcripturæ omni menti præualet, vide Bal. in c. 1. de contro. inueſt. Item in omni materia q̄no ſit ſtandum verbis, vel menti, vide do ĉts. Abb. in c. ad audien. Item φ non eſt recurrendū ad tex. pro interpretatione, quia verba prolata inſpiciunt, & φ nollū eſt mentis maius teſtimonium q̄ inſpecta qualitate verborum, verba ſunt notanda Bal. hic, & in c. 1. de contro. inter me, & do. de por. fra. vide omnino circa hoc quæ habes ad Bart. in l. Labeo. in prin. de ſup. leg. Item quod nedum in vlt. volun. ſed etiam in contractib. & ideo in alia materia potius attenditur mens q̄ verba, vt ſe multa per Iaſ. in l. iuris § prætor ait, ff. de pac. vbi dicit illud eſſe magis expeditum in vlt. volun. de qua vide quæ habes ad Bar. in d. l. in conditio. ff. de con. & dem. Item de ratione, quia magis attenditur mens quam verba, vide per Bal. pulchre in l. ēt. in 1. no. C. de iu. delib. Et ibi etiam ponit declarationem ad regulam iſtam, vide cum Item φ in vlt. volun. præcipue attendatur uoluntas teſtatoris, vide Io. de Ana. cōſi 3. inci. viſo teſtō, vbi etiam ait omnia iura ad hoc reclamare. Item φ idem ſit in ſtatutis φ magis attendatur mens, vide An. conſi. 147. incip. viſo the. & q. circa med. & conſi. 183. inci. animaduertentia. Et ad regulam, & ad prædicta vide Iaſ. hic. Item φ voluntas teſtatoris ſit ſeruanda ēt ſi actus redderetur oſius, vid. Iaſ. in l. verbis ciuili. in 6. no. de vulg. & pup. vide quæ habes ad Bar. in l. non aliter. de le. 3. Are. in d. l. verbis ciuili. in 3 no.

b Pom. Non eſt recurrendum. Vide Barb. conſi. 8. uol. 1. & cōſ. 20 eo. vol. & cōſ. 17. eo uol. & aliqd cōſ 30 eo. uol. & conſ. 42. eo. uol. & cōſ. 43 uol. 2 & conſi. 10. 2. vol. & 11. vol. 3. ubi multa adducunt, & attēdi mēs & 21. uol. 3. & 55. uol. 3. loquitur in teſtatore & ibi declarat qualiter intelligatur hoc φ dēt attendi mens teſtatoris & conſi. 20. uol. 3. ibi decidit quod attenditur mens diſponentis, & φ in dubio ſit interpretatio larga in fauorabilibus, ſed in pœnalibus ſtricta.

LEX IIII.

1 *Accuſatores naturæ non debemus eſſe.*
2 *Querela inofficioſi eſt auxilium ſubſidiarium.*
3 *Exhæredatus magis eſt habendus odio, quàm præteritus.*
4 *Præteritus poteſt dicere teſtm̄ nullum, vel venire per contratabulas.*

Maximum. Hæc eſt multum difficilis lex inuenib. Bř dicit, Maſculi & fęminæ ęqualiter ex teſtō, & ab inteſt. ſuccedūt, & debent noīatim, & æqualiter exhęredari. Et eodē modo dicunt nullum, & petunt ꝯtab. & idem in filiis, & in nepotib. & natis, & in naſcituris. h. d. Diuiditur in tres partes prin. Primo ponit quatuor vitia iuris antiqui. Scđo illa corrigit. Tertio ponit qntū vitiū, & illud corrigit. Scđa ibi, ſancimus itaq;. Tertia ibi, ſed qa & aliud. Itē prima ſubdiuidit. Nā primo ponit tria vitia. Scđo ponit exēplū primi vitii. Tertio ponit duas pſuaſiones ad oñdendū φ pręđicta ſunt vitia. Quarto ponit quartū vitium. Scđa ibi, & ſi præteritus. Tertia ibi, qui
a enim. Quarta ibi, cū ēt. No. φ † non dēmus eſſe accuſatores na
2 turæ. Not. ſecundo, † φ q̄rela inofficioſi teſtamenti eſt auxiliū
3 ſubſidiariū, φ hēt locū, vbi aliud nō ꝯpetit. No. tertio, † φ magis
4 eſt hñdus odio exhēdatus, q̄ preteritus. No. quarto, † φ ꝑteritus
pōt dicere nullū, vel venire ꝑ ꝯtab. His ꝑmiſſis op. ad primum
de l. fęminæ. de reg. iu. & l. in multis. de ſta. ho. Sol. Quantum ad
a ſuccedendi modū, nō dēt eſſe diuerſitas, ſed quantū ad officia
publica ſic, vt in ꝯrio, & c. Ad ſm op. & vī, φ ēt hodie reperiatur iſtud vitiū, φ exhęredatus hēat plus q̄ ꝑteritus. Nā pręterit⁹ pſtat legata ꝯiunctis pſonis per tit. de leg. præſtan. exhęredatus euertit ꝑ q̄relā in totū: vnde legata coniunctis pſonis nō præſtat, vt l. Titia, de inoff. teſt. Sol. dicit gl. φ iſtud vitium erat olim de iure antiquo, tñ hodie corrigitur per auth. ex cauſa. quod an ſit verū, ibi dicā. Item op. φ ēt de iure auth. illud idē vitium ſuperſit. Pone enim, φ pater meus me exhæredauit abſque cauſa & mihi dedit legatum. Certè teſtamentum euertitur, quantū ad inſtōnē, legata remanent firma, authen. ex cauſa. infra cod. Et ſic hēbit plus iſte exhæredatus, quàm ipſe inſtitutus: quia habebit legatum, vt in gl. An hoc ſit verum, ponit opinio. Qđ an ſit verum, dicam tibi in authen. ex cauſa. ſeu e menti.

ADDITIO.

a Non debet eſſe diuerſitas. Adde, & ſic facit, quod ſtatuta, quæ excludūt fœminas a ſucceſſione, de iure communi ſunt odioſa, & reſtringenda. Ita decidit Bar. per iſtam l. in l. cunctos populos, ꝗ. de ſumma Tri. & fide cath. & ibi per Bal. & Sal. & Cy. & Bal. in l. non ſine. de bo. q̄ lib. 3. Bal. in l. ſancimus. ꝗ. de nup. & in l. lege. de leg. hēd. & in l. certū ꝗ. vnde leg. per Petr. de Anchar. in c. canonum ſtatuta de conſt. maxime in ver. igitur. Bal. tamen in l. 2. ꝗ. de inius voc. dicit, φ reſpectu maſculorum ſunt fauorabilia, & reſpectu fœminarum ſunt odioſa vel ſimpliciter loquendo poſſunt dici fauorabilia, quia debet inſpici id, φ principaliter agitur, non id quod in conſequentiam, & a primo ſit denominatio, iuxta no. in l. ſi qs nec cauſam, ff. ſi cer. pet. & io. l. qui ex. ep. de condi. indeb. Ex parte ergo maſculorum, quorum fauore ſit, vt ſalua ſit agnatorum dignitas, vt no. Cy. in l. 3. de adul. ex parte ipſorum poteſt fieri extenſio, vt ſtatutum excludens filiam ꝑpter filium, excludatur etiam propter nepotem ex filio: econuerſo uidetur quod licet excludat filiam, non excludet neptem quod uidetur verum de nepte ex filio, q̄ procedit ex radice non excluſa, ſed neptis, aut nepos ex filia bene excluditur, quia non poteſt venire, niſi ex pſona excluſa. Et ſic dicit Pau. de Ca. tenere nōs Doct. Sed attenta ratione ſtatuti, quod hæreditas remaneat in familia, videtur etiam ſecundum ipſum quod neptis, ex filio excludatur, quia tranſitura in aliā agnationem. Tamen ſe remittit ad Bar. in d. l. liberorum, de qua materia uide ꝑ Ang. conſi. 144. Pau. de Caſt. conſi. 169 & 334.

AVTHEN.

a **Non licet.** a Iſta auth. ſumiī ex Auth. vt cum de appel cogn. Et quę hic ſunt, dic vt in glo.

ADDITIO.

a Pariſ. Non licet. Vide aliqua circa iſtam authen. in Bertach. l. in verſi. exhæredatio. ubi habes, an ultra cauſas hic expræſſas ſi reperiatur alia ſimilis poſſit exhæredari. Et quid ſi filius faciat pœnitentiam de delicto, & quædam alia, & an habeat locum iſta authen. in præteritione poſthumi, vide Ioan. de Anan. conſi. 28. & Bolo. ibi in additionibus.

1 *Hæc authen. venit ad l. Cod. corrigendo.*
2 *Diſpoſitio huius auth. an hēat locum in præteritione paterna. & nu. 4. & an in præteritione poſthumi, & filij emancipati. nu. 7. & 8.*
3 *Exhæredatio tripliciter aſſumi poteſt.*
5 *Circumſcriptio eſt deceptio facta ab aliquo per dolum.*
6 *Legata, an debeantur rup. teſta. ex cauſa præteritionis.*
9 *Teſtamento reſciſſo ex cauſa exhæredationis, an legata debeantur.*
10 *Exhæredare quid ſit, quid ve præterire.*
11 *Teſtamentum ex cā præteritionis, vel exhæredationis, quomodo irritetř.*
12 *Teſtamentum quomodo irritetur, quando deſcēdētes ſunt præteriti, vel exhæredati, & quid in aſcendentibus.*
13 *Teſtamentum quomodo irritetur, quando aſcendentes ſunt præteriti, vel exhæredati.*
uentarium factum a pupillo, proſit ſubſtituto ſuo, dic vt plene
dixi in l. in ratione, §. quod vulgo. ff. eo. Opp. & videtur, quod
inſtātia litis debeat eſſe trienniū, vt l properandū, ff. de iudic.
Sol. Spālis caſus eſt hic. qđ no. & tene menti iſta, qa vtilia ſunt.

CONTRARIETAS.

Aduerte, quod Doc. quęrunt in plurib locis in iure, an igno-
rantia in rebus ſuis præſumatur, & Bar. tam in l. 2. quā in l. qſ-
quis. C. de reſcin. vend. tenuit quod ſic. Contrarium tamen te-
nere allegatur in hac auth ſed cum teſtator. ver. quęro, dicitur
hic. volens hanc regulam ſolum procedere in ultimis volunta
tib. non in actib. inter viuos. Et hoc ſenſerūt nouiſſimi in §. itē
ſi quis in fraudem Inſt. de act.

CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic indiſtincte, Bar non ſibi contradicit, ſi
videatur concordia ſua in ſua diſtinctione in hac auth. quam
ſubijcit poſt ſpecialitatem prędictam, quia ſunt bona nobis de
proximo obuenientia, & pręſumitur ignorantia, vel maxime,
ſi ſunt mobilia, & ita loquatur in d. l quiſquis. & in d. l. 2. Si au-
tem ſunt bona noſtra de antiquo. & maxime immobilia, &
tunc præſumatur ſcientia.

ADDITIONES.

a Pariſ. Ego. dixi. Ad apoſtil. ibi poſitam, vide etiam Com. conſi. 25. inci Fran. inſti-
tuit in l. Marcellus vbi etiam Bar. ad Treb in prin vide Bar. conſi. 6. & Ro. ſingu.
79 tamen eſt dubium, vbi dicit quod iſta dubitatio ceſſat in filio, qui habet duas
quartas, poſito, q in aliis ſit dubium. Retento tamē quod poſſit prohiberi, ſtat
ſolenne dubium utrum in dicendo, grauo te re ſtituere totam hæreditatem, vi-
deatur prohibere Treb. vide Alc conſi 5 in 1 dub. Ro. conſi. 76 vbi ēt ponit qđ
ſi dixit, pleno iure. & uide omino eundem. cōſi. 79. & ibi dř ſm cōem opi. q poſ-
ſit teſtōr prohibere Treb vt non procedat in filio, de quo uide Alc. exclamantē
conſi. 67 Quid aūt ſi teſtator dixit, reſtituas integra hæreditatem, an videatur
prohibere Treb Vide Ang in addi. ad Bar in l. 3 in f. quomodo, & quādo 4. pars
debe. lib. 10. Alc in l. Centurio. de vulg & pup. & latius Are. quid autem ſi iuſſit
ſolui legata, omni exceptione remota uide Com. conſi 130. de quo habes ſup.
in alia apoſtil parum. Itē per quæ verba dicatur prohibita Fal uel Treb vide ſin-
gulariter Pau conſi. 150. & hac, vbi ēt ponit an poſſit phiberi in dona. cau mor.
Itē per quæ verba videantur prohibita, & quid de verbo, totam, vide Pau. con-
ſi 164. Itē de eo qđ dictū eſt, qñ teſtōr dixit tota hřditatē, vel ſimilia verba, an
videatur prohibita, uide Are. in l Centurio. de vul. & pup & faciunt quæ habes
in repe in uerbo, dictio, circa dictionem integre, vel integraliter quæ vide omo.
b Iaſ. Verum præſumatur Vide omnino contra hoc Aret in conſi. 47.
² Gomes. § item ſi quis in fraudem nu. 24. 25. inſti. de actio. Ruy. conſi. 57. nu. 2.
3 lib 2. Are conſi 47. nu 2 Menoch,
c Alc Teſtator. An generaliter teſtator præſumatur ignorare vires patrimonij, ſui,
uide per Bar in l 2. in 2. q. ſup. de reſcin. ven & per Iac. de Bel in d. l. quiſquis.
d Alc. Ignorāter. Sed quid in legato annuo, quod ſolutum eſt per vnum aut duos
annos, & non plures, an ſibi præiudicet in aliis præſtatio. unius anni eadē rō-
dis, vide ſingulariter Bal. diſtinguentem in l. non dubium. C. de teſt.
e Alc. Venio ad quartam Sed an hoc ſit uerum, uide omnino Bar. in l. in ratione §.
quod vulgo ff. eo & ſingulariter Bal in l. filium. ſup famil ercif.
f Alc. Et bene. Et idem tenuit Bal in l. ſi omnes C. ſi vt ſe ab hære abſti & Imol. in
c quoniam frequenter. in ſi prin ut lit. non conteſt & Bal. hic, & in l. ſi ſup. de iu
re delib & per Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff ſi cui pluſquam per l. Falc. p Lud.
in l 1 § pe. de uer obl. per Bar in conſi incip maritus teſ. it.
g And Barb. Quæro, vtrum per non confectionē. Adde Bal in l. 1. in fi §. pe. ff de iu
re delib. & in l. filium. C famil ercit Angel in auth hoc amplius C. de fideic. Sal.
contra in l. ſi §. de iure delib. & vide Io de Imo in l. 1. ff ſi cui plus.
Alc. Confectionem. Adde Bal in l ex ſi amatre ſup. de rei ven. & in l. 1. de bo. auth.
iud poſ & in l. 1 in fi. ubi p glo ſup de iure delibe. & Iac Bin in d auth hoc am
plius & ibi etiam ponit quod refert, & plene per Paul. de Caſt. in conſil. 110. &
Spec. & Ioan And in ti. de inſtru. edi § ſi uerſi. quid de ſuo.
Pariſ. Confectionem. Sequitur Io. de Ana conſi. 42. in fi⁰ Dec. conſi 236. nu 5.
nb. laſſime. Soc. in conſi. 132. nu. 1 lib 1. Dec. conſi. 480. num. 15. 16. conſi. 495.
nu 24 Cur in conſi. 54 nu. 7. 8. 9 & Alcia. conſi. 303. nu 1. Menoch.
h Alc. Perdatur Tre Cōis opi. qium eſt, quod per non confectionem inuētarii Tre.
non perdatur contrarium conſuluit Bar. in conſi quod inci. Nic Mat. & hoc idē
tenet Lud. in auth ſimiliter. inf eo. alle tex. in Auth. de hære. & Falc. §. ſi uero nō
fecerit. ibi, & fideicōmiſſa quod perpetuo no. & ita uidi de facto ſeruari. & pau
ci hñt illud conſiliū qđ optime facit. ſed reperio eundem Bar. conſuluiſſe in alio
conſi incip. Quæſitum eſt an hæres, qui omiſit inuentarium, quod non pdatur
Treb. dixi poſt Imo. in l 1. §. hæc ſtipulatio. ſi cui plus quam p l. Falc. Adde an p
non confectione inuentarii perdat Treb. qđ Bal pulchre examinat conſil. 27 2.
lib. & dicit q de iuris rigore perdatur. non de æquitate canonica, de qua uide p
eundem conſ 189. 3. lib. Old conſi. 134. Pau. de Caſt. conſi. 100 & Ro. cōſi. 370.
i Alex. Quid ſi eccleſia. Vide Bar in l. 1. ſup. de ſacroſan. eccl. & l ſi. inf. de iure deli-
be. vbi hoc formatur, licet hic dubitauerit, & vide Mod in c 1 de ſol. & in rub de
acq hær. & uide Imo in l. 2. §. hæc ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. Fal. & Bar.
etiam in Auth. de hær. & Fal. tenent primam partem in fi. Adde Abb. conſ. 54.
1. lib & 78 2. lib. tenuit ſpeciale in eccleſia, q non incurrat pœnas ſtatutas con
tra non conficientes inuentarium, quia eſſet indirecte alienare bona eccleſiæ.
Clericos autem dixit ſubiacere pœnis illis, quia illæ pœnæ habent locum de iu
re canonico, ut dixit ipſe per c. Raynal. de teſtam

AVTHEN.

1 *Relictum pro anima, dicitur ad pias cauſas.*
2 *In legatis ad pias cāſ ceſſat Falcidia, & eſt onus hæredis, et legatariorū.*
3 *De fideicommiſſo uniuerſali non detrahitur Trebellianica.*
4 *Legata ad pias cauſas, ob quæ diminuuntur. & nu. 5.*

a **Similiter.** [x]Op ff co l j.§ ad municipiū. Dicunt quidā, quod ibi fuit relictū pro anima, non autē fuit
relictū ad pias cauſas: quia pia cauſa eſt, qñ relinquitur ad fa-
bricam eccleſiæ, vel ad pontem, uel ad aliquid aliud ſimile Bř,
1 †quicquid relinquitur pro aīa, vř ad pias cauſas, vt no. in l. ſi qa
Titio, ff. de le. 2. Vn vera ſol. eſt, ꝙ hęc lex corrigit iura antiqua,
2 †Quęro, in iſtis legatis ad pias cauſas ceſſat falci. an hoc primcat
ad onus hředū, vel ad onus aliorū. Vide gl. in l. ex aſſe. ff. eo. & in
l. ſi in teſtamento. Tu dic, ꝙ onerat hęredes, & legatarios, quia
iſta legata debent ante omnia detrahi, vt ęs alienū, l. ſed ſi non
ſeruus. & l. ęris alieni ff eo. & ſic ex hoc hæres habebit minorē
quartam, & alij legatarij habebunt minus de legato. Quæro,
b vtrum[b] de fideicommiſſo vniuerſali relicto †ad pias cauſas de-
c trahatur Treb. Iſtam q. format Spe. in tit de inſtr. edi. §. cōpen-
3 dioſe, ver. ſed cū deductio. & eā format gl. de teſt. c. ſi pater, li. 6.
Quicquid gl. dicat, ego pluries cōſului, ꝙ ceſſat Trebell. per re-
gulā poſitam in d. l. Marcellus. verſ quod aūt. ad Treb, vbi hoc
no. & ego ibi examinaui. Quęro, legata minuuntur qnq; pro-
pter defectum patrimonii, vt ſi teſtator legauit plus quā habe-
bat, ſiō minuūtur qnq; per Falcidiam, vt l. in quartā, §. . ff eo.
4 †Quæro an legata ad pias cauſas recipiant diminutionē pp de-
fectū patrimonii, ſicut alia legata? & vř ꝙ non, quia detrahū, ut
æs alienū, vt ſ. dixi. Cōtrariū puto, ſicut dicimus in teſtamēto
militis, in quo licèt ceſſet Fal. tñ diminuitur †pp patrimonii de-
fectum: quæ dim nutio fit æqualiter in teſtamento militis, etiā
nō militaris, vt dicit tex. expreſſe in l. ſi poſt miſſionē, ff. c. Nec
ob. ꝙ dř, detrahiř, vt æs al enū. Intelligo quoad qd, ſ quo ad cō-
5 putationē falcidiæ, non quo ad alia Quod †apparet ex eo, quia
talia relicta ad pias cauſas minuunř propter debitum iure na-
turæ, vt debetis no. in l. ſi quis ad declinandam ſ. de epiſ. & cler.

A D D I T I O.

a Ale. Similiter No. ad hanc auth. ſimiliter, ꝙ ſi relinquitur vni centum ad pias cās pro anima, non tamen detrahitur Falcidia, ſi tamē relinquitur ei equus, de illo detrahitur tantum quod ſufficeret ad vtrunque, l. ſi ſeruus. cum eq. & ibi no. Ang. & Imo ff eo. & in l ſi poſt miſſionem eo tit. Et hanc auth. ſimiliter limita ut, ſi locus pius eſſet inſtitutus, quia a legatis piis detrahitur Falcidia, ſecundū An. ſingul. in §. ſed hoc præſenti in ſi. in Auth. de ſacro eccle. Item limita ſingulariter, vt per Ang. in l. decem de fideicom lib. Et ad illud quod dixi ſecundum Ang. in §. ſed hoc præſenti. Adde Abb. in c. in præſentia. de proba. adde an ſi teſtator legit ad pias cauſas, & alias perſonas plus quam habeat in patrimonio debeat ſolum fieri detractio de alijs, non de factis ad pias cauſas, vide Old. conſ. 111. vbi dicit ꝙ de omnibus.

Parif. Similiter. Circa has duas auth. quas Bar. ſolēniter legit. Adde primo circa auth. ſed ita ea, quod procedit etiam in Treb. ſecundum Bal. hic. Item procedit in prohibitione expreſſa, ſecus in tacita quæ fit per grauamen de reſtituēdo, ſecundum Rom. conſ. 304 quem reprobat Alex. hic in apoſt. ad Bal. vide etiam de materia d. Fran. conſ. 18 Item ſecundū Rom. vbi ſup. nō procedit in filiis. de quo vt le. Alexand. l. Marcellus. in prin. ad Treb. & ibi per nouiſſimos. Nūquid autem iſta verba reſpiciant legitimam, & quid in Treb. vide Io. Franc. conſ. 19. ꝙ iſta auth. vid. tur ſingulariter limitanda, ut nō procedat quando ille, qui vel ſet detrahere, eſſet de familia. Ita probatur in ſimili ex his quæ ſcripſit Iaſon. in præſ. ſen. Circa vero auth. ſimiliter, an de relicto ad pias cauſas Treb. detrahatur, vide Roma. conſ. 139 Pau. de Caſt. conſ. de eo materia. Ale. conſ. 13. ad fi. in 3 col. Fran. conſ. 27. non ſoreius dicit. Item vide procedere in eo, quod immediate relinquitur pauperibus. Item an & quando relictum non immediate, ſed immediate peruenturum eſt in piam cauſam, impediat detractionem Trebel. vide Roma. conſ. . circa fi. Item quid etiam ſi relinquatur alicui hoſpitali nō pio loco, quo l tamen non detrahitur Treb. nec falc. vide Pau. conſ. 199 Item an delegato facto a filio patri, uel extra tanquam ſit pium poſſit detrahi Falcid. uel Treb. vide Are. conſ. 14. vide Cremen. ſingu. 9. Item an pia cauſa aduerſus piam cauſam detrahat Treb. uel Falcid. vide Bar. in §. ſed hoc præſenti in Auth. de ſanct. epiſc. Item quod quando in priuilegiū alicuius perſonæ impeditur detractio quartæ, tale priuilegium non perdit, ſi illa perſona ſit grauata alteri reſtituere, ut de Roma. ſing. 511. Nunquid autem de legato male ablatorum incertorum poſſit detrahi Treb. vide Bertach. in tracta. de Gabel. in 3 parte 8. partis prin. circa fi; Item an eccleſia adiuerſus aliam eccleſiam gaudeat priuilegio iſto, vide late Bart. quod ſic in conſ. 15 volu. 3.[a] Adde de materia, quando ſcilicet non ſit immediate teſtamēto eccleſiæ ſed extraneo, an debeat detrahi. Bar. Soc. inter co. d. Maria conſ. 77. col. 6. ampa & conſ. 78. col. 3. 2. & conſ. 80. colum. 6. Menoch.

b And. Baru. Quæro utrum. Vide Io. Ro. in conſ. 103. ſi ceſſat Treb. vide omnino.

c Ale. De fideicom uniuerſali. Vide omnino Ang. in d. l. Marcel. verſi quod autem.

a *De caducis tollendis.*[a] *Rub.*

A D D I T I O.

a Parif De cadu. tollen. Circa iſtam materiam, quid ſit nō ſcriptum, quid caducū; & quid quaſi caducum, & de ratione in omnibus, vide Cap. can. ſua 71 Gl. continuat. quia legata, & fideicommiſſa multis modis efficiebātur caduca, & inutilia, ſeu perdita, Imperator tollit multos caſus, in quibus fiebant caduca, & ideo ponit de cad tollen.

L E X   V N I C A.

ET nomen. Primo ponit ſuum proœmium. Secundo illud exequitur. Secūda ibi, & cū lex Papia. In iſto ſuo proœmio Imperator primo ponit cauſam, quare fuerunt introducta illa caduca. Secundo ponit unā rationem iniquitatis eius, quia d. l. erat odioſa. Tertio ponit aliam rōnem iniquitatis, quia erant contra voluntatem defuncti. Secunda ibi, & quemadmodū. Tertia ibi, ſed & ipſū. In iſto principio non habetis alia.

1 *Dies legati quibus caſibus cedat.*
2 *Quando dies legati cedat quo ad obligationem.*
3 *Dies legati quando cedat quo ad tranſlationem dominij.*

§. Et cum lex. Hęreditas poteſt adiri a morte teſtatoris. dies legati, & fideic. pure, vel in diē
certū relicti, a die mortis cedit quo ad trāſmiſſionē, ſublata ini
quitate legis Papiæ. h. d. Primo ponit iniquitatē l. Papię Scđo il
lā corrigit. Secūda ibi, primū ſi hoc corrigēs. opp. j. eo. ti. §. ſi autē
ſub cōdōne. Sol. hic loqř in legatis pure, vel ī diē, certū, ibi in le-
gatis relictis ſub cōdōne. Op. j. e. ti § in nouiſſimo So ſallit i ca-
ſib. ibi poſitis Op. de l. hřs meus, ff de cōd & de. Sol. licet ibi dies
incerta ſit, tñ qa eſt oīno extitura in uita legatarii, hř pro pura.
Op. de l. ſi dies §. ſi ff qñ di. leg ced So. ibi erat cōdō tacita q̄ nō
hēt ſuſpēdere legatū. Venio ad gl. ſup verbo, cedere, q̄ eſt diffi
cilis, & ſeipſā male explicat Op. & vř ꝙ dies legati nō cedat, niſi
ſi ab adita hřditate, vt l. ſi tibi hō §. cū ſeruus, ff de leg. j. & l. & e-
leganter. §. itē ſi ſeruū, ff. de dolo. Gl q̄ eſt hic d. cit qd iſtud, qđ
hic dř, ꝙ dies cedit a tpe mortis, eſt verū quo ad trāſmiſſionē,
nō quo ad inducēdā obłonē, vel trāſferēdū dniū, vide gl. ſi dicit
hoc. Op. de l. eū q calēdis ff de uer. ob. Sol dicit gl aliud l cō-
ctib. aliud in ultimis uoluntat b Sed certe hoc nō eſt verū ſim
pliciter, qa quo ad obligationē idē eſt in cōctib q in ulti. uolūt.
vt ſtatim dicā. Tria ſūt ergo hic examinăda. Primo, † qñ cedat
1 dies lega. quo ad trāſmiſſionē, & in hoc nō eſt dubiū, ſi quidē
legatū eſt purū, vel in diē certū, cedit a tpe mortis, vt hic Fallit
in caſib. q ponunř j. e. §. in nouiſſimo Si vero legatum eſt cōdō
nale, ut ſub die incerta, cedit ab euētu cōdōnis, vel diei incertę,
vt j. §. ſi autē ſub cōditione Fallit qñ dies eſt īcerta omnino extitura,
viuente legatario, vt in l. hæres meus, j. reſponſo. ff. de cōd.
& dem. Item fallit in cōdōne, q̄ tacite ineſt, vt l. ſi dies, §. ſi. quā.
di. leg ced. & l. cōdōnes extrinſecus, ff de cōd. & de. & l. 2 ff. de le.
j. Scđo eſt videndū, † qñ cedat dies legati quo ad obłonē. Rñ.
2 ante aditam hæreditatem non pt cedere quo ad obłonem, qa
non eſt perſona, quæ obligetur. Itē obligatio illa oritur ex quodā
quaſi cōctu, q cōhitur aditione vt Inſt. de obli. q̄ ex quaſi cōctu §.
hřs. & l. ex maleficiis hřs, de act. & obli. & l. apud Iulia. in fi. q b.
ex cau. I poſ ea. vñ ante celebratū iſtū quaſi cōctū, nō pt dici o-
bligatio, poſt aditā vero hřditatē ſi quidē legatum eſt purū ſta-
tim cōhit obligatio, quia hæres obligatur. Si uero legatum eſt in
diē certū, & tūc idē regulariter, quia ſtatim naſcitur actio, licèt
obſtet exceptio. l. j. in fi. ff qñ dies vſusfruc. leg. ce Fallit in vſu-
fruct. vt ibi dř, & ſic quo ad obligationem eſt idē in cōctib. q
in legatis. Vñ gl. hic i hoc nō bñ dicit, Si vero legatū eſt ſub cō-
ditione, uel die incerta, tūc cedit quo ad obligationē aduenien-
te cōditione, ut l. cedere diem. de ver ſig et ſi cōdit o ſit tacita, vt
3 no. in l. itē qa, ff de pac Tertia eſt† videndū, qñ cedat dies legatī
quo ad tranſlationem dominii. Reſpond. ſi quidem legatū eſt
purū, cedit ab adita hæreditate uere, a tēpore mortis ficte, vt l.
ſi tibi homo, §. cū ſeruus. de lega. 1 & l. a Titio. in fi ff de fur. &
ibi no Si vero eſt relictū in diem, tūc non transfertur dniū, ni-
ſi die adueniente; vt l Sempronius Attalus. de vſufruc. leg. & l.
ſi ſerui. vſufr. quemadmodum cau. Si vero eſt relictum ſub cō-
ditione, non eſt dubium ꝙ nō cedit niſi conditione aduenien-
te, vt l. fi. §. ſi autem ſub conditione. ſ. comm. de leg.

A D D I T I O.

a Ale. Si autem Sed iure ſtorum ante l. Pap. quo tempore cedat dies leg. vide Bar. poſt gl. in l. eum qui. de cond. & dem.

a **Et cum triplici.** [a] Legata aut ſunt ꝓ nō ſcripta, aut quaſi caduca, aut vere caduca. h. d.

A D D I T I O.

a Parif Et cum triplici Circa declarationem iſtorum omnium, quid ſit pro non ſcriptum, quid caducum, & quid quaſi caducum, vide Cap. cau. 71. de quo ſcripſi in rub.

1 *Legatum pro non ſcriptum, quando accreſcat coniuncto.*

a **§. In primo.** [a] Hic incipit exponere primū, & bř dicit. Pro nō ſcripta vadūt ad ſubſtitutū vel cō-
iūctū, vel remanēt apud eū, a quo relinquūtur ſine aliquo onere.
h. d. Op. de l. ſi qs cū, ff de cōd. & dem. Sol. ibi legatum primū va
lebat ſed onus ei iniūctū erat inutile. Op. ff. de leg. 2. l. codicil. in
prin Sol. eo mō. Op. de l. ſi duob. §. ſi. ff. de leg j. Plures ſunt ſo Il
la eſt vera, qa ibi pſona eius cui relinquiř, licet in rerū na nō eſ
ſet, tñ ſperabatur eſſe hic nō erat. nec eſſe ſperabatur. Op. ff de
1 le. j. plane. §. ſi cōiunctim gl q̄ eſt hic, dicit† ꝙ rła eſt, ꝙ pro non
ſcriptū accreſcit coniuncto. Fallit in qbuſdā caſib in qb nō ac-
creſcit cōiūcto. gl. ponit hic tres caſus, quos vide. Dyn. in d. l pla-
ne, §. ſi cōiūctim, ponit vnā ſuā diſtinctionē per unū modū Di-
ſtinguit n aut legatū eſt inutile rōne pſonæ legātis, aut legata-
rii, aut mixta cōſideratione vtriuſq; & c q̄ d. ſtictio īfert varieta-
tē caſuū, non rōnē eorū, & iō ſic ex ea nihil vtilitatis poteſtis p
pēdere. Tu ergo dicas ſic. Qñ legatū eſt oīno pro nō ſcriptum,
coniūcto accreſcit, ita loquitur hic: ſed qñ legatum eſt aliquo
reſpectu

A D D I T I O.

a Alex. In primo. Hunc § notanter limita per tex. in l. ſi. & ibi no. Bar. ff. de his quæ pro non ſcrip. haben.

reſpectu validũ tũc nõ accreſcit ꝯiũcto : ita loquũtur oĩa ꝯria.
Primo qñ teſtõr legat Titio, & ſeruo ſuo : nam legatum ſerui
licet mero iure nõ teneat, tenet tamen de quadam æquitate, qa
nõ dẽt eſſe hęres ita impius quin det. Ita loquitur l. pe. §. de ne-
ceſſa. ſer. hęr. inſt. Itẽ ſecundus caſus quando teſtator legat mi-
hi, & Titio ſeruum meum, legatum rei meę, non eſt inualidũ,
quia ſaltem ego habeo ius retentionis in parte mea. Tertius ca-
ſus eſt qñ legat mihi, & non capaci, non eſt oĩno inualidum.
qa debes intelligere in tali incapace, a quo auferatur tãquã ab
indigno, & non applicetur fiſco. alias dictum glo. non proce-
dit. Plene dixi in d. l. plane, §. ſi coniunctim. Op. inf. eo §. his ita.
& ff. de leg. i. l. ciuitatib. §. Lucius Sol. vt dicam in d. §. &c.

a **§. Pro ſecundo vero.** aQuaſi caduca vadunt ad ſubſtitutum, vel coniun-
b ctũ, vel remanent apud eũ, a quo ſunt relicta cũ onere ſuo. b
h. d. Op. ff. de adi. leg. l. filio. §. matri. Dñs qdã, ꝙ illa corrigit A-
lii dñi qđ ibi mr̃ fuit electa, ut nuda miniſtra, qđ eſſet ꝯ illum
tex. licet gl. ſic videat̃ tenere vbique. Dicit Pet. qđ ibi iõ, qa de-
ficit ibi legatũ ex volũtate teſtõris. hæc lex loquitur qñ deficit
caſu. Itẽ op. & vr̃ qđ ſubſtitutus nõ admittat̃, vt ff. de cap. l. qđ
ſi filius. Sol. Ibi loquit̃ in pupillari ſubſtõne, q̃ non pt hr̃e locũ
in filio decedente in vita pr̃is, nam cum pupillaris ſubſtõ ſit te
ſtm̃ filii, oportet, qđ filius ſit talis ꝯditionis, qđ poſſit teſtari, ni-
c ſi impediret pp ætatẽ: ſed ſi decedit in ptãte, e eſt ibi aliud im-
pedimentũ, merito non põt hr̃e locum in decedẽte in vita pa-
tris; hic loquit̃ in ſubſtõne vulgari. Opp. & ur̃, qđ nõ ſit de no-
uo inuentũ, qa erat de iure antiquo, ut l. ſi Titio, & Mæuio, §. Iu
d lia, ff. de leg. 1. Bt, qcqd gl. dicat. dic, qđ hic fuit inuẽtũ de iure
antiquo digeſtorũ, poſtea erat correctum per l. Pap. hodie ve-
ro per hanc ꝯõnem reditur ad ius antiquum digeſtorũ. Op. de
hær. inſt. l. ſub ꝯd. Dicit gl. ibi loquitur in ꝯdõne caſuali, q̃ non
d. onus. Tu dic clarius, ibi loquit̃ in ꝯditione, cuius exiſtentia
nõ hẽbat alteri inferre commodũ, hic uero erat talis ꝯdõ, quę
alteri commodũ inferebat, merito intelliĩr repetita. Oppo. de l.
Celſus, §. pe. & fi. de leg. 2. Sol. vt dicam. ĩ. e. §. his ita. Vlt. quęrit
gl. quid ſi legatũ tenet, ſed non tenet onus ſibi annexum? Dic
plene ut l. codicil. in prin. de leg. 2. ubi gl. ibi ego plene dixi.

ADDITIONES.

a Alex. Pro ſecundo vero. Limita iſtum tex. in eo, quod dicit, quod ſubſtitutus præfertur coniuncto per caſum l. quamuis. ſup. de impub. & l. qui tam teſtamento, de uulg. & pup. uide Bart. in l. 3. in prin. in verſ. quæro item quæro ff. de uul. & pup. Bart. eo l. cum ſo, & de iure accreſcendi, unde Lud. Roma. conſil. 79. incip. quod reliqua hæt. dictu.

b Pariſ. Cum onere ſuo. Vide late. Soc. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demon.

c Ale. Decedit in poteſtate. Adde Bar. in l. ſi duob. i. 2. prin. de leg. 1. & gl. & Doct. in l. fi. in uer. dabitur ff. ſi pars hære. pet.

d Alex. Dicit. Dic. Bar. tenet contra in l. ſi ſub conditione, & in l. quæ conditio. ff. de cond. & demon. vide hic Cy. & ſup. eo. l. vbi autem.

1 *Legata in quibus caſibus tranſmittantur hæreditate non adita.*
2 *Quare in caſibus hic expreſſis nõ cedat dies legati, niſi ab adita hæreditate.*
3 *Quid in ſeruitutibus realibus.*

a **§. In nouiſsimo.** aLegatum pure, vel in diẽ certum cedit a tpe mortis quo ad tranſmiſ-
b ſionẽ, except. ca. caſib. hic expreſſis. hrẽditas vero nõ adita b non
1 tranſmittit̃ h. d. † Op. ff. ad Silla. l. ſi quis in grauete. §. elegan-
ter. Sol. Fallit in caſu illo in quo hrẽditate nõ adita tranſmittit̃,
2 & in aliis, q no. in l. vẽtre, ff. de acqu. hęr. Quęro † q̃ eſt rõ, ꝙ in
caſib. hic expſſis nõ cedit dies, niſi ab adita hrẽditate. Rõ eſt qa
qñ legatario nõ expedit, ꝙ cedat dies a tempore mortis, non
cedit. Hoc aũt ꝯtingit ĩ iſtis trib. caſib. oĩa libertas nõ pt trãſmit-
ti ad hęredẽ, & iõ nõ pt dici, ꝙ cedat dies quo ad trãſmiſſionẽ.
Itẽ qñ relinquit̃ aliqd ſeruo, nõ expedit ſibi, ꝙ cedat dies legati
a tpe mortis: quia cũ reperiret ipſum ſeruũ, acqreret dño ſuo,
& ſic ipſi hrẽditati, q̃ interim eſt loco dñi uteruo expectat hrẽdi
tatis aditio. qa tũc erit liber, vel alteri᷑. Idẽ ĩ vſufructu, qa vſus
fructus nõ tranſmittit̃, merito non dr̃, ꝙ cedat dies eius quo ad
3 trãſmiſſionẽ. Ex quo apparet ſol. cuiuſdã q. quã facit gl. † Quid
in ſeruitutib. realib. Gl. vr̃ dicere, ꝙ cedit dies ſicut in vſufru-
ctu. quod eſt falſum, quia ceſſat illa rõ quę eſt in vſufructu. Fa
cit ad hoc, ff. de ſer. lega. l. ſi fundum. Vide circa hoc qđ no. in
l. 1. & 2. ff. quan. dies lega. ced. vbi gl. dicit idem, quod hic.

ADDITIONES.

a Ale. In nouiſſimo. De iſta dictione nouiſſimo, vide Bar. in rub. ff. de no. ope. nunc. Barb. In nouiſſimo. Adde Bar. in conſi. 159. inci. proponitur, & domina Cuciarella, & vide Lud. Ro. in conſi. 21. de legato nõ agnito tranſmiſſo, vtrum legatũ deueniat a ſubſtituto ſi relinquitur ab hrẽde, & vide eundẽ Lud. Ro. conſ. 13 2. Pariſ. In nouiſſimo. An q aũt iſta regula, ꝙ hrẽditas non adita non tranſmittatur, habeat locum in monacho, ita, ꝙ ſi nõ adeat eccleſia preueniat, vide Ang. conſi. 92. incip. In Dei noie, ſuper 1. puncto in 4. dub. & de hac tranſmiſſione hæreditatis uide Alex. conſi. 45. 4. nunquid aũt fideicom. ꝙ habetur ex clauſula codicillari rupto teſtõ tranſmittatur non aditũ, vide Bar. conſi. 12. & in conſi. ſeq. cir. fi. ubi ponit, quid de fideicom. Item plures caſus in quibus tranſmittatur hæreditas non adita, vide per Bar. & alios in l. ventre, ff. de acq. hær. Ite quid ſi iſtuuñ diceret, ꝙ quãdo eſt hæreditas delata tranſmittatur non adita, quæ intelligantur, & an opus ſit, ꝙ ipſa ſciat ſibi delatam, & qñ delata dicatur, ſi forte erat relicta ſub conditione, quæ in terũ natura ſub codõne erat purificata, ſed inſtitutus ignorabat, vide Ant. de But. conſi. 79. concludit, ꝙ ſufficiat eſſe delatam licet hæres ignoraret, & multa alia vt per eum. Item de materia, & plurib. rationib. an hæreditas non adita tranſmittatur, vide Iaſ. in l. emancipata vbi per diſcurſum multa alia pulchre de materia tranſmiſſionis hær. vel bon. poſſ. &c. qui admi.

b Non adita. Et q̃ ſit ratio vide Bal. in l. ſi antia ff. de iure delib. & Sal. in l. apud hoſtes ſup. de ſuis & legi. quod limita vt per Bart. no. in l. 1. in fi. ff. de vulg. & pup.

a **§. Sin autem a aliquid.** Legata relicta ſub ꝯdi-tione, vel ĩ diẽ incertũ
caduntur a die aduenientis ꝯdõnis, vel diei incertę, & ſi efficiãtur
caduca, vadũt ad ſubſtitutũ, vel ſubſtitutos, vel cõiũctos, vel re
manent apud eos a quib. relictũ eſt, ſi ſunt hæredes grauati, p
hęreditaria portione: ſi ſunt alij pro virili cũ onere ſuo h. d. Op.
de. l. hęres meus in prin. ff. de cõdi. & demon. & l. ſi cũ hęres. ff.
quãdo dies leg. ced. Solu. Breuiter, ꝙ hic dr̃ de ꝯdi. itelligo niſi
ſit talis cõditio, quæ inſit tacite, vt l. e. 3. de leg. 1. & l. conditiones
extrinſecus. de cõdi. & demon. vel niſi ſit oĩno extitura in ui-
ta legatarij, vt in legibus cõtrar is. Opp. ff. de acqui. hæred. l. qui
patri Solutio ille eſt mirabilis caſus, & ſingulariſſimus ibi. Rõ,
qa ius ſubſtõnis erat vnũ cũ iure accreſcendi, vt ibi plene dr̃.

ADDITIO.

a Pariſ. Sin autẽ. Circa iſtã materiã quod legata ſub conditione non trãſmittãtur, ſi ante purificatam conditionem moriatur legatarius, limita ſignãter procedere qñ eſſet conditio momentanea, ſecus ſi eſſet ſucceſſiua, puta ſi habitauerit cũ tali vſquequo matrimonium contraxerit, vel mortuus fuerit, quod ſi legatarius cœperit habitare, licet poſtea moriatur ante tempus limitatum in conditione, habeat legatum integrum, uide Io. de Ana. conſi. 8. inci viſo puncto, & eundem no. in conſi. 75. Itẽ ꝙ ubi conſtat de voluntate teſtatoris expreſſa, uel tacita cõditione tranſmittatur, & econtra, niſi de volũtate conſtat, uide Soc. in l. 3. de lega. 1. & ibi ẽt, ꝙ legatum de ſe non efficitur conditionale, vbi apparet de mente. Et de eo qđ dictum eſt qñ conſtat de mente conditionaliter tranſmittitur, uide Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita ad Treb. Alex. ſin autem aliquid Qñ legatum ſub conditione tranſmittatur, uide Bal. in l. 3. ſup. de act. ab hære. & cõtra hæred. Ad intellectum iſtius tex. uide Bar. in l. quandiu. la. 1. ff. de acq. hære.
Barb. Sin autem. Vide Barb. in conſi. 159. incip. proponitur, domina Cuciarella. & in conſi. 170. incip. Richar. condidit teſta. Adde Caſtr. conſi. 2 . . 2. li. 2. Crau. conſi. 15. nu. 3. Dec. conſi. 129. Pari. conſi. 64. lib. 3. & Caſtr. l. 1. C. ſi a non comp. iud. Menoch.

a **§. Ne autem.** Quod dictũ eſt quod legata tranſeunt vel remanent cum onere ſuo, intelligi-
tur de onere, qđ conſiſtit in dando, vel faciẽdo id, quod poteſt
per aliũ explicare; ſecus ſi conſtat in facto, quod certæ perſonę
b cohæret. b

ADDITIONES.

a Alex. Ne aũt. Vide eum in l. ſi deceſſerit, qui ſatiſ. cog. qñ aliquid uideatur commiſſum conſcientiæ alicuius, ꝑ ſumitur ex qualitate facti, uel perſonæ, vt eſt tex. licet in alijs terris quã hic qui tex. uĩ melior de iure in ca. ſi. vbi hæc declaratur p gl. & Doc. de offi. dele. Plus dicit hic Imo. quod ſi Papa in literis delegatorijs dixit, & in hoc tuã conſcientiã oneramus, quod ut electa induſtria perſonæ tex. eſt, ubi no. do. Card. in cle. 1. de iureiu. Facit l. probatorias inf. de diuer. offi. lib. 12. & l. p hãc. inf. de ero milit. li. 12. Sed uide gl. in l. eos. in prĩo. inf. de app. quæ intelligit tex. iſtũ, q dicit prima ſñia habet locũ, ſi ſit fuerit lata per delegatũ uide tex. l. uel ſingulis ff. de teſt. in uer. proprio chirographo cum glo. quæ vĩ dicere cõtrariũ licẽ ſi requirĩ, ꝙ aliqs interſit, & requiri potẽtia in aliquo actu nun põt uices ſuas alteri cõmittere, vt dicit Bal. in c. quamuis. de off. deleg. & ibi aliquid p mederi. & Bald. in l. 1. in fi. ſup. qui admi. adde quando teſtator commiſit, ꝙ ſietur conſcientiæ alicuius quid importet, Rom. conſi. 359. per Ange. conſi. 93.

b Pariſ. Perſonæ cohæret. Vide in materia legatorum, quod teſtator appoſuit aliquod onus alicui, quod cenſeatur onus cohærere perſonæ, nec trãſit ad ſucceſſorum, uide Ant. de But. in conſi. 46. inci. abſque diffuſione allegationum.

1 *Legatum pro non ſcriptum, non tranſit cum onere.*
2 *Ius accreſcendi habet locum etiam ſi ille cui accreſcit, ſit defunctus,*
3 *Portio unius ex hæredibus deficient, quare accreſcat cohæredibus inuitis, & quod aliud ſit in legatis, & nu. 7.*
4 *Coniuncti uerbis dicuntur illi qui in una & eadem oratione ponuntur,*
5 *Diſiuncti uerbis dicuntur illi, qui ponuntur in diuerſis orationibus.*
6 *Quando copula cadit inter duas orationes, non inducit coniunctionem uerbalem.*

§. His ita. Iſta eſt bona mr̃. Portio unius ex cohrẽdibus deficiẽs, cohrẽdib. inuitis accreſcit pro hæredi
taria portione, ſi oẽs ſũt ꝯiũcti, vel diſiũcti, ꝯiũctis primo, poſt-
ea diſiunctis, accreſcit cũ onere ſuo. h. d. No. iſtũ tex. ibi. hoc ita
tã varie, &c. q dicant̃ ꝯiũcti verbis, & q diſiuncti. de quo facio
magnũ feſtũ in l. re ꝯiuncti. de leg. 1. Dr̃ hic, qđ portio hrẽditatis
quocunq; modo deficiens, vadit ad cohrẽdes cũ onere. Contra
1 † p non ſcripta non tranſeunt cũ onere, vt ſ. e. §. in primo. Sol.
a D. cir gl. aliud ĩ legatis, vt ibi, aliud ĩ hrẽditate, vt hic. Rõ, qa lega
tũ p nõ ſcriptũ ab initio eſt nullũ cũ nõ ſit pſona, in qua fun-
det, neq; vere, neq; ficte. Sed hrẽditas licẽt pſonã repſẽtatã, vt l.
nouatio, ff. de noua. & l. hrẽs quãque. de acqui. hęre. & l. ſi ex re. §.
fi. de ſtipul. ſer. & l. oĩs hæreditas. & l. omnia fere. de reg. iu. Sed
contra hoc oppo. ff. de leg. 2. l. Celſus. §. pe. & fi. glo. videt̃ dicere
quod hic corrigit. Tu dic, quod ibi hæreditas fuit p nõ ſcripta
tamẽ legata erãt relicta ab hærede, cuius portio deficit in totũ,
merito, quia tũc eſt eadẽ rõ, quę i legato accreſcit ſine onere,
& iſtũ paſſum gl. examinat, & ibi plene dixi ĩ l. quæ cõditio. in
prin.

ADDITIO.

a Ale. Contra pro non ſcripta. Et eſt dĩa inter §. iſtum, & §. 1. ſup. eo. quia hæreditas iacẽs repræſentat perſonã defuncti, & ſic ſi hæres inſtitutus eſt mortuus, hæreditas manet iacens, quia tenetur ad oĩa onera, ad quæ tenebatur defunctus, cum ipſum repræſentet. unde ad quencunq; tranſit cũ onere. Legatum vero defunctũ in aliquo non repræſentat. Et ita unit hic ſentire Bal. & melius in l. re coniuncti. de leg. 3. ubi dicit hanc rationem eſſe, nec tactam ab aliquo alibi.

a prin. ff. de ꝯd. & dem. Op. de l. j. §. fi. de leg. 1. Sol. ibi vadit hæredi
tas ad aliū veniētē ab inteſtato pter ſpē defuncti: hic vero vadit
3 ad cohrdes ſuccedētes ex diſpōne defuncti. Scdo hēs hic, † qđ
ius accreſcēdi hēt locū, ēt ſi ille cui accreſcit, ſit defunctus. Si-
mile de ꝯd. & dē. l. hæc ſcriptura. §. fin. & ff. de ſuis & legi. l. ſi ex
plurib. Inſt. ad Orſi. §. fi. Cōtra iſtud op. ff. de vulg. & pup. l. ſed
ſi plures, in prin. & ſ. ea. l. §. i nouiſſimo. vbi dr, qđ hrditas non
adita nō trāſmittit, ſiue ſit inſtō, ſiue ſubſtō. Sol. aliud ī iure ac-
creſcēdi, vt hic, & ſimilib. aliud in iure inſtōnis, vel ſubſtōnis.
Rō, qa ius accreſcēdi in oīb. pter quā ī vſufructu, dr ineſſe por
tioni, nō pſonæ, vt l. Titio. §. j. de vſuſr. & l. an eādē, §. j. & ibi no,
de excep. rei iu. merito trāſit iſtud ius ad quēcūq; trāſit port o
hrd tatis, vt l. ſi totā. ff. de aeq. her. Ius vero iſtōnis, & ſubſtōnis,
3 ineſt pſonæ, vñ merito añ aditionē nō tranſmitiſ. † Tertio hēs
b hic, qđ accreſcit inuitis. b Cōtra. ī ꝓxi. §. Sol. Aliud ī legatis aliud
in hæreditatibus. Rō patet, nō pt quis decedere pro parte teſta-
tus, & pro parte inteſtatus, vt l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. qđ nō
accidit in legatis ēt nemine uolente legatū, cū ſiot hrdes apud
quos remanet. Et iſtū paſſū vtrū hrditas accreſcat inuitis, dic vt
dixi. ſ. de iure delib. l. quidā cuiogio. in illa q. qñ vna portio de-
ferat a teſtatore, alia ex legis diſpōne. Ad vltimum dictum op.
& hr hic, q l primo vocant coniuncti, q̄ d ſiuncti. Contra ff. de
her. inſt. l. hæc quod Sabinus. §. 1. Iſtud eſt difficile ꝯtrium. Bt iſta
eſt vera ſo. quod ibi omnes ſunt diſiuncti, & nullus eſt ibi con
4 iunctus. † Vltimo rogo te, quod teneas menti iſtas duas regu-
las, quæ ponuntur hic in ver. hoc ita tam varie, quod illi dicun
tur ꝯiuncti verbis, qui in vna & eadem oratione ponuntur. Illi
5 † dñr diſiuncti verbis, c qui ponuntur in diuerſis oratōnib. qa
c alibi non habes ita clare. Ex hoc dico ego quod quando copu-
la cadit inter duas orationes, non inducit cōiunctionē verba-
lem, tex. eſt io l. ſicut in annos. §. 1. ff. quibus modis vſusfr. amit.

ADDITIONES.

a Ale. De lega. 3. Vide Bar. in l. ſi duobus. §. 1, de leg. & illa l. Celſus, hic alle. facit magnam limitationem ad ea quæ dñr in d. l. ſi quis a filio. in prin. de le. 1. vbi relicta a ſubſtituto cenſentur relicta a ſubſtituto. Illud eſt verum niſi nominatim ab hære ſe fuerint legata, vt puta a te Titio lego; quo caſu ita videtur relicta ſolum ſi ille ſit hæres, d. l. Celſus. unde Bar. in l. non ſolum ad Treb. adde Bar. in ter minis in l. Titia. l. a 1. de lega. & in 4. j. & ibi per gl. Inſtit. ad l. Fal.

b Ale. Accreſcit inuitis. Additum §. unde Bart. in l. j. ſup. quando nō pet. par. & vide Cy. melius loquentem, & Bal. in prox. § in prin.

c Ale. Diſiuncti uerbis. Vide hic per Bal. in § proxi. per Bar.

1 *Coniuncti re dicuntur illi, quibus ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris tota res aſſignatur.*

2 *Legatarij quando ſunt coniuncti uerbis, & diſiuncti re, tunc portio unius deficiens remanet apud alios ſine onere per ius accreſcendi.*

3 *Quando plures ſunt coniuncti uerbis tantum, tunc eſt locus iuri accreſcendi cum onere.*

4 *Quādo plures ſunt re coniuncti tñ, eſt locus iuri nō decreſcendi ſine onere*

5 *Si ſunt coniuncti re, & uerbis, an accreſcat ſeu non decreſcat cum onere, vel ſine onere.*

a **§. Vbi autem.** a In legatis portio deficiens accreſcit
ꝯiūctis cum onere ſuo. Sed ſi legatarii
ſunt diſiūcti verbis, & ꝯiuncti re, & oēs acceptāt, ſibi partes fa-
ciūt per ꝯcurſum, niſi teſtōr aliud expreſſe diſpoſuit. Et ſi vni9
portio deficit. apud alios remanet per ius nō decreſcendi, ſine
1 onere. h. d. Ex iſto §. no. ſingulariter iſtud, quod † illi dñr re ꝯiun
cti, qb expſſa diſpōne teſtōris tota res aſſignatur cuilibet. Vide
tex. quia ſermo teſtōris, &c. Simile hētis io l. idē Neratius. de vſu
ſufr. & accre. Op. ad iſtud prin. & vr quod nō accreſcit cū one-
re, vt ſ. eo §. 1. Sol. Ibi in pro nō ſcriptis, hic caducis vel quaſi.
2 † Op. ī. e. ver. ſin autē ad deficiētis, quem modo legi. Sol. ibi log
tur in ꝯiūctis verbis. & diſiūctis re, qui cum veniant per ius nō
decreſcēdi, remanet apud eos ſine onere. Op. dr hic, volentib,
ꝯ. ſ. prox. §. Sol. Aliud in hrdib. aliud i legatariis. Venio ad §. ſin
b aut b ad deficiētis. & op. ſ. eo. §. pro ſecundo & §. in nouiſſimo.
Sol. vt inō dixi, hic veniūt p ius non decreſcendi, ibi per ius ac
3 creſcendi. Circa hanc l. formo q. nos hēmus, † qñ plures ſunt ꝯ-
4 iūcti verbis tm̄, tūc eſt locus iuri accreſcendi cū onere. Itē † qñ
plures ſunt re ꝯiuncti tm̄, tunc eſt locus iuri nō decreſcendi ſi
5 ne onere. Quæro, † qd ſi ſunt coniuncti re, & verbis, vtrum ac
creſcat, ſeu nō decreſcat cum onere, vel ſine onere. gl. hic di-
cit cū onere. Vide eam ſuper verbo, no ſentiat, in fi. Pet. de Bel
lap. dicit cōtrarium. Cum o. ſint coniuncti re & verbis, ex eo,
ꝙ ſunt coniūcti re, veniūt per ius non decreſcendi: apparet, ꝙ
debet remanere ſine onere, dicit ipſe. Gl. tenet ꝯtrariū, & ego,
vt uidetur mihi, teneo gl. noſtram in l. re coniuncti, de leg. 3.

ADDITIONES.

a Barb. Vbi autem. Vide Bar. in conſi. 181. inci. pro examinanda ueritate per §. ubi autem ſi habet locum ius accreſcendi in fideicom.

b Parif. §. ſin autē. Circa iſtum §. dū dr in eo, & alle. ꝙ ſi teſtator idē voluiſſet in vno, quād in alio, vtiq; ea pſtiſſet, vide Ale. conſi. 155. vol. 2. & conſi. 102. uol. 3. ad fi.

§. Quæ autem. Quæ dicta ſunt de hæreditatib. quæ auferuntur ab indignis, intacta permanent h. d.

§. Cum autem. Hæreditas nō adita nō trāſmittiſ, ſed vadit ad cohrdes, vel ad veniē-
tes ab inteſtato, vel ad fiſcum.

1 *In donatione cauſa mortis habet locum ius accreſcendi.*

2 *Quæ proſunt omnibus, debent præferri vtilitatibus priuatorum.*

a **§. Hæc autem omnia.** a Hac lege ſtatuta locum
hñt in teſtamentis, codi-
1 cillis, & dōnibus cauſa mortis. h. d. No. ex iſto tex. † ꝙ in dona-
tione cauſa mortis habet locū ius accreſcendi, quia formaui q̄
ſtionē de hoc, quando repetii l. re coniuncti. de le. 3. & eam di
2 miſi indeciſā, ſed hic hēs tex. Vltimo no. † q̄ pſunt oīb. dēnt p̄-
ferri vtilitatib. priuatorū, vt in auth. res q̄. ſ. commu. de leg. &c.

ADDITIO

a Ale. Hæc autem omnia. Et uide Bar. in l. ſi mihi, & Titio. de uerb. obli. & Bar. in l. j. in fi. quando non pet. par. & Bar. in l. cum hi. in prin. ff. de tranſac.

De his, qui ante apertas tabulas. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Filius, uel alius in poteſtate decedens hæreditatem ſui parentis non aditam, & ignorans, tranſmittit ad quoſcunque.*

2 *Deſcendentes qui non ſunt in poteſtate, hæreditatem aſcendentium non agnitam tranſmittunt ad deſcendentes, non ad extraneos.*

3 *Hæreditas non adita, an etiam tranſmittatur ad aſcendentes.*

4 *Fideicōmiſſum conditionale relictum ab aſcendētibus non tranſmittitur ad deſcendentes, fideicommiſſario defuncto conditione pendente.*

5 *An iſta lex habeat locum ſiue iſti deſcendentes fuerint nati in uita illius, de cuius hæreditate agitur, ſiue poſtea.*

a **PEr hanc.** a Hrditas aſcendentium non adita trāſ-
mittiſ ad deſcēdētes, niſi repudiata ſit.
Idē in legato nō agnito. h. d. Diuidiſ I tres partes. Pri-
mo ponit vnū ſtatutū, ꝙ continet ius ſpeciale. Secūo
do ponit aliud, qđ ꝯtinet ius cōe. Tertio ponit rōnē. Scda ibi,
qđ. ſ. Tertia ibi, ſi qdē. Hæc eſt ſingularis ꝯſtitutio, & noua. Op.
ſ. de iure deli. l. 3. Dñt qdā, ꝙ hic loqſ de filio, qa erat in ptāte, &
ibi de emācipato, hoc eſt falſum p iſtū tex. q loqtur ī matre, &
auia. dicas ergo, ꝙ hoc ē ſpāle in deſcēdētib. vt hrditas aſcēden
tiū non adita trāſmittatur ad deſcendentes. Contra hoc oppo-
nitur, quia deſcendentes tranſmittuot hrditatē ad quoſcūque,
vt l. hrditate. §. filius. de caſtr. pecu. dixi plene ſ. de iure delib. l. ſi
1 īfano. Sol. † Filius, vel alius in ptāte decedēs hæreditatē paren-
tis non aditā, & ignorās tranſmittit ad quoſcunq;, vt dixi in l.
ſi infanti, & hoc operat exiſtētia ſui hrdis, vt videbitis. ī. ti. 3. l.
2 apud hoſtes. † Deſcēdentes vero, q nō ſunt in ptāte, hæreditatē
aſcēdentiū nō agnitā trāſmittunt ad deſcēdētes, nō ad extraneos.
hic eſt caſus ſingularis illi vero, q nō ſūt de deſcēdētib. hrdita-
tē nō aditam nō trāſmittūt regulr, vt in d. §. in nouiſſimo. ſ. ti.
j. Itē q ſunt de deſcendentib. & nō in ptāte, ſi nō hñt deſcēdē-
tes ex ſe, hrditatē non aditā non trāſmittūt, ſm regulā in d. §. in
3 nouiſſimo. Ita debetis iſtā māam intelligere. † Contra prædicta
b opponitur, b & vr, qđ ēt ad aſcendētes hrditas non adita tranſ-
mittaſ. ī. ti. 3. l. apud hoſtes Gl. q̄ eſt hic, hoc fatet, & male, quia
ꝯ caſum l. 2. §. ſi qs liberis. ff. ad Tertul. Non obſt. l. apud hoſtes,
c ī. ti. 1. qa ibi loqtur de ſuis, q trāſmittunt ad oēs. Quærit gl. c qd
ſi iſti deſcēdētes non ſunt inſtituti hrdes ab illis, quib. fuit dela
ta hæreditas non agnita. Dicit gl. nō admittūtur, ar. ad hoc de
cōiun. cū emāci. li. l. j. §. 2. Itē q̄rit, qd ſi hrditas nō fuit delata ex
teſtō, ſed ab inteſtato. Gl. dicit idē, qa eadem eſt rō. hoc tenent
4 oēs. Quærit † circa hāc legē, d vtrū fideicōmiſſum ꝯditionale re
d lictū ab aſcendentib. trāſmittatur ad deſcēdentes fideicōmiſſa
e rio defuncto ꝯdōne pēdēte. Certe gl. tua determinat, ꝙ oō, &
5 bñ. dic vt in gl. Quæro, † vtrū iſta lex hēat locū f ſiue iſti deſcen-
f dētes fuerint nati in uita illius, de cuius hæreditate agitur, ſiue
poſtea.

ADDITIONES.

a Parif. Per hanc. Beneficium huius l. hēt locum etiam ſi tractet de hrditate nō adita p deſcendentem tranſmittenda in nepotes, vide Ro. conſi. 443. ad fi. quid aūt ſi ſtatutum diceret ꝙ exiſtentib. maſculis fœmina non ſuccedat, an filius iſto caſu tranſmitteret totam hrditatem non aditam ad filiam ſuam fœminam, an uero tranſmitteret quæ ſibi de iure communi ſpectant. vbi vero non eſſet tale ſtatutum quaſi in ea ſola ſit hrs, nō in portione fœminæ, quæ ei aufert in maſculū vide omnino, & late Iaſ. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. qđ autē ſi ex beneficio huius tranſmittatur bon. poſ. agnita, vide Iaſ. late in l. emancip. C. qui admit.
Barb. Per hanc. Vide Barto. in conſi. 153. incip. proponitur, domina Ciciarella, Per hanc. Vide Bar. in l. ſi auia. per totā. l. ſup. de iure delib. ſed utrum iſta lex habeat locum in tranſmiſſione bon. poſ. de iure prætorio, gl. & Bart. in l. emancipata. ſup. q admit. dñt, ꝙ ſic, ſed Bal. ibi dicit, ꝙ fallit in bon. poſ. cōtratab. & ibi poſt Bal. dixi quod in iure dicēdi teſtim nullum. de quo p Imo. in l. filio prætēto.

b Parif. Contra prædicta opponitur. Vide in l. 2. inſ. ad Orfic.
Alex. Contra prædicta opp. Vide hic Cōpo. & Nic. Mat. quem refert Bal. in l. cū antiquioribus de iure delibe.

c Alex. Quærit gl. Vide Bar. in l. 2. ff. de leg. 3.

d Parif. Circa hanc legem. Sequitur do. Iaſ. in l. cum filiuſfam. ff. de leg. 1.

e Ale. Fideicommiſſum cōdōnale. Vide gl. & Doc. in l. ſi cui. ff. de act. & ob. Adde ꝙ gl. ſequutus eſt Bal. conſi. 409. 2. vol. & eo. conſi. 430.

f Ale. Hēat locum. Vide tex. no. in l. Titius. ff. de ſuis & legi. & tex. in l. Paulus. §. pe. & ibi gl. ff. de bon. li. & hoc ſeqtur Bal. in d. l. ſi q filium. vide, qđ no. Bart. in l. ſi. in ver. q̄ro quod ſi fil. 2. ad Treb. & Bal. in l. q te ptis. ad fi. & qđ no. Bar. in l. uentre ptor, ff. de ſuis & legi. & Bal. in l. ſi in pſona ſup. de bdeic. Bar. in d. l. ſi qs a filio. ff. de inoff. teſta. & ibi Auge. & Cyn. in l. ſi inſ. ad Orfi. & ibi vide gloſ. & Bar. aliut in l. ſi quis filiū. ſup. de inoff. teſta. & per Bar. in l. ſi qui. in prin. ff. de lega. 1. Iaſ. conſi. 103. in fi. lib. 4. Rub. conſi. 30. lib. 3. Menoch.

poſtea, Dy tenet ꝙ ſic. & Cy. hic ponit eã, & facit de ea magnũ feſtũ, qa dicit ꝙ ipſe habuit eam de facto. Et alle. dictũ Dyn. in l Gallus. in magna diſt & ponit ipſe hic, & in l. q ſe pũs. ſ. vñ li, & l. ſi quis filium ſ. de inoff teſt. & gl. ordinaria hoc videtur vel le, referendo illam gl. ad illum tex. ſ. de fideic. l. ſi in perſona.

Quando dies legati uel fideicommiſsi cedit. Rub.

LEX PRIMA.

SI competenti. Dies annui legati, & quoad ex actionẽ cedit in principio cuiuslibet anni. h. d. Op. de l. qui anno, ff. de ver. obl. Sol. ibi debebatur annuo. vñ erat annua pſtatio. hic debebat ſingulis annis. Op. de l. lecta. ff. ſi cer. pet. Solu. ibi dies fuit adiecta cauſa differendæ ſolutionis, hic verò eã multiplicãdæ oblonis. Pleniſſimè dixi in l. q hoc anno. ff. de ver. obl.

LEX II.

Agrum. Subſtitutio facta ꝙ deueniat in ſuperuiuentes, nõ hẽt locũ in pſona vltimi ſuperuiuentis. h. d.

LEX III.

Si Pontionilla Dies legati relicti in tempore certæ ætatis, cedit adueniente ætate.

LEX IIII.

a Cum vxori. Dies legati relicti in tempore liberorum, cedit ſtatim cum filius naſcitur. a h. d.

ADDITIO.

a Ale. Naſcitur. Et ſi legatarius moritur vxore prægnante, valet legatum nato poſthumo, ff. eo. l. ſi cui.
Naſcitur. Adde ꝙ Pau de Ca. quærit, quid ſi grauo hæredẽ de reſtituendo, ſi liberos non habebit, an habeat locum ſubſtitutio. Videtur ꝙ non per iſtum tex. quia verum eſt dicere ipſum liberos habuiſſe. contrarium dicit ipſe, quia illud eſt in caſu huius l. cum habuerit liberos, quia ſtatim purificata eſt cõditio, aliud eſt grauare ſub conditione negatiua. ſi non habuerit, quia debet intelligi tempore mortis ſuæ, ſicut ſi dixiſſet, ſi deceſſeris ſine liberis, quo caſu non ſufficeret habuiſſe, ſi tempore mortis liberos non habebat. l ex facto, §. pen. ff. ad Trebel. Si teſtator dixerit, ſi filios non procreauerit, vel ei non naſcantur & nati ſint, & mortui viuente ipſo grauato, & ſubſtituto, euaneſcit ſubſtitutio. Et ita conſuluit Bal. conſ. 223. 2. vol. ubi ex eius verbis colligi po eſt confirmatio huius dicti Paul. de Caſt.

LEX V.

Ex his verbis. Cũ tpſ certę ętatis adiicit pręſtationi legati, legatũ ↄdĩonale nõ facit, & legatarius decedẽs trãſmittit, expectabit tñ dies. h. d. Op. de le. j. l. ſi cui a leget. in prin. Sol. ibi dies fuit oppoſita legato hic pſtationi, a vt d. l. ſi cui. de leg. 1. & ibi plenè dixi, & Cyn. ponit hic vnã diſtinctionem Iac. de Are. quam ponit hic. & de manumiſſ teſta. l. ſi ita. & illa diſtictio deficit ĩ multis, ſed ſupple, vt dixi ĩ d. l. ſi cui.

ADDITIO.

a Pariſ. Hic præſtationi Sequitur Comp. conſ. 127. vide omnino eundem conſ. 164. in 3. dub. ubi ponit, ꝙ qñ aliquid adijcitur executioni, ſuſpenditur executio ſecus ſi verba expreſſe non ſuſpendat executionem, ſed inducant neceſſitatem ſolum aliquid faciendi, vide ibi exemplum per eum, vide per Bar. in l. 1. uerſ. tertia eſt differẽtia. ff. de cõd. & dem. qd iuris qñ condõ adiicit diſpõni, & q d qñ executioni, & qñ per diſtinctionẽ, & quid in vltimis voluntatib & qd in cõtractibus, vide notata p Bar. de Ca. in l. qu. h. dieb. §. qu. a Titio ff. de cõd. & dem. vbi uero loquitur, & aſſignat rationem differentiæ inter contractus, & ultimas uoluntates, unde & omnino Bar. in d. §. quidam Titio qui etiam aliter loquitur.

LEX VI.

Si fideicommiſſum. Legatũ à legatario ignorante ab inteſtato relictũ, tranſmittitur. h. d.

Vt in poſſeſsionem legatorum, &c. Rub.

LEX PRIMA.

QVoniam. Cum petitur ſatiſdatio, debet adhiberi ſummaria cognitio.

LEX II.

a Ipſis. a Cautionem de legato præſtando poteſt teſtator remittere h. d. Quærit gl. vtrum teſtator poſſit remittere hypothecam, & dicit ꝙ ſic, ar. huius l. & bene, dic vt in gl.

ADDITIO.

a Barb. Ipſis. Vide Bar. in conſ. 169. inc. literas magn. veſtræ quomodo alle iſtam l.

LEX III.

a Si poſtquam. a Quando concurrit pignus prætoriũ, & conuentionale, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure h. d.

ADDITIO.

a Ale. Si poſtquã. No hic caſum ꝙ pignus prætoriũ per dominũ alienari põt. Ad idem eſt tex. quem ibi no. Doc. in vltimam lec. in l. ſi quis miſſum § fi. ff. de dã. inſe.

LEX IIII.

a Cum Archimedoram. a Ante euentũ diei incertæ, non poteſt fideicommiſſum peti, ſed cautio de eo præſtando, h. d.

ADDITIO.

a Ale. Cum Archimedoram. Vide in materia l. inter omnes. & ibi Doc. ff. qui ſatiſd. cog. Sed utrum hodie heres cogatur cauere fideicommiſſario de fideicommiſſo præſtando iure nouiſſimo auth. in legã & Doct. omnes in l. cum tale. §. 1. ff. de cond. & dem., adde & in c. ll ige ſi ↄ Pau. de Caſt. ꝙ Archimedora non erat filia teſtatoris, alias cum habuiſſet reſtituere fratribus, non potuiſſet compelli ad præſtandam cautionem, vt ſup. ad Treb. l. ubi eius.

LEX V.

a Qui legati. a Miſſio in poſſeſſionem cauſa legatorum, ſolum pignus conſtituit, & actionem ex teſtamento imped. ñ. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Qui legati. Adde, quod Pa. de Caſt. dicit, quod per hanc legem patet quod ſi ſtatutũ dicat qd hñs inſtrum poſſit petere executionem realiter & perſonaliter ad ſui uoluntatem, quod ſi creditor fecerit ſe mitti in poſ. bo. debitoris, & debitor non ſoluit, qd põt facere perſonaliter ipſum detineri & econuerſo quia per electionem vnius viæ nõ præiudicauit ſibi in alia, alle. l. 1. § quid ergo. de ven. inſpi. & quod no. Bar. in l. cõſentaneo. inf. quõ & qñ iud. Arch. in reg. de eo qui. mit. in poſ cã rei ſer. lib 6 & in l. inter. §. creditor cum ibi no. de fideiuſ. Aliqui tamen tenẽt contrariũ per l. reſcriptum. §. ſi. de diſ. pig. & l. quã põ i inf. eo ti. & l. ſi ſe uiſores magiſtratuũ. §. p Aurelio. ff. de fid. iuſ. ſu dic. qd primã par. tenet Ro. c. 132.

LEX VI.

a Sentẽtia lata contra poſſeſſorẽ in rei uendicatione, mandatur executioni contra alium poſſeſſorem quando primus dolo deſiit poſſidere.

Certa eſt forma. Legati cauſa poteſt fieri miſſio ĩ res hęreditarias, quas hęres poſſidet, vel dolo deſiit poſſidere, & in res proprias poſt ſex mẽſes. h. d. Nouũ eſt, qd dr̃, & no. legẽ. Dñt Doc. p iſtã l. & ſimiles, licèt a ñ allegẽt iſtã, ꝙ ſi ẽ † lata ſnia ĩ rei vẽd. ↄ poſſeſſorẽ, fit executio ↄ aliũ poſſeſſorẽ qñ primus poſſeſſor dolo deſiit poſſidere, vt hic, & l. ſi cui, §. q i poſſeſſionẽ legatorũ, & l. ſi legatorũ, ff. e. Ita refert Cy. in l. j. ſ. de ali. iu. mu. ca fac. in 7. q. p l. 1. ff. ſi mul. vẽtris nomi. in poſ. miſſa fuer. & cadẽ poſ. do ma. ad aliũ trãſmi. eſſe di. Dico ibi plenè ĩ §. neceſſario. & ĩ repet. l. creditores. j. de pig.

LEX VII.

a Scire debetis. a Cautio legatorum poteſt remitti per teſtatorem, nõ cautio fructuaria. h. d.

ADDITIO.

a Ale. Scire debetis. De hac materia vide Bar. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & in l. nemo poteſt de leg. 1. cir. prin. & per Bar. in l. 1, ſup. de vſufructu.
Pariſ. Scire debetis. Vide Ale. conſ. 435. Pau. conſ. 193. in princ. vbi etiam ponit de remiſſione inuentarij.

LEX VIII.

Contra eos. Adminiſtratores Reip. poterunt conueniri, ſi ſatiſdationem de legato præſtando non exegerunt. h. d.

De ſuis, & legitimis &c. Rub.

Dictum eſt ſ. de ſucceſſionib. ex teſtõ, ſequiẽ videre de ſucceſſionib. ab inteſtato verũ qa primus gradus eſt liberorũ, iõ ponit de ſuis & legitimis. verum quia in nepotib. ex filia ſeruanẽ quędam ſpecialia, meritò annectitur, & ex filia nepotibus, &c.

LEX PRIMA.

SI fratri. Succedenti de iure ciuili non eſt limitatũ tempus centum dierum.

LEX. II.

Nepotes. Nepotes ſuccedunt auo in ſtirpes, non in capita. h. d.

LEX III.

Vt inteſtato. Nepos ex filio defuncto ſuccedit ęqualiter auo cum ſuperſtite filio. h. d.

LEX IIII.

Inteſtato. Filius etiã poſthumus, præfertur ſorori, h. d.

LEX V.

Si te parens. Filius adoptiuus ſuccedit cum filiis naturalibus, & legitimis, h. d. & hoc videbitis in l. cum adoptiuis. j. de adop.

LEX VI.

a Ex libera. a Conceptus ex patre ſeruo eſt ſpurius, & ei non ſuccedit. h. d. i ?a lex.

ADDITIO.

a Ale. Ex libera. Ad hanc l. vide no. Inſti. de ſer. cog. in prin. adde ꝙ Pau. de Caſt. refert hic Cy. conſuluiſſe per l. Pau. de ſtat. ho. ꝙ licèt ſuper matrimonio a principio inualido ſ. pter rationem conſanguinitatis Papa diſpenſet, quod filij prius cõcepti, licet poſtea nati, non efficiuntur legitimi. a l. cum hac deciſione tranſit ipſe, de cuius deciſionis veritate, & in fortioribus terminis vide Petr. de Anch. cõſ. 410. incip. viſo & diligenter inſpecto.

LEX VII.

Filium. Libertus poteſt habere filiũ in poteſtate, & eum poteſt habere ſuum hęredem. h. d.

LEX VIII.

a Apud hoſtes. a Hęc ẽ bona lex. In primo anno, quo legi Codicem, tractaui materiam ſtatutaris.

ADDITIO.

1 *Non ſufficit probare teſtes dixiſſe falſum, & illis atteſtationibus iudicē motum,ut ſententia reſcindatur,ſi quis in poſitionib. uel in libello dicit teſtes falſum dixiſſe,pecunia corruptos,*
2 *Quando committens falſitatem in iudicio,perdat cauſam.*

1 Falſam. Circa iſtā l.eſt examinandum vnum,de quo eſt opi.† vtrū ſufficiat probare teſtes dixiſſe falſum, & illis atteſtationib.iudicē motum,ad hoc,ut reſcindaī ſenten
a tia Hic vr̄ ꝙ ſic.In ꝯtrium ᵃ videtur, ꝙ dēant ꝓbari duo, ſ. ꝙ dixit falſum,& qđ corruptᵘˢ pecunia,vt l.diuus,ff.de re iu. alias nō reſcinderetur ſententia,& hoc tenuit Pla.Gl vr̄ tenere ꝯtrium, ꝙ non requirit ꝙ iudex ſit corruptus pecunia, quia idem eſt iur.ſ.in teſt. & in inſtrumēt.ſ:ſed in inſtrumentis non adhibetur illa diſtinctio,an ſit corruptus,vel nō,ergo &c. Veritas eſt iſta, qn̄ aliqs ſe aſtrinxit in poſitionib.ſuis,vel in libello, qa dicit teſtes falsū dixiſſe corruptos pecunia Certè ſi ad hoc ſe aſtringit, dēt vtrūque probare.Secus ſi ad hoc ſe non aſtrīngit.Iſtud probatur ex,de prob c.licèt.Et ibi uide de hoc per Ber. & Inn.Ego
b plenius in d.l.diuus.Op.ꝙ quiᵇ† falſitatem cōmittit in iudicio,
2 perdit cām,vt ſupra.de pę.iud qui malè iud l.j & ff.de iure fiſ.l.fraudem.§.neq; inſtrumēta Sed hic dr̄, ꝙ cā reſtauraī in priſtinū ſtatū,ergo malè. Br̄,qn̄q; qs ꝯmittit falſitatē circa acta iudiciaria falſificādo,& fraudādo,& tūc pdit cām,ut d. l. ī fraudē. Qn̄q; ꝯmittit falſitatē corrūpēdo aduerſariū,uel iudicē, & tūc pdit cām,ut ſ.de pę.iud q malè iud.Qn̄q; ꝯmittit fraudē circa teſtes,vel inſtrā,& tunc nō pdit cauſam . Ita loqtur iſte titulus.

ADDITIONES

a Ale.In contrarium.An ut ſententia reſcindatur ſufficit probare, teſtes falſum dixiſſe,an requiratur etiam ꝙ probetur,eos fuiſſe corruptos, per Bal. in l. 6. inf. Adde Spe.& Io.An.in tit de ſen.§.qualiter ſter uero np & an tunc ſententia retractetur,uide in ver.ſeq.Et ſi poſt terminum teſtes non poſſunt reprobari, an iudex poſſit inquirere,uide Bal conſi.99.
b Ale.Opp quod qui Et ſcripſi poſt Imo in d.l. 1.de re iud.

LEX IIII.

1 *Exceptiones oppoſitæ poſt ſniam cōtra actionē primā, & alia q̄ poſſent incontinen.*

incontinenti probari impediunt executionem ſententia.
Practica formandi exceptionem contra executionem ſententię.

a Iudicati. Vides hic ꝙ iſta exceptio impedit executionē.
1 Cōtra, ſ. de ordi cogu. l. fi. Sol. Breuiter † quędā
b exceptiones, b opponunt̄ poſt ſn̄iam, nō ꝯ ſn̄iam, ſed ꝯ actionē
primā, & iſtę impediūt executionē, vt l. . ſ. de iur. & fac. ign. &
ibi dicā iſtud. Quædam exceptiones opponuntur poſt ſn̄iam ꝯ
ipſam ſn̄iam, nō ꝯ actionem primā, & hic aduerte. Aut de illa
exceptione liquet nullo alio ꝓbato extrinſecus, vt qa fuit ꝓla-
ta nulla ꝓcedente inſtantia, vel fuit condēnatus dn̄s, vbi dēret
ꝯdemnari procurator, & ſi ſia: tūc ēt impedit̄ executio, vt l. 1. ſ.
de exec rei iu. & l. ſi cū nulla. ff de re iudi. Si uerò requirit̄ alia ꝓ
batio extrinſecus, tunc aut iſta ꝓbō requirit altiorē indaginē,
& tūc nō impedit executionē. vt l. fi ſ. de ord. cog. & ī. de fal. l.
2. & cū, de in inte. reſt. c. auditis. Si uerò illa exceptio poſſet pro
bari incōtinenti tūc impedit̄ executio, & hic eſt caſus in l. no-
ſtra. nā hic loquit̄, qn̄ iam in alio iudicio inſtrumenta erāt pro
bata falſa, ita ꝙ de falſitate ꝓbatio erat ꝓ aperta, & manifeſta, &
vide tex qui dicit. Quod iſta diſtinctio ſit vera, probatur ꝑ tō-
nem Nā uos ſcitis, quod ī executione ſententiæ adhibetur co
gnō ſummaria, vt. l. à diuo Pio §. ſi ſup reb. ff. de re iu. Sed ī ſum
matiis cognition. admittunt̄ exceptiones quę poſſunt probari
incontinenti, nō illæ, q̄ requirunt indaginem, vt l. 1. §. ibidē. ad
exhi. & ad Tre. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento, & l. à quo, in prin.
c vt in poſſeſſio. leg. Ex hoc habes practicam c qn̄ formas exce-
ptionē contra executionem ſentētię quia habes dicere, quod
paratus ſum incōtinenti probare, quod ſi non poſſet ꝓbari in
continenti, iudex poſſet eam reſpuere, quod no. & tene mēti.

ADDITIONES

a Ale. Exceptio. An iſta exceptio falſi impediat executionē, uide etiam Bal. in l. 2, qui ibi no. ſ. de fal. & Bal. in au. ſi Spe. de exec. ſen. Menoch. lat. conſi. 25. col. 1. lib. 1. & ibi col. quærit an ipſo iure, uel mediante reſtitut. comperat.
b Ale. Exceptiones Quæ exceptiones poſſunt oppo in executione ſententiæ, uide eum in l. 4. §. condemnatum, de re iud & uide eum in l. diuus, eo tit in fi.
c Ale. Practicam. No hanc practicam contra executionem ſententiæ.

De confeſsis. *Rubr.*

Coninua, vt in gl. Dictum eſt ſ. de uere ꝯdēnatis, ſequit̄ videre de quaſi condemnatis, qui dicuntur confeſſi. Quærit glo. qūo differt h c titulus à titulo de interro. act Dic t gl. quod hic titulus hēt locum poſt lit. conteſt. ille titu. de interro. act. ante litem conteſtatā. Et vide gl. de hoc no. de interro. actio ſuper rub. de proc l. nō ſolum. in prio. Veritas eſt, quod hic tit habet locum ante lit. ꝯtc. & poſt. quia etiam nullo præcedente libello, vel litis ꝯteſt. fiunt confeſſiones, vt ī. videbitis, & differt ab illo; quia ibi de interroga. act. q̄ fiunt in iudicio ad litis ordinationē, hic de his, quæ fiunt ad litis deciſionem, dixi. ff. eod. ſuper rubrica.

LEX VNICA.

1 *Confeſſus in iudicio, pro condēnato habetur, & contra eum fit executio.*
2 *A confeſſione ſua facta in iudicio non poteſt quis recedere.*
3 *Confeſſio facta in iudicio, habet executionem paratam, & nu. 7. 8. & 9.*
4 *Quando dicatur confeſſio in iure.*
5 *Quæ pertinent ad iuriſdictionem uoluntariam iudicis, poſſunt in quolibet loco expediri.*
6 *Quid in his, quæ pertinent ad iuriſdictionem contentioſam.*
7 *Confeſſiones quę pertinent ad litis deciſionem debent fieri in loco maiorum niſi qualitas perſonæ repugnet.*
10 *Poſitioni iuris non tenetur quis reſpondere, & in cauſa capitali confeſſio ſpontanea præiudicat.*
11 *In criminalibus, quando quis habetur pro iudicato, per confeſſionem debet ſequi ſententia diffinitiua.*
12 *Idem in cauſa ciuili, quando confeſſio emanauit poſt litem conteſtatam.*
13 *Confeſſio facta in iudicio, in quibus ęquiparetur ſententia, & nu. 8.*
Confeſſio adulti tenet, ſed reſtituitur.
14 *Confeſſio tutoris, quando præiudicet pupillo.*
15 *Confeſſio facta in iudicio debet poni in actis.*
16 *Quando confeſſio ualeat ſine interrogatione.*
17 *Ad tales reſponſiones compellitur aduerſarius officio iudicis.*
18 *Confeſſio facta coram iudice, an mandetur executioni per alium.*
19 *Si fiat coram iudice incompetenti, executionem non meretur.*
20 *Si fiat coram arbitro, ita præiudicat, ſicut coram iudice.*

a CONfeſſos. a Hæc eſt no. lex, & hēt notabilē gl. &
1 bī hoc intēdit. † Cōfeſſus ī iure hī ꝓ
ꝯdēnato, & ꝯ cū pōt fieri executio. h. d. Iſte tex habet
duas ꝑtes, vt patet in sūma. No qđ ꝯfeſſus ī iure, hī ꝓ ꝯdēnato
2 Simile, ī l. 1. ff e No † qđ a ꝯfeſſione ſua qs nō pt̄ recedere, ꝙ di
3 cā in l. error. de iur. & fac. ign. & dixi ff. e. l. 2. Tertio nota, & † ꝯ
feſſio hēt executionē paratā Ita dicit tex. & l. poſt rē. ff. de re iu.
& l. debitorib. c. ti. qđ no. & tene mētī. Et pp hoc in ciuitate iſta
b inſtrumēta ꝯfeſſionata b mādant̄ executioni, ſicut ſententiæ
c diffinitiuæ, c qa ꝑ ſtatutū ſi ſit ꝯfeſſio facta coram notario, vr̄ fa
cta coram iudice, in Tuſcia uocant̄ in ſtr̄a guarentigionata qđ
no. Ven o ad gl quæ eſt magna. Vides quod gl. ponit regulā &
multas limitationes ad eā, Ego pro declaratione gl. formabo ꝓ
qualibet limitatione unam oppoſitionem. Opp. quod cōfeſſio

non præiudicet, vt l. ſi ex cautione, & l. ex cōtractibus. ſ. de nō
nu. pec. vbi dicitur, quod intra biennium pōt obiicere exceptio
nem non nume. pecu. licèt fuerit confeſſus. Huius ratione dicit
gl. ꝙ hic dēt intelligi ꝯfeſſus. l. in iudicio. Nam ibi loquit̄ de cō-
feſſione extra iudicium quę non, prodeſt ad obligandum ſed
ad deliberandum, dicit glo Sed de hac confeſſione extra iudi-
cium, nil dicā hic, ſed mā eius eſt in l gn̄aliter, de nō nu pec. &
ibi dicā. Tetigi in l non ſolū. §. ſi liberationis verba. de li. leg. iux
4 ta hoc eſt uidēdū, † qn̄ dicatur fieri ꝯfeſſio in iure d Gl. hic di-
d cit, in iure vbicunq; ſit iudex, vt ff de interrog act l. voluit. §. qđ
au. In ꝯriū vr̄ ꝙ iudex dēat ſeruare locū maiorū, vt l. eum ſuiam
5 ſ. de ſen. & l pe. §. ſi ff de iuſti. & iur. Propter quod dic, † q̄dam
ſunt, q̄ ꝑtinent ad iuriſdōnē voluntariā, & iſta poſſunt expedi-
ri in quolibet loco, vt l. 2. ff de offic. procon. & leg. & ſic ſeruat̄
6 in emācipationibus, & ſimilibus caſib. † Quædā ꝑtinet ad iuri-
ſdōnē cōtentioſam. & tunc ſi qdē dēnt expediri ſummariè, &
de plano, poſſunt expediri in quolibet loco, vt l. nec quicquam. §
de plano. ff de offi procō. & l. x. § dies, qs ordo in bo. pol. ier. &
e ibi gl. Quædā uero requirunt plenariā cāæ cognitionē: tūc ſi
quidē, quod agit̄ pertinet ad litis ordinationem, pōt expediri in
quolibet loco, vt d. l. voluit. § quod ita de interr. actio. Si ꝑtinet
ad litis deciſionem, dēt ſeruari locus maiorum, vt d. l. cū ſenteo
tia. ſ. de ſent. eū ſi ſeruata diſtinctionē, q̄ dixi in l. ſi vt ꝓponis. la
7 2. qūo, & qn̄ iudex & l. 1. de ſent. ex breuie reci. † Iſtę ergo con
feſſiones, q ꝑtinent ad litis deciſionē dēnt fieri in loco maiorū
Fallit ex cā, qa pp qualitatē ꝑſonæ pt̄ mitti ad eā, vt rn̄deat. ff de
iureiur. l. ad egregias, mō hēt is primū. Op. l. de ætate. § j. de inter
ro. act. ſ. de proba. l. exēplo. Dicit gl. intellige hoc, qn̄ ꝯfeſſus eſt ꝯ
ſe: ſecùs ſi ꝓ ſe, vt in ꝯriis. Hoc ꝙ ꝯfeſſio facta pro ſe nō proſit,
fallit in caſibus, qn̄q; pp delictū aduerſarii, vt l. ſi qn̄. ī. vide vi.
Itē, qn̄ d[illegible] iuīm in litē, in caſib, q ponunt̄ in l. in actionib. ſ. đ
in lit. iura. Itē vbi deferit̄ iuīm in defectū ꝓbationis, vt l. admonē
di ff de iureio & . in bonæ fidei. ſ. de iurei Circa ꝓdicta eſt vidē
dū, qd ſi ꝯfeſſio contineat aliquid ꝯ ſe. & aliquid pro ſe, vtrū in
in eis quæ ſunt ꝯ ſe ſtetur & in aliis non. Iſtum paſſum exami-
naoi in l. Aurelius §. idē q̄ſiit. ff de libe. lega. gl. tāgit in l. ſi qdē.
ī. de exce. & ibi dicemus Opp tertio de l. certū. ff eo. Soluit glo.
8 † ꝙ hoc debet intelligi, quādo certum cōfeſſus eſt, aliàs ſi incer
tum, cogit ad certificandum, vt in contrario. Ego intelligo, ꝙ ī
omnibus caſibus, in quib. valeat ſententia incerta, vt l. 2. de ſent.
quę ſine certa quantita. in illis valet ꝯfeſſio incerta, quia ęqpa-
rant ꝯfeſſio, & ſn̄ia, vt hic videtis: & eo nō merer executionē
ꝯfeſſio incerta, ſicut ſententia incerta, & in executione declara
bitur. Quid. n. ſi eſſes confeſſus te eſſe hęredem Titii, & me poſ
ſidere hæreditatem. quare non valet iſta confeſſio, uel me geſ-
ſiſſe negotia tua ꝑ decem annos, & ſimi. Vlterius op. de l. cōfeſ-
9 ſionibus, & l. ſi is. ff de interro actio. Soluit gl. † quod hic dēt in
telligi, quod ſit confeſſus id, quod ius, uel nā non reſpuit: aliàs
nō valeret, vt in ꝯrio. Ex qua gl. no. quod poſitionibus iuris nō
teneī qs rn̄dere, qa in eo rn̄ſio nihil releuat Si n ego rēſpōderē
ꝯ ius, nil valeret: ſm ius non releuat ponentem. Notatur de hoc
in l. 2. ff eo & ibi dix., & eſt tex in l. ornamentorum. ff. de au. &
arg. leg. Opp. ff ad legem Aquiliam l. inde Neratius. §. ſi cū l ſeq.
& l qui Stichum ff eod. Huius timore limitat̄ iſta regula, ꝙ hoc
dēt intelligi de eo, qui confitetur factum cuius nomine cū alio
poſſet eſſe actio. Nam ſi ego eſſem confeſſus, me occidiſſe ho-
minē viuentē, nō valeret, qa huius noīe nō pt̄ eſſe actio cū alio.
Sed ſi eſsē ꝯfeſſus me occidiſſe Titiū, quē occidit Seius, ego tene
rer,

ADDITIONES

a Ale. Confeſſos De differentia inter hūc ti. & tit. de interro act. vide Bar. in rub. ff. eo. Et an cōfeſſio vnius noceat aliis, vide Bar in l 2. ſup. de eden. & Doc Que differentia ſit inter cōfeſſum, & cōuictū, vide Doc & maxime Abb. in c. at ſi clerici. de iud & ſtatutū & faciens mentionē de confeſſo intelligitur de ſponte cōfeſſo. Ita dicit Bald. in l 2. inf. quo ap vbi dicit, qđ eſſet verum in materia actorū Et ſtatutū faciēs mētionē de cōfeſſo, ſimiliter intelligit de vero nō de ficto. Ita no. d. Anton. & alii, in c. at ſi clerici de iud & bene facit tex in l. quoniā, & quod ibi Bal. ff. de his, qui no. infa. vbi dicit, qđ bannitus, qui ex forma ſtatuti habetur pro cōfeſſo, non efficitur infamis. Et vide, quod ſingulariter tradit Gul in Spe. de confeſ. § nunc videndū. cum concor quas habes ꝑ Alc. in l. 2. §. pe de eden ubi dixit, quod quāuis confeſſio facta in uno iudicio, faciat probationē in alio, nunquam tamen hoc eſt uerum, ſi ſit facta per procuratorem. Recipit tamen dictū ſtatutum interpretationem paſſiuam, ut habetur poſt Bar. l. 1 inf quo ap. Quando uerò ſtatutum dicit, habeas aliquem pro confeſſo, debes habere de confeſſione iudiciali, & ſolenni, ſecundum Bal in l quoniam, in prin. commenti. ff. de his, qui no. infa quod dixi tenendū, & ſcias, quod ille, qui cōfitetur, uidetur promittere date. Bar in l ex facto, de hær inſti. unde poſt Bar in l. pub §. fi. ff depo.
Bart. Cōfeſſos. Et de cōfeſſione erronea uide Bar. in cōſi. 1 a 2. inc. in cā Io. Proch.
b Ale. Inſtrumenta confeſſionata Quæ eſt ratio, quod hodie inſtrumentum confeſſionatum habeat executionem paratam de iure communi, uide Bal in l. 1. ſup. de execu. rei iud per Pa. de Elea in c. nimemo c. ex parte, de confeſ. & ibi etiam aliquid per d Ant. Adde Pau de Ca. conſi 73.
c Parl. Sntæ diffinitiuæ Vide Bar. in l. cū nutus, in ſi prin. ff. de bo. auth iud poſſ.
d Ale. Cōfeſſio in iure. Et quid ſi fiat corā notario, uide gl. in l. Hibernus. ſup. de lib. cau & qd no. Bar. in l poſſeſſio §. & ſi poſ. ff de acq. poſſ. Sed quid ſi eſt facta coram arbitro Petr & Cyn. hic concludunt, quod non dicatur facta in iudicio Sed. tu uide Bar. inf. ea l. in ſi. qui uidetur tenere contrarium per Pa. de Eleaza. in c ex parte, de confeſ.
e Ale. Plenariam. Tu melius per Bar. in l. 4. §. hoc autem in 3. & 5. op. de dam. inf.

rer, q̃a huius nomine cum alio poſſet eſſe actio Op. ff. de q̃ſtio-
nib. l. 1. § diuus. & § ſi q̃s vltrò. Huius timore dicit gl. q̃ ibi dēt
intelligi ꝯfeſſus in cā pecuniaria, nā in cā capitali confeſſio ſim
plex non præiudicat, niſi perſeueret. Ita vult gl. hic. Videte do-
mini, quod hic dicit gl. q̃ in criminali non ſtatur cōfeſſioni ſta
tim, eſſet verum ſi ꝯfeſſio eſſet extorta metu tormentorum, vt
10 in contrario. Nam ſi † ꝯfeſſio eſſet ſpontanea, ſtatim ei ſtaret,
vt j. de pœnis. l. cum reus, & tangit per gl. ubi dixi. ff. de cuſtodia
reorum l. j. & ibi uide. Verū nō licet ꝯfeſſioni eius ſtetur, nō ta
men pro iudicato hēbit, niſi reqrat ſnīa, vt ſtatim uidebitis j.
a dū loquar in crīalib. Opp. dicit hic, pro iudicato hēbit. a & ſic
innuit, q̃ nō dēt ferri alia ſnīa. ꝯ. ff. eo l. certū. § fi. & l. Iulia. Gl. q̃
11 eſt hic, dicit optimè: q̃ menti tenebitis † Qñq; q̃s ꝯfitet in crimi
nalibus, & tunc ſine dubio dēt ferq ſnīa diffinitiuā, alias nō ha-
12 bet ꝑ iudicato, vel ꝯdēnato, vt l. ſi ꝯfeſſus. ff de cuſt. reo. † Aut ī
cā ciuili, & tūc, aut ꝯfeſſio emanauit ante litis ꝯteſtationem, q̃a
nullo dato libello, & tunc habet pro condemnato. Et ita loquit
hic. Aut poſt lit. cont. tunc debet ſequi ſententia, vt l. contraria,
ita dicit gl. ita hic, & bene. Cōtra hoc uidet l. ſi debitor, de iud.
Sol. illud ꝓceptum, quod ibi fit non eſt ſentētia diffinitiua, ſed
magis ad executionē pertinet, quam ad condemnationē. Opp.
& videtur, quod cōfeſſus non habeatur pro condemnato, vt ff.
eod. l. certū. §. ſed an. Sol. intellige, qñ ꝯfeſſus erat maior, ſecùs ſi
13 minor, vt j. Et hoc intellige in minore, ſ. in pupillo. † Nam ꝯfeſ-
ſio adulti tenet, ſed reſtitueret, vt d. l. certum. § minorem. Et eſt
hic vnus de caſibus, in quo differt ſnīa à ꝯfeſſione, q̃a ſnīa lata ꝯ
minorē indefenſum, eſt ipſo iure nulla, ſecùs in ꝯfeſſione ma-
ioris. Rōnem aſſignat Dy. q̃a ſnīa fert in inuitum, ꝯfeſſio in uo
lētem. Circa hoc tñ quidā ſunt in ꝯria opi. vt Mar. Sil. Cy. refert
hic op. Dy. & in l. clarum, de auth. ꝓſt. & dixi in d. §. ſed an. Opp.
iterū de ipſo §. ſed an. Sol. Ibi loqt in ꝯfeſſione tutoris, hic in cō
14 feſſione principalis. Iſtud hēt magnum dubium, † quando cō-
feſſio tutoris, & curatoris ꝓiudicet domino. Bt Doc. uidentur
incidere in hanc ſnīam. Si quidē ꝯfeſſio iſta emanauit per mo-
dum voluntariæ iuriſdōnis, q̃a iuit corā iudice tutor, curator,
vel procurator, & ſponte ꝯfeſſus eſt, tunc non præiudicat dño,
vt in §. ſed an. Aut ꝑ modum cōtentioſæ iuriſdōnis quia, habe-
bat neceſſe reſpondere poſitionibus, vel interrogationibus. tūc
talis confeſſio ꝓiudicat dño, vt l. non ſolum, in prin. ff de procu.
Ita dēt intelligi l. j. dixi latius in d. §. ſed an. gl. dicit late. Op. de l. j.
§. diuus. & §. ſi q̃ vltro. de qō Sol. intellige, q̃ hic fuit ꝯfeſſus ſpō
te, ſecùs ſi coacte, vt in ꝯrio. liē op. de l. error. de iur. & fac. igno.
& l. nō fatet. ff eo. Sol. Dicit gl. hic qñ ꝯfeſſus fuit ſcienter, ſecùs
ſi ꝑ errorem vt in ꝯrio dicit gl. Ad hoc op. q̃a error facti nō ꝑt
reuocari poſt ſnīam, vt d. l. error, ſi confeſſus hr̃ pro iudicato in
continenti: ergo vr̃ quod talis confeſſio reuocari nō poſſit. Sol.
vt dicā in d. l. error. Opp. de l. certū. §. ſi quis abſente, ff. e. Sol. in-
tellige hic de ꝯfeſſione facta in iudicio parte pñte, alias nō vale-
15 ret lō his memor facere poni ſuper ꝯfeſſionem in actis. Idē hēs
in l. ſi de interr. act. Op. s̄ de lib. cau. l. interrogatā. & l. parentes.
Sol. intellige ibi, qñ ꝯfeſſio fit circa id, circa quod quis nō pōt
ſibi ꝓiudicare. Op. de l. a. ff. de his, q̃ in frau. cred. Dicit gl. quod
rīa eſt vera, niſi fiat in fraudem. Certe iſta limitatio nō eſt neceſſa
ria, q̃a ēt tunc valet, ſed reuocatur per Paulianam, vel Caluiſia
nam actionem. Vlt. glo. ponit quoſdam verſus, q̃ oīa ꝓdicta cō-
16 prehendunt. Quærit gl. vtrum † ꝯfeſſio valeat ſine interrogatio
17 ne. Dic. vt in ea. Caſus eſt in l. ſi ſine, de interro. act. † Quærit gl. b
b quo iure poſſit ꝯpelli rñdere. Gl. dicit offic. iudicis, & bene. Et de
hoc dicemus in l. 2. §. q̃ obſeruari, de iur. cal. & uide eam, & ll.
quas gl. alle. Circa hoc, q̃ dicit hic, quod confeſſio meretur exe
18 cutionem, † quæro vtrum ꝯfeſſio facta coram iudice mandet
executioni per alium? Bt idem, quod in ſententia dico, vt l. à di
19 uo Pio. §. j. ff de re iud. & ibi de hoc. Quæro, † vtrum cōfeſſio c
c facta coram iudice incompetenti, mereat executionē. Reſpon
deo quod non, ſicut nec ſnīa, vt s̄. ſi à non compe. iu. per totū,
20 & extra de iud. c. at ſi clerici. Quæro, † an confeſſio facta coram
arbitro præiudicet, ſicut facta coram iudice, Pe. de Bellapert. te-
net q̃ nō quia ſententia arbitri non habet vim ſententiæ, vt l. 1.
s̄. de arbit. ergo nec ꝯfeſſio, ꝯriū hodie puto, cū enim hodie eſt
data vis ſentētiæ arbitri, quando eſt emologata, hīc omnib. actis
factis coram eo credit, vt l. cū antea s̄. de arbi. ergo & ꝯfeſſioni.

ADDITIONES.

a Alex. Habebitur. An cōfeſſus hēatur pro condemnato, per Bar. in l. 1. ff eo. Idē tenet Inn. in c. q̃reom de offi. del. & gl. quod in criminalib. licet quis cōfiteatur, nō mā-datur executioni, niſi feratur ſentētia. Alex. l. ſi cōfeſſus, hic alleg. & 2. q. 1. c. nos in quemquam. & c. ſicut. Secus in ciuili, vbi videtur velle ibi idem dicere, currit etiā confeſſio a die confeſſionis. ff. de confeſ. certū. Et dicit Inn. in c. qualiter, el 2. de accuſa. qd̄ ſi aliqs confitetur crimen in iudicio ſine alio proceſſu, fertur ſentē-tia diffinitiua quantūcunque pœna grauior imponi poſſit, Alleg. ſup. ad l. Aqui. l. ꝓinde, de cenſib. c. 2. & 2. q. 1. c. 1. & 2. & vide gl. c. nos in quēquam. Ad materiam huius adde Bar. ſup. proxi. & an cōfeſſus poſſit appellare, vide poſt Bar. in l. 2. in fra quo. app. non reci. Adde an confeſſus habeatur pro condēnato, & q̃d ſi metu tormentorum, Pet. de Anc. conſi. 13.

b Alex. Quærit gl. vide Bar. in l. diuus, de cuſt. reo. Vide Pau. de Fleax. in c. ex parte extra, eod.

c Alex. Vtrū confeſſio. Vtrum confeſſio facta coram iudice mandetur executioni ꝑ alium. Idē tenet Inn. in c. per inquiſitionem, de elec. & Io. An. in tit. de confeſ. §. ſequitur. verſi. ſ. non valet in addi. Idem tenet d. Fred. de Scalis diſputando, & concludit, quod vbicunque iuriſdictio iudicis incompetentis non poteſt prorogari per confitentem, ibi confeſſio facta eſt nulla. ſed vbi iuriſdictio ſua pt ꝓrogari, confeſſio facta tenet. Quod dictum ſequitur Ang. in l. 1. ff. de confeſ. Dicit tamen Inn. in d. c. quod confeſſio clerici facta coram iudice ſeculari non valet, vt poſſit condemnari, tamen eo clericus tractus coram iudice incompetenti, poterit compelli ad confitendum, quod prius fuit confeſſus. Hoc etiam ſequitur Ang. in d. l. 1. & ibi ponit quod ſi talis confitens mortuus eſt. Alle. Inn. in c. ſi. de ſucc. ab inte. Et iſtis adde ſingularē gl. in l. quid ergo, §. ex compromiſſo, de infa. quā ad hoc alle. Ang. & Imo in l. infamem ff. de pub. iud. & dicit Lap. ad literam in c. decet, de immu. eccle. quod valet confeſſio facta in loco prohibito, alle. quod ſcribit Arch. 30. q. vlt. iudicantem, & Bur. de procu. c. audiris. quod eſt uerū, ſi fit coram iudice non prohibito. ſm nn. per Inn. in d. c. per inquiſitionem. alias ſecus, d. c. at ſi clerici de iud. Et ſecundum hoc tenet, quod valet cōfeſſio a ſubdito facta coram ſuo iudice, licet extra territorium, quamuis proceſſus alias nō valet. d. c. decet. & adde Bart. & quæ ibi dixi. ff. de cuſt. reorum. Et de confeſſione facta in ciuili, an præiudicet in criminali, uide Bar. in l. 2. ff. vi bon. rap. Adde Bal. in cō ſi. Aliquis confitetur coram iudice, dic quod confeſſio facta coram incompetenti iudice, ualeat, non quo ad cōdemnationem. ſed vt cogatur perſeuerare. Alleg. nouum dictum Inn. in c. cum ſuper de confeſſis. & in c. per inquiſitionē, de ele. Pro quo alleg. Bal. l. capite quinto, & ibi gl. de adult. licet dicat in contrarium d. c. at ſi clerici. tamen tenet dictum Inno.

Adde an cōfeſſio facta in iudicio nullo, abſente parte valeat. Bal. conſi. 149. 3. lib. Et an confeſſio facta ſuper inepta inquiſitione valeat, vide pulchre Ang. conſi. 267. Vnum tamen ſcias quod vbi ex confeſſione alicuius mortui ante condēnationē, agi non poteſt contra eius hæredem, quod hoc non habet locū in famoſo latrone, quia licet moriatur ante condemnationem, poteſt agi cōtra eius hæredes. Voluit Io. An. in addi. ad Spe. in tit. de accuſa. in 1. par. §. 1. ver. qd̄ ſi latro.

Bal. Verum confeſſio. Vide d. Aut. & ibi dixi poſt alios, in c. præſentium, de teſt.

---

a *Res inter alios acta.* a *Rubr.*

ADDITIO.

a Pariſ. Res inter alios acta. Limita iſtam reg. non procedere in ſententia declaratoria, ius, ſ. alicui competere, vide Ru. conſi. 147. ad ſi. Itē, quod ſententia inter alios lata probet inter omnes, q̃ ſic fuit lata, uide Pan. conſi. 38. in prin. Itē q̃ ſentētia lata inter alios ſufficiat in poſſeſſorio ad colonum expellendum, uide Fel. in c. quamuis, & Iaſ. limitantem reg. plurib. modis, in l. 1. C. de eden. Item, q̃ teſtes recepti inter alios ſi ſunt mortui ſemiplenam probationem faciunt inter alios. Vide Iaſ. in l. admonendi de iureiu. in lec. & in rep. vide aliqua in materia ꝑ Soc. in l. Modeſtinus, ff de exec. rei iud. uide Dec. cōſ. 44. in 6. dub. ad ſi. Item quomodo ſententia præiudicet tertio, quando ipſe fuit citatus, uide Ale. in l. ſæpe. ff. de re iu. quando alteri præiudicet.

LEX PRIMA.

INter alios. a Nō eget ſummario q̃a ſub ſummat totū tit. illū tex. habuiſtis s̄. quib. res iud. nō nocet, Differt tamen hic titulus ab illo, quia ille loquit de ſententia tantum hic de omnibus actis.

ADDITIO.

a Alex. Inter alios. Vide limitationem per Inn. in c. quamuis, de re iu. & in l. ſæpe. ꝑ Doct. ff. eo. tit. ubi ſatis dixi. Gl. in l. 2. j. de eden. dubitauit, an acta in uno iudicio valeant in alio, & contra eaſdem perſonas, & contra diuerſas. Et concludit quo ad qualequale præiudicium faciunt fidem in alio, non ad plenam probationē. Et quod qualequale præiudicium fiat, eſt caſus in l. ſi duo patroni in prin. ff. de iureiu. maxime ſi ꝑſona in hoc ſcdō iudicio ueniens, fuit in primo. Idē ſi ſit rō connexitatis perſonarum, ut in l. res hæreditarias ff. de cum expil. hæred. Pone ergo regulam in actis, & dic quod res inter alios acta, alijs non prodeſt, neq; nocet, ut l. 1. ſup. quib. res iud. non nocet, in illo tit. quem tamen intelligo in actis, poſt quæ nulla eſt ſecuta ſententia, quæ regulat ſua diſpoſitiua, ſiue actionē, & ſi ex actis non oriatur actio, ut eſt gl. in l. & ſi poſſeſſ. §. pe. ff de iurei. per quā in confeſſione, & iuro, ut de confeſſione eſt tex. in l. proinde §. 1. ff. ad le. Aqu. & de iuro, in toto tit. de iurei. Vnde non bene ſuit locutus Inn. in d. c. cauſam q̃, de teſt. dum voluit quod quando nocet ſnīa, noceant acta, quia intelligo in actis, de quib. ē non æquiparando acta ipſi ſnīæ, ſed referendo ſingula ſingulis, quā limita non habere locum in l. ſæpe, de re iu. ubi prior creditor patiens debitorē experiri, perdit iura ſua ex actis factis per poſteriorem. Secundo limita, niſi ſnīa facta ut l. ingenuum. ff de ſtatu hominum quatuor interuenientib. Primo, q̃ ſit legitimus defenſor, & hoc ab initio. l. cum ſuſta ff. de collu. deteg. Secundo in proceſſu, quod cauſam defendat. l. qui repudiatis, in fine. ff. de inoff. teſt. Tertio in ſententijs, quæ ferantur uerbis affirmatiuis. l. diui fratres. ff. de lib. cau. Quarto poſt ſnīam, quod nō appareat colluſio. Quinto limita in caſib. in quibus q̃s debet cauſam ab eo, pro quo ſnīa lata fuit, quia ſnīa, talis prodeſt. l. hæredes. §. idē ſcribit ff fam. erc. & uide in l. ſuperatus. ff de pig. Sexto limita, ſi tractemus, quod ſnīa noceat illi, qui ex tranuerſo in iudicio comparuit pro intereſſe ſuo ut l. a diuo Pio §. ſi ſup. rebus, ff de re iu. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſta. Septimo fallit in caſu gl. in l. 2. §. hæc pœna. ff quod quiſque iur. vbi qui impetrauit ius iniquum contra vnum, patitur retorquationē ab omnibus. Octauo limita in materia feudali, in qua ex facto vaſalli, dūmodo fraude non committat, præiudicatur dño ſcienti uel ignoranti, ut in c. 1. §. vaſallus, ult. ſi de feu. fu. cōtro. inter do. & agn. Sed & hoc ſallit in caſu l. a. ſup. de pac. Nono fallit in caſu, quē ponit Cyn. in l. deſiderium. ſup. depoſ. vbi uiſum inter Titiū, & Stichum probat, etiam contra Mar. Fallit decimo in proceſſu facto contra reum principalem, nam ex illo aperitur uia cōtra fideiuſſorē, ut §. 1. & in § ſed neq;, in Auth. de fideiuſ. l. ſancimus. §. pe. ſup. ad Treb. in gl. Debitum autem principale debet probare contra fideiuſſorem. Alter non potuiſſet fideiuſſor condemnari, niſi fuiſſet fideiuſſor iudicio. l. ſi. inf. ſi aduer. rem iu. uel niſi ꝑ patre condemnato in filio, in quem patrem ſit exe cō in peculio, ut l. ſi cōdemnatus. ff de nox. act. l. ſi filio. ſn l. inaſ. late per Dy. & Bar. in l. cū filius, de uer. ob. Vndecimo fallit in caſib. in quib. acta ſunt facta cū procuratore, & procurator ex aliqua iuſta cauſa remotus eſt a iudicio, nam iſta acta fidem faciunt contra dominum. l. in cauſæ. § ſi ex parte, de proc. Quod ſingulariter limito, niſi remotus eſſet procurator ab inſtantia ratione ſuſpicionis, quia tūc oporteret omnia de nouo actitari. l. quæ omnia, de proc. Duodecimo fallit. ubi inquiſitus confitetur furtum, nā ex hac cōfeſſione tenetur ēt ei, cuius intereſt dicit Inn. in c. cum oporteat de act. Bal. in l. 1. C. de eden. & uide Ang. ff. de iuriſ. om. iud. in l. imperiū. Terciodecimo fallit in caſu quo reſultat cōfeſſio uera cōtra defunctū, nam iſta nocet hæredi, per caſum ſingularē. ff. de iniuſ. l. eius, qui delatorem, & per Bar. & per eum in l. manifeſte ſup. de iurei. & ſingulariter limita hēre locum in confeſſione reſultāte in vita confitentis. Si autē reſultaret ficta confeſſio contra eum, qui ſeipſum interfecit & ficta cōfeſſio nō noceret hæredibus l. a. & ibi per Ban. qui teſta. fac. poſſ. & uide Bal. in l. 1. infra ut ex delic. defunc. Item fallit in caſibus, in quibus prima cauſa, & acta inde facta habent ſe ad ſecundam cauſam, & ſecunda acta, & quando abſolutoria la-

ta

ea in prima, parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ſi iudicia ſunt eiuſdem natu-
ræ, ſcilicet quia ciuilia omnia, præiudicabitur l. fundi, & l. fundum. ff. de exce ſu-
cus, ubi cauſæ ſunt diuerſi generis, puta vna ciuilis, & alia criminalis, fallit in ca
ſibus, quos ponit Bar. in d. l. a de eden.

De relationibus. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Relatio facit iudicis officium conquieſcere.*
2 *Iudex poſt confeſſionem conſilio ſapientis ex forma ſtatuti parte petente factam, ſi ante habitum conſilium pronunciet, ſententia tenet, licet poſſit per appellationem reſcindi.*
3 *Sapiens, cui committitur cā conſulenda, non pōt recipere nouas ꝓbationes*
4 *Cauſa, quando committitur conſilio ſapientis, debet formari punctus de conſenſu partium, & hoc debet apud acta apparere.*
5 *Sententia continentis li: is cōteſtationem, & alia acta, ſi lata eſt partibus præſentibus, & non reclamantibus, probat acta ſic præceſſiſſe.*
6 *Iudex, quando facit aliquid parte præſente cui diſplicet, debet contradicere, & facere poni in actis, parte præſente, & contradicente.*
7 *A relatione iudicis non appellatur, ſed eſt contradictio quædam.*

a SI quis. a Iſte ti. eſt ſatis bonus. & hēt quādā bon.
gl ꝯtinua vt habes in ea. Diuidit. Primo
b ponit quale ſit officium iudi. b facta relatione. Sc Io
quale ſit officium iudi. in ipſa relatione facienda
1 Scda ibi, ſed nec ad nos. Breuiter hoc intendit. † Facta relatione debet offi. iu. conquieſcere. aliàs appellabitur. Item relatio dēt fieri plene, & examinatione eius facta cū partibus. h. d. no.
c hunc caſum Secundo no. gl poſitam c ſuper verbo, infām. § Di
2 cit ſtatutum, quod iudex debet committere cauſam cōſilio ſapientis, parte petente. Quid ſi poſt cōmiſſionem factā ante habitū conſilium vult iudex pronūciare? Reſpon. ſentētia tenet licet poſſit per appellationē reſcindi. Caſus ē hic, ſm intellectū
3 huius l. qđ perpetuo tenet menti. No. ex hac l. quod † ſapiēs, cui cauſa committitur conſulenda, non poteſt recipere nouas probationes: Nam ei debet mitti cā plene inſtructa, quæ alia ciſtatione non egeat. Hic eſt caſus, & in l. cum à nobis. de dila No.
4 † qñ cōmittitur cauſa conſilio ſapientis, & formatur punctus d
d debet hoc fieri de conſenſu partiū, & hoc debet apparere apud acta. Sed ſi partes diſcordant in puncto, videbis ĵ. l proxi. Vlte-
5 rius no. ad id, quod ego dixi pluries. quod † quando in ſentētia ꝯtinetur lit. conte. receptis confeſſionibus partiū, facta publicatione teſtiū, & iurato de calumnia; & ſimilia, ſi quidē ſnīa ē
e lata partibus pſentibus, & non reclamantibus dico quod ſnīa iſta ꝓbat acta ſic ꝓceſſiſſe. Hic eſt tex niſi pars ꝯdicat, qa ſi diſplicet ſibi dēt ꝯdicere aliàs, cōſentire vr̄, vt hic, & de hoc vide Cy. in auth, ſi qs in al quo. s̄. de eden. & qđ relat o fiat ita ſūmariè narrando videbis ĵ eo l. fi De hoc per Inn ci, de offi. dele. c. cū in iure, & per eundem in c qm̄ ꝯ falſam de ꝓbat. & no in
f c. cū Io ſex, de fi. inſtr & per Cy de non nu. pe l. ſi ex cautione, & l. cū aliquis, de iur. deli. & prædiis ff de le. 1. & c. cum olim, ex de cenſi. Dixi de hoc de re iud. l. acta, in prin. tangitur per Cyn. in auth ſi quis in aliquo, c de edē. & melius in l. emācipatione,
g de fi. inſt. Dixi ēt de hoc ff de re iu l. acta in prin. Vlt. no. g quod
6 † qñ iudex facit aliqd. parte præſente h cui diſplicet, debet ꝯdi-
h cere. Iō facias poni in actis pte pñte, & ꝯdicēte, alias innuli hic quod videat conſentire, quod perpetuo tene menti. Attamen in ſentētiis cauſarū diffinitiuis, & īterlocutoriis, vbi appellatio
i ni locus eſt, non vr̄ ꝯſentire i niſi taceat per x dies, vel aliū actū exprimat, vt l. Labeo. s̄. qūo, & qñ iu. & s̄. de re iu. l. ad ſolutionem Venio ad apparatum. Op quod relatio non poſſit fieri, ut s̄. de peda. iud. l placet. Dicit gl quod ibi loquiť in iudice delegato, hic ī ordinario. iu dic, quod ibi erat certū de iure, hic nō. Et circa iſtā materiam. an relatio permittat fieri, diſtingue, vt hic
7 in gl. i. clara. † Quæro, vtrū à relatione † poſſit appellari? Gl. hic vr̄ dicere, quod ſic, & iſtę fruſtratoriæ dicunt appellationes. Alij dicunt ꝯ, quod non eſt appellatio, ſed ꝯdictio quędam Et iſtā tenent do. Ia. de Are. & alij no. in l. 1. §. q̄ ſitum. ff. de appella.

ADDITIONES.

a Alex Si quis Quo caſu licet contradicat, & licet non appellet, non ſufficit not. Inn in c. quod ad conſultationem, in verbo, incipit. de re iud.
b Ale. Officium iud Vide quod ſcripſi in l apertiſſimi, ſup. de re iud.
a Ale Poſitam. Adde Bar. in l 1. ff nil nou. & uide quæ no. in l. quia poterat, ad Trebe & in l. ad principem. ff de app. Et aduerte inquantum hic dicitur, quod iudex ferens ſententiam poſtquam cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, ualet, per id, quod no Bar in l. 1. §. ſi plures, ff. de exerc l. 1 in materia huius l. uide tex. no. & Bar in l ex illo. inf. de app & Bar. in l. 1 de app ubi qd in iudice, an poſſit recipere nouas ꝓbationes, Adde, quod dictum Bar. hic dicentis, ꝙ ſententia lata pēdente commiſſione cōſilii valet, limitatur niſi ſtatutum diceret, quod iudex deberet ſequi conſilium ſm Bal. conſi. 164. 3 uol qui alleg. Bar. ita uoluiſſe in l. ſi conuenerit. ff de re iud. & tamen non facit, ſed elapſo termino mittit iudici & iudex pronūciat, an ualeat ſententia, intellige ēt dictū Bar. vt hic per Pa de Ca.
d Ale Punctus. Quando partes diſſentiunt in puncto, quid faciendum eſt, uide in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff de iureiu. vt in l. in ti. editione. §. fi. de bo. auth iud poſ & Bar. in l 1. ſup. de uen. inſpi.
e Panſ. Partib. præſentib. Vide Fran. conſ. 68 quod limita ut per eum, ubi uide late Bar. conſi. 96. uide Spe in ti. de ſent ad ſi uide Cano in c. in præſentia, extra, de renuncia. quid autem de ſententia lata a probatiſſimis uiris, uide Ro. cōſi. 334. ad fi. Item quot requirantur ad hoc, vt acta, præſumantur, uide Pau. de Caſt. con ſi. .. Item, quod ubi ſentētia eſt lata inter præſentes, quod præſumatur iudex habuiſſe iuriſd. uide Pan conſi. 31. quando dicatur factum antiquum quantum ad impugnandū ſententiam de nullitate, vel reſpectu ordinis, & quando antiquitas non releuat vbi defectus expreſſe probatur, ad qđ uide quæ habes ad Bar. in l. de vnoquoque ff. de re iu & pro ꝓdicta ſingulari limitatione, ꝙ in ſententia de antiquo ꝓſumantur omnia acta ſolenniter, niſi probetur defectus, vide Pan. conſ. 50 Fran de Are. conſ. 62. ad fi Bar in l. is qui inf. de app. uide C. ꝑ. cau. 184. uide etiam quomodo in, & quando præſumatur citatio, & quid in ſententia ab antiquo, & quid poſt lapſa ipſa tempora data ad app quæ habes ad Bar. in l furioſo. & in l de vnoquoque. ff. de re iudi. & quæ dicatur ſententia de antiquo, uide Iaſ in l. cum aliquis C de iur. delib ubi generaliter ponit quando aliquid dicatur de antiquo. Ang Are in l. fi. quando appel. fit. Item ꝙ poſt biennū præſumatur pro ea, uide Cal. in c 1 de mil vaſal. qui cont. eſt Itē quod ſi ſentētia eſt lata pſentib. partib pro ea ꝓſumatur, vt dicit hic Bar. vide Ant. conſ. 31. Item circa illud, quod dictum eſt de ſententia de antiquo uide Ant. conſi 18. in 1. parte Item quomodo credatur iudici dicēti iuſſis actis, & quid ſi partes eſſent præſentes, & plura alia, uide p Fely in c. quoniam contra falſam, uerſic quinta concluſio.
f Ale No. in c cum Io Et uide Bar. in l. fi ff quando appel ſit.
g Ale Vlt no. Quid operetur practica, parte præſente non contradicente limita, ut per Bar in l. Pomponius §. 1. ff. de procu. a ſide l. neam arbitris, & ibi in fi Bal. de arbi poſt Bar. & vide Bar. in l. ſi ſeparatim. ff. de app. & quod ibi dixi. Adde, quādo præſumat̄ pro proceſſu, & ſententia, Io. And. in addi ad Spe. in ti. de ſen. §. fi. uerſi in ſumma. & ſententia lata præſentibus partib & non cōtradicentibus præſumitur lata a iudice habente iuriſdictionē, ſm Ang conſ. 198. Et an relatores debeant iurare, & an eorum relationi ſit ſtandū, vide Bal conſi. 428 3. lib.
h Panſ. Parte præſente Vide multa per Iaſ in repe. l admonendi. de iureiu.
i Menoch. Conſentire Rip. in c. cum M. nu. 132. in fi. de conſt.
K Ale A relatione. Vide quæ dicit Bar. in l. 1 §. 1 appel. in fi. inf eo.

LEX II.

1 *Terminus ad allegandum aſſignatur parti, quę ſuper puncto formato uult contradicere.*

a Super delictis. a † qñ pars ꝯdicit puncto formato, iu-
1 dex debet ei dare terminum ad allegandū quicquid vult contra illum punctum, & ſi iudex pronunciauerit non obſtantibus allegationibus partis, & habēdū eſſe conſilium ſuper hoc puncto, perinde eſt ac ſi pars conſentiret. Vel ergo pars debet conſentire, uel iudex ſuper hoc pronunciare, & vide tex. qui dicit, ꝙ no. pro practicis.

ADDITIO.

a Ale Super delictis Vide Bar. in auth ſi quis in aliquo, ſup de eden. Et quando & quibus caſibus poſſit referre cauſam ad ſuperiorem, ſecundum naturam huius t. uide no per Petrum & Bal in l. ex legato. ſup. de legatis, & quod notat glo. & ibi Bal in l. iudices, ſupra de iudiciis.

LEX III.

1 *Relatio iudicis debet continere breuiter totam ſeriem actorum.*

a Si quando. a Adde ibi, ratio, i. rationabilis metus, quia in iure dubitat Ibi, aut neceſſitas, qa ſi ibi erat cōm ſſa cauſæ cognitio ſine ſnīa, glo. tua intelligit iſtam l. qđ dēt mitti copia actorum & etiam originalia. Tu intellige,
1 quod † relatio debet cōtinere breuiter tota ſeriem actorum, poſtea mittantur acta. facit ad hoc l. vlti. s̄. de precib. Impe. offe.

ADDITIO.

a Ale. Si quando Vide quæ no Bar in l. acta, ff de re iud.

De Appella. & conſulta. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Ordo ſi peruertitur unius cauſæ ad aliam, ualet ſententia, etſi per appellationem poſſit reſcindi.*

1 PRius. Breuiter h. d. † Qñ peruerſit ordo a vnius cauſæ
a ad aliā, ſnīa tenet, licet poſſit ꝑ appellationē reſcindi. Opp quia immo vr̄, quod ſentētia ſit ipſo iure nulla, vt l. ꝓlatā. s̄. de ſenten. Sol. hic peruertitur ordo vnius cauſæ ad aliā, ibi vnius cauſę ad ſe ipſam: qđ dic, vt ibi, & huius l. caſum pon. t gl. quatuor modis. Tene tertiam lec.

ADDITIO.

a Ale. Peruertitur ordo. Quando peruertitur, an turbetur iudicium, vide quod no. ſup. communi diuid & quod no. Bar in l. edita. ſup. de eden in q. an ſi non opponatur de cumulatione prohibita, &c & licet hac lege dicatur, quod peruerſio ordinis poſſeſſorii ad petitoriū, non reddit proceſſum nullum, ſed miniſtrum, illud eſt verum niſi talis ordo ſit transfuſus in formam mendacii hominis, nam tunc vitiat proceſſum ex cum dilecti. ad fi. iuncta glo in verbo, iuris ordo Et ſic vult. d. Ant & ſequuntur Doc. ibi poteſt eum, & tenet hic Bal. per iſtam l. Et hoc no alleg. Bar in l ſi. ff. de cer. pet.

LEX II.

1 *Appellari poteſt a ſententia lata ſecundum Principis conſilium.*

1 Nouum. † A ſnīa lata ſm ꝯſiliū Principis, p̄t appellari, h. d. Hoc qualiter intelligat̄, glo. examinat hic Ego examino plenius ī l. j. §. q̄ ſitū, ff. de ap. Bī dicas, aut pars nō ꝯſentit relationi, & p̄t appellari vt s̄. c tit. l. 1. Aut ꝯſentit relationi, & tūc uult appellare, quaſi malè Imperator conſuluerit, & nō p̄t, ut l 1. qs, & a quo. Aut qa dicit ſe hēre aliqd de nouo, qđ intendit probare, & poteſt, ut l. cos, s̄. eod. & l. per hanc, ĵ. tit. 1.

LEX III.

1 *Appellatione interpoſita, iudicis officium conquieſcit.*

a Appellatione. a † Applone interpoſita, iudicis offm̄
1 ꝯqeſcit h. d. Op. l. Impator, § fi. ff. c So. Qđ hic dicit, fallit in caſib. q ponunt ī gl. quā vide, qa clara eſt.

ADDITIO.

a Ale. Appellatione. Vide quod hic Bal dicit per iſtum tex quod nil poteſt nouari, donec declaretur, an appellatio ſit admittenda, ſicut appellatione pendente. Ad de l. conſtitutiones, & ibi Doctores ff. eo.

LEX

LEX IIII.

1 *Cum quis nominatur ad Officium publicum authoritate, & utilitate, nominatio valet, & poteſt appellari.*

1 **Si ad ſcribatum.** Op ff q̄n appel. ſit, l. i. §. ſolẽt. Sol. bř. † Q ̄ıq; qs noīat ad officia publica, authoritate & vtilitate, & tũc ſi noīatio eſt facta ſm ordinẽ, dẽt appellari, vt hic, aľs noīatio eſſet ipſo iure nulla, vt ĩ. e. l. noīationes, & ff. e. l. ſi ꝯſtat Sed ſi noīaĩ ad offim publicũ authoritate tm̃, ſed vtilitate priuatũ, vt tutela, & tũc dẽt ſe prius excuſare, & a ſnĩa reprobatoria excuſationis dẽt appellare, vt l. ꝯtra.

LEX V.

1 *Appellatio, ſi nõ fuit ꝑducta in termino abſq; culpa, appellãti ſuccurrit.*
2 *Caſus emergens in perſona nuncij, excuſat dominum mittentem.*
3 *Iudex a quo a quo appellatur, debet ſtatuere terminum appellanti, intra quẽ cõpareat corã iudice appellationis. uel intra quem iter arripiat.*
4 *Quod non poſſit ei ſtatuere terminum ad proſequendam appellationem.*
5 *Termin⁹ datus a iudice ſup eo, qđ ſpectat ad iuriſdõnẽ alterius, nõ valet.*
6 *Minor ſi non eſt proſecutus appellationem, coram quo debeat petere reſtitutionem in integrum.*

1 **Præſes.** Bř h. d. hæc notab. lex † Si appellatio nõ fuit ꝑducta in termino abſque culpa appellãtis, appellanti ſuc-
2 curritur. Ex l. iſta hẽtis primo notare ſm gl † quod caſus emer-
a gens in pſona nuncij, excuſat dñm mittẽtẽ. Sic hẽtis ĩ l. cũ ma tribus. ſ. q pet. tut. & eoe mẽti. Sed ꝯ hoc op. de l. ſi ꝑcuratorẽ, §. ſi tutores, ff man. Sol. ibi in pſona nuncij nõ contigit caſus, imò ex culpa ſua hoc accidit, vř. n. dñs ipſe negligere q̄n negligit nuncius, hic verò fuit caſus fortuitus. Et aduerte ad unum verbum, qđ ad hoc quod iſte caſus non noceat, oportet ꝙ probetur, quod iſti nuncio ſucceſſit taliter, qđ ꝯparuiſſet in termino niſi fuiſſet pp caſũ, aliàs caſus nõ excuſaret eũ. Hẽtis no. ff. de re iu l. pen. Quæro ſcđo, de quo tpe loqĩ hic in iſta lege. Qui dã dñt qđ loqĩ de tpe 30. dierũ, qđ daĩ ad petẽdũ apoſtolos vt ĩ. eo. l. iudicib. Alii dñt, qđ hic loqĩ de tpe, qđ daĩ parti ad ꝯparẽ-
3 dũ corã iudice applõnis, & ita eſt vera. Dẽs n. ſcire, qđ † iudex
b a quo appellaĩ, dẽt ſtatuere terminũ b appellãti, ĩtra quẽ ꝯpareat corã iudice appellationis, vt l. ꝯria, uel ĩtra quẽ iter arripiat. eĩ.
4 eo c. pſonas, & c. ſeq & c. oblati, † nõ aũt poſſet ſtatuere ad ꝓſequẽda appellationẽ, vt ꝓbaĩ in d. c. pſonas. & c. ſeq qđ ꝓbat ꝑ rõnẽ quã ſtaĩ dicã. Pone ergo, qđ q̄n ꝓponiĩ aliqua exceptio corã iudice ſeculari, q̃ dẽt remitti ad epm̃, iudex, corã quo op-
c ponit, ſtatuit terminũ parti c ad ꝯparẽdũ corã epo, & ad habendũ ꝓbatã illã exceptionẽ intra 10 dies, valet ne talis ꝯſtõ termi-
d ni. Certè inquãtũ d ſtatuit terminũ ad ꝯparẽdũ corã eo ualet, ut hic, & dictis iuribus. Inquãtũ ſtatuit terminũ ad exhibẽdũ ꝓbatã illã exceptionẽ nõ valet, qa ſtatuit id, qđ ꝑtinet ad alteri⁹ iuriſdõnẽ. Et ſicut diſpõ de re, q̃ ꝯfert ꝓ tpe quo res nõ erat ĩ bo
5 nis diſponẽtis, nõ valet, vt l. Stichus ſeru⁹ me⁹, de man. teſt. † ita terminus datus ſup eo, qđ ſpectat ad iuriſdõnẽ alterius nõ valet. Cũ igiĩ ꝓbõ dẽat fieri corã epo ad eũ ſpectat dare terminũ ad ꝓbãdũ, & limitare tps, ĩtra ꝙ fiat ꝓbõ, ſicut eſt dcm̃ ſ. de termino ad ꝓſequẽdã appellationẽ: qđ tenebuis menti. Vlt. Iac. de
6 Arc. inducit iſtã legẽ ad qõnẽ † Minor eſt læſus in eo, ĩ quo eſt
e ꝓſecutus appellationẽ, corã quo dẽt petere ĩ integrũ reſtõnẽ, an corã iudice ad quẽ, an corã iudice a quo. Rñ. ſi qdẽ minor appellauit, & nõ eſt ꝓſecutus, iſta læſio ꝯtingit corã iudice ad quẽ, corã quo dẽt ꝓſequutio fieri, iõ ipſa reſtituit. Caſus eſt in hac lege. Sed ſi minor nõ appellaſſet, & vellet reſtitui ad appellãdum, tũc iſta læſio ꝯtigit corã iudice à quo: qa corã eo dẽret appellari, iõ corã ipſo reſtõnẽ ĩ inte. petet. Ego puto, qđ ẽt corã ſuperiore poſſit peti reſtitutio hoc caſu, vt ſ. ſi ſæpius in integ. reſt. poſtu. l. 1. vbi ille tex. vř hoc directo probare. Teneatis menti.

ADDITIONES.

a Alex. Nõ cũ. Adde caſum in c. ſignificãte, de pig. ita alle. Bart. in l cum filius, §. in hac. ff. de ver. obl. & in l. 1 § procurator, & § tutores, ff. de manumiſ.

b Ale. Terminũ. Illud eſt verũ, qđ põt ſtatuere terminũ, ſi iudex appellationis deferi. Si aũt reſert nõ põt ꝓficere, & ſi proficit, nulliter agit. Dictum eſt ſingulare Inn. in c. ſi. de accuſ & ita ſeruat curia. Spe. in tit. de app. in 2 par in forma q̃ incipit reuerẽdo, ver. ſãctiſſ no, tenet cõtrariũ, nec tñ allegat In. & tenet Dñic. de app in 6. c 1 Sed quid ſi iudex a quo, defert appel. & ſtatuit terminum ad ſe præſentandum coram iudice ad quẽ, & iudex ad quẽ ſtatuat alium, intra quem faceret ſibi fidem, qualiter ſe præſentabit corã iudice ad quem, quid ſi intra ſm terminum non fiat fides de præſentatione, an videatur appellatio deſerta? Bald. hic tangit, & dicit, quod non poterit in tali caſu iudex a quo, ſtatim poſt terminum ſententiam executioni mandare, non obſtante pendentia appellationis, adeo quod illa executio non reuocatur per tit. nil no. appel. pẽd. Dictum fuit Fred. de Sen. conſi. 27. refert d. ... in c ex inſinuatione. Puto tamen ꝙ ſi ipſe iudex a quo diſtulerit lapſo termino exequi, pars tñ non obſtante lapſu termini poterit fidẽ facere de introductione appellationis, & poterit impedire executionem, per no per Bal. in l. ſi quis inſtituatur, de hær. inſt. Et circa id quod hic dicit Bar de iudice ſtatuente terminum appellatori, vt compareat coram iudice ad quem, & etiam ſom ſubdit de iudice ſpeculari, & Bar in l 2 ff. de reg. iur Ad de Ang in l. 2. §. ſed ſi dubitetur. ff. de iud. & per hoc no habes cautelam, ſi appellatur a ſententia tua, quod ita de facili poteris facere, quod appellatio remaneat deſerta. Alia eſt, quod apoſtolos petitos nõ tradat incontinenti, licet videas te tra iterum die penultima termini iuridici, hora puta 10 tunc ſi appellans dicta hora non comparet pro apoſtolis accipiendis, quod appellatio eſt deſerta, vt Cle quamuis. de app & Bal. in l. ut ſictis inſt. eo. Item quod præfigat appellanti terminũ intra quẽ habeat ſe pñtare iudici ad quẽ apoſtolos dilatorios vel refutatorios obtinuit, quod ſi non fecerit, appellatio eſt deſerta tex. eſt hic not. iuncta

gl. Si tamen iudex a quo, ſtatuiſſet appellanti ſimpliciter terminum, puta mẽſem integrum ad inchoandum, tamen non ſufficit intra terminum arripere iter, ſed oportet quod ſe præſentet iudici ad quem appellauit c. cum ſit Romana & ibi no. extra e. per d. Ant. in c ex inſinuatione, extra, eo quod ſit officio iud. ad quẽ appellat, & uide in Spe. de ſen. §. nunc tractemus, uer. ſi iudice authore, cũ verſi. ſeq & in tit. de ap § de offi. uer 1 & uer debes ſententiam, & adde Barto hic, & Bal. in l. appellat ſup. eo. & in l 2. de re iu Et a l prædicta uide plene d. Abb. in c. perſonas, extra eo Adde, ut plene per ipſum Alex. in d. c. perſonas, & Oi. conſi. a. Menoch. Adde Ferrat. caut 53. ſi coram

c Pari. Paris. Vide omnino circa hoc Feli in c. cum ſit Romana. extra, de appel.

d Ale. Inquantum. Idem tenet Bart. in l. 2. ff. de re iud & ibi uide Imol. & Ange poſt Pao de Ca in l Titia ſol. mat.

e Menoch. Eſt latius. Brun conſi 57 nu. 32. Ruy. conſi. 321 nu. 19. lib. 5.

LEX VI.

1 *Iudex ad quem appellatur debet de cauſa cognoſcere, & iudicare, non autem eam ad iudicem a quo, remittere.*
2 *Modus ſententiandi in cauſa appellationis.*
3 *Sententia lata in quibus caſibus primus iudex etiam cognoſcat.*
4 *Si appelletur ab interlocutoria non poteſt Princeps remittere cauſam ad iudicem a quo, niſi dicat, non obſtante tali lege.*
5 *Si appellans ab interlocutoria, in illa ſuccubuerit, tũc cognitio cauſæ principalis remittitur ad iudicem a quo.*
6 *Iudex a quo ſi ſucceſſit in locum iudicis ad quem fuit appellatum, ipſe nõ debet cognoſcere, ſed eam cognoſcendam delegare.*
7 *Iudex appellationis, licet non habeat neceſſe addere in ſententia, & ideo condemno, vel abſoluo, tamen poteſt addere.*
8 *Si appellatio eſt deſerta, debet pronunciare appellationem fuiſſe deſertã, & ſic abſoluere ab obſeruatione iudicij.*
9 *Si actor in cauſa appellationis probauit illud, quod non potuit probare in prima cauſa, poteſt iudex pronunciare primam ſententiam iniuſtam reſpectu iuris partis, licet nulla fuerit iniquitas iudicis.*
10 *Si prima ſnĩa cõfirmaĩ expreſſe, agitur ex ſecũda cõfirmatione, & nu. 11.*
12 *Iudex appellationis mandabit executioni ſententiam appellationis.*

1 **Eos qui.** Hæc lex hẽt quinq;, vel ſex partes, & ꝑ particulas legã. Prima pars bř h. d. † Iudex ad quẽ appellaĩ, dẽt de cã cognoſcere, & iudicare, nõ aũt cãm ad primũ iu-
2 dicẽ remittere. Not. ꝙ dixi in ſuo mario. † Itẽ no. a modũ ſniandi ĩ cã applõnis. Op. ſ. de iud. aut. ad hęc. Sol. ibi iudex delegat⁹ a
remittit ad delegantẽ, non aũt iudex ad quẽ remittit ad iudicẽ à quo. Itẽ op. & vř qđ ipſe iudex q iudicauit, dẽt de cã appellationis cognoſcere, vt l. pfecti, ff. de min Sol. ibi loquit in cã reſtõnis in integ hic in cã appellationis. Rñ, qa in cã appellationis pars ꝯqueriĩ de iniquitate ſniæ, vt l. 1. in prin. ff eo. in cã reſtõ. in integ de ſua facilitate cõqueriĩ. Opp. de l. ſi præſes ſ. q̄n & q̄n iudex. Sol. ibi loquitur de nullitate, hic vero de iniquita-
3 te ſniæ per appellationẽ. Et ſic videtis, qđ habet tres † caſus, quia q̄nq; qs de iniquitate ſnĩæ ꝯqueritur ꝑ appellationem, & tũc prim⁹ iudex nõ cognoſcet, vt hic. Q̄nq; ꝯquerit de nullitate ſnĩę, tunc dic, vt l. ſi pſes, & l. ſi vt ꝓponis. ſ. q̄n, & q̄n iud Q̄nque ꝯqueriĩ de ſua facilitate, & tũc ipſe idẽ iudex cognoſcit, vt l. pfe-
4 cti. de mino. Quæro, hic loqĩ, q̄n appellatur à diffinitiua, † qd ſi ab interlocutoria appellaĩ, vtrũ poſſit remitti cã ad iudicem à
b quo? Gl. q̃ eſt hic, dicit ꝙ poſſit fieri ꝑ Papã, b vel Principẽ, tũ quia hoc facit de certa ſciẽtia, tũ quia hæc l non loquitur, niſi de appellatione a diffinitiua, & uide glo. Alij dicunt, quod ẽt ſi Papa, uel Imperator faceret, nõ valeret, niſi diceret, nõ obſtãte tali lege, arg. eĩ, de reſc. c. dilectu. filius. el a. quod placet ſatis ꝑ ea, q̃ dixi uobis ſ. ſi ꝯ ius, vel utili. publ. l ſi. Et ſm hoc concluditur manifeſte, qđ de iure noſtro etiã in illis caſib. in qb. põt ap-
c pellari ab interlocutoria, iudex inferior c à Principe nõ põt illã cãm remittere ad iudicẽ primum. Qđ intellige verũ, ſ quod cognitio illius cãę appellationis non põt remitti ad iudicẽ à quo.
5 Sed † ſi pars appellãs ab interlocutoria ſuccubuit in illa, tũc cognitio cãę pricipalis remittitur ad illũ iudicẽ à quo fuit appellatũ, vt ex, c. c. ut debitus. & eo. tit. c. cum appellatio. & c. non ſo
d lũ. lib. 6. Et colligiĩ ſi bene aduertatur d de iure noſtro, ex l. intra
6 vtile. ff. de mino. Secũdo q̄ro, qd † ſi iudex à quo fuit appellatũ, ſucceſſit in locum iudicis ad quem fuit appellatum? Certe ipſe nõ debet cognoſcere, ſed eam cognoſcẽdam delegare, vt l. prę
e tor. ff de iuriſdict. omn. iud. ſ. de offic. aſſeſ. l ſi. Ita dicit glo. & be
7 ne. Quæro, & intro glo magnã, e † vtrũ iudex ad quẽ appellatur tem-

ADDITIONES.

3 quantum ipſa ſol. Secũdo no. † ꝙ ſecundus creditor ſoluendo priori debitum ꝯfirmat ſibi pignus. Mõ pro declaratiõne legis no-
4 ſtræ quæro, dr̃ hic, ꝙ ſecundus creditor poteſt offerre primo, † ſed quid ecõuerſo nunquid primus poteſt offerre ſecundo. Bñ hẽtis dicere ꝙ ſic. Vr̃ tex. in l. Paulus. §. q in pignoris. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Sed iuxta hoc quæro. † nũquid primus poſſit ad hoc ꝯpelli. Bñ tex. dicit, quod nõ in ſ. eo. l. prior quidẽ creditor.

LEX II.

1 *Qualiter intelligatur qui prior eſt tempore, potior eſt iure. & nu. 2.*
3 *Quæ ſit differentia inter pignus prætorium, & conuentionale.*

Si decreto. Cum plures creditores ꝯcurrunt circa idẽ pignus prætorium, & ſunt diuerſorũ titulorum, qui prior eſt tpe. potior eſt iure. h. d. Habetis notare, ꝙ dixi in ſummario. Modo op. dr̃ hic, ꝙ in pignore prætorio, q prior eſt tpe, potior eſt iure. Cõtra, imo vr̃ ꝙ creditores debeãt ꝯcurrere, vt l. ſi. ſup. de bon. autho. iu. poſſi. l. is cui. §. ſi plures, & §. qui prior, ff. vt in poſ. leg. Sol. Aut creditores ſunt eiuſdem tituli, &
1 tunc concurrunt, & ita intelligatur ꝯtrarium. † Aut ſunt diuerſorum titulorum, & tunc qui prior eſt tpe. potior eſt iure ita in-
a telligatur hic. Sed cõtra a. iſtã ſol. inſtañ, & vr̃ q † indiſtinctè, q prior eſt tẽpore, potior eſt iure, vt l. ſi fundum & l. diuerſis. ĩ. eo. So. Dic ꝙ io l. ꝯtra loquitur de pignore conuentionali. Sed ꝯ iſtam ſolutionem inſtatur de l. licet. & auth. ibi poſita ĩ. eo. Pro quorum ſolutione dicas ad pñs duo verba. Nam qñq; plures creditores prætendunt ius in pignore conuentionali, & hic eſt notare regulam, & inſtantiam a regula. Regula eſt, ꝙ † q prior eſt tẽpore, potior eſt iure. Fallit in l. licet, & in auth. ibi poſita ĩ. eo. & in caſibus ibi no. in l. diuerſis in ſ. eo. Quandoque plures creditores prætendunt ius in pignore. Prętorio, & tũc aut ſunt eiuſdem tituli, & tunc concurrunt, vt l. ſi. ſ. de bo. auth. iud. poſ. l. is cui. §. ſi plures. & §. qui prior. ff. vt in poſ. leg. Si verò ſunt diuerſorũ tit. tunc qui prior eſt tempore potior eſt iure, vt hic. Quãdoque quidam creditores prætendunt ius in pignore conuentionali quidam in Prętorio, & tunc habet locum l. ſi poſtquã. ſ. vt in poſſeſſio. leg. Et de materia huius l. dic, vt plene no. p Dy.
3 in c. qui prior, extra de reg. iur. lib. 6. Quærit gl. noſtra, † quę ſit differentia inter pignus Prętorium, & Iudiciale. dic vt not. hic per glo. quam ſigna, & in rubr. de Pręt. pig. vide per me etiam differentiam in l. diuo Pio § ſi ſuper rebus. ff. de re iud.

ADDITIO.

a Ale. Sed contra Vide Bal. in l. cum vnus ff. de bon. auth. iudi poſſi.

LEX III.

1 *Reipublicæ appellatio, etiam refertur ad aliã Ciuitatem, q̃ ad Romanã.*

a Cum Rempublicam. Habens ius pignoris in re, præfertur agenti perſonali actione. h. d. No. ꝙ dixi in ſummario. Secundo no. † ꝙ ap-
1 latio Reipub. etiam refertur ad aliam ciuitatem, quam ad Romanam, vt hic. Sed contra illud vltimum opp. de l. eum qui vectigal. de uerbo. ſign. Sol. ſecundum glo. dic, ꝙ Reſpublica proprie ſumendo, intelligitur de Republica Romanorum. Improprie autem quandoq; ſumitur pro qualibet alia ciuitate, vt hic. Vel dic, quod hoc contingit ratione adiuncti, quia ad verbum Reipublicæ adiũgitur hic Heliopolitanorum. ſecus ſi indiſtinctè profertur, vt d. l. eum qui vectigal. & ibi plene no. per Dyn.

ADDITIO.

a Ale. Præfertur. Idem tenet in l. a diuo Pio, ff. de re iudi.

LEX IIII.

Si fundum. Qui prior eſt tpe potior eſt iure. h. d. cũ l. diuerſis. ĩ. e. Cõtra l. diuerſis, op. de l. licet. & auth. item poſſeſſor. ſ. eo tit. Sol. Caſus eſt ſpãlis in l. ꝯtria Item op. de l. interdũ ff. e. ti. Sol. Ibi ẽt eſt caſus ſpãlis Itẽ op. de l. ſcripturas. ĩ. eo. Sol. ſm gl. ibi, & eſt caſus ſpãlis. Vnde habetis notare regulam & inſtantiam a regola. Regula eſt, hoc fallit io caſib. legis contrariæ. & iõ ſigna gl. hic poſitã, quæ enumerat caſus.

LEX V.

Prior. Prior creditor non hẽt neceſſe offerre ſecundo, ſed ſecundus offerens primo, cõfirmat ſibi pignus. h. d.

LEX VI.

Si generaliter. Habens cauſam a primo creditore, nõ poteſt inquietare h. d. iſta lex.

LEX VII.

1 *An ille, ex cuius pecunia res emitur, habeat priuilegium inter perſonales actiones.*
2 *Si debitor primo obligauit mihi omnia bona ſua, deinde eadem obligauit Sempronio, & poſtea acquiſiuit bona, quis præferatur.*

a Licet. a Iſta eſt optima lex, & in ſumma h. d. Licèt rñr qui prior eſt tpe, potior eſt iure, tñ ſi ex pecunia creditoris ſecundi ſit res empta, & eidẽ ſpãlr obligata, ſecũdus eſt potior. No. ꝙ dixi in ſummario. Op. dr̃ hic, ꝙ res ꝯparata ex pecunia creditoris, eſt ei obligata. Cõtra de l. q̃uis ſ. i qb. cau. pig. tac. ꝯh. So. Aut ex pacto res empta obligat̃, & tũc hẽt locũ lex nr̃a. Aut nõ ſit aliquod pactum & tũc habet locum lex ꝯtra. Sed ꝯ iſtam ſol. inſtat, & op. de l. interdum. ff. eo. ti. Sol. ibi eſt caſus ſpãlis, vt ibi no. & in l. diuerſis. ĩ. eo. Quæro ꝓ declõne legis, noſtræ
1 † nunquid ille, ex cuius pecunia b res emit, hẽat priuilegium
b inter actiones pſonales; Quidã dixerunt ꝙ nõ, p l. procuratoris. §. plane. ff. de trib. Io. hic ſuit ĩ ꝯ opi tñ nihil alleg. dicẽs, ꝙ dẽt hre priuilegiũ inter pſonales actiones. Hanc opi tenet Iac. But. p l. ꝙ
a qs. ff. de priui. cre. q̃ro. † ecce mutuaui Sẽpronio cẽtum, & obligauit mihi o'a bona ſua, poſtea Sẽpronius debitor acq̃ſiuit plura bona, q̃ro ĩ iſtis bonis poſtea acq̃ſitis qs ſit potior? Primo vr̃ ꝙ potior ſit ille, q prior eſt tpe, vt l. ſi fundũ, ſ. e. & l. diuerſis ĩ. e. In ꝯtrarium vr̃ l. ſi is q ff. de iure fiſ. Quid dicemus; Gl. in l. idẽq; §. ſi ff. eo dicit, ꝙ iſti creditores dẽnt ꝯcurrere, & eſt ſpeciale in ſiſco ꝙ pferat, vt d. l. ſi is q. Ia. de Are. pl. illam tenet ꝯñ & dicit, ꝙ caſus eſt hic, & verũ dicit viſu meo, qa vos videtis ꝙ hic tractat de bonis poſtea acq̃ſitis, & dicit, ꝙ ſecundus eſt potior, ſi res fuit empta ex pecunia ſua & eidẽ ſpecialiter obligata. quaſi velit dicere, ꝙ, ſi ſpãliter non fuiſſet obligata, iſta res poſtea acq̃ſita, ꝙ no eſſet potior ſecundus, imo primus eſſet potior, & ſic nõ ꝯcurrũt, vt dicit gl. imo q prior eſt tpe, potior eſt iure. Facit optimè l. ſi. in prin. ff. eo. po. ꝯt la ꝯ gl intelligendo text. vt iacet. Præterea ꝯuẽtio eſt illa, q̃ acquiritur in pignore, nõ acq̃ſitio ipſius rei, vt l. ꝑ. ff. de pign. act. vnde dẽt inſpici ꝯuentio, tanq̃ principalior, nec dẽt inſpici acquiſitio rei, & ſic concludit ſm eum, quod prior etiam in poſtea quæſitis debeat pręferri ſecũdo, & credo ꝙ ſit ipſa veritas. Text. eſt hic, &c.

ADDITIONES

a Ale. a Licet. Hanc legem vide multipliciter limitatam per gl. in Auth. vt cre. a. inſtando. Adde in quantum Bar. format q de debitore, qui ſe ſucceſſiue duob. obligauit, & poſtea bona acquiſiuit, quis præferatur. Spe. in ti. de obl. & ſol. § 1 verſ. ſed q d & to. And. ibi cum limi. tai per me poſita, l. ꝙ prior creditor præfertur ſecundo in rebus poſtea acquiſitis, niſi ſecun. ſuus ſit priuilegiatus, & primus non. Ita limitat bal. dictum Iac. de Are. eius conſi 389 1 lib.

Paul. Licet. Vide Lancel. Dec. in l. creditor, la 1. ff. ſi cer. pet.

b Ale. Cuius pecunia. Si res emitur ex pecunia mea, habeo priuilegium inter perſonales creditores. Bartamen in d. l. ꝙ quis, non bene firmat ius ſuũ fidũ voluit hoc forte in priuilegio nauis emptæ eſſe, & nõ aliarum rerum, & in alio caſu, ꝙ hoc ſit verum limitatur ibi per gl. & Bar. ſi ſpecialiter ad hoc ſit mutuata. Item ſi mutuata eſt gratis, alias ſecus. Et adde l. qui naue. eo ti. & l. ſi & in auth. ibi poſita ſ. de pig. Sed Lud. de vrbe in l. ſi cum dote. § ſi ſolu. mat. tenet etiam quod ſi datur pecunia vt res ematur, dominus pecuniæ non habet priuilegium, per l. procuratoris, §. plane, de tributa. & vide quæ dixi poſt Bar. in l. quamuis, la 3. ſup. de pig. Cogita p. t. auth. quo iure, inſ. c. vir gl. tenet, ꝙ talis mutuans, vt res ematur, habet tacitam hypothecam

AVTHEN.

1 *Prior creditor negans rẽ eius eſſe a quo cãm habuit, & volens incontinẽti probare de proprietate eius, non dẽt audiri ante tranſlationem poſſeſſionis in alium factam, & nu. 4.*
2 *Allegans contraria, non debet audiri.*
3 *Mendax punitur in tranſlatione poſſeſſionis.*
5 *Sed in alia inſtantia tranſlatione poſſeſſionis facta in alium creditorem, poteſt dicere ſe eſſe potiorem.*
6 *Et tranſlatio poſſeſſionis fit per officium iudicis in ſecundum creditorem.*

a Item poſſeſſor. a Iſta authẽ. ponit aliũ caſum ſpecialẽ, io quo prior tpe non eſt potior iu-
1 re. Bñ h. d. † Poſſeſſor prior creditor negans rem eſſe eius, a quo cauſam hẽt & poſtea allegãs rem eſſe potiorem tempore, ꝯ tm creditorẽ non auditur, immo poſſeſſione priuatur. Not. quod
2 dixi in ſummario. Secundo no. ꝙ † allegans ꝯtria non dẽt audi-
3 ri, vt hic, & l. i. ſ. de ſur. cũ ſi. Tertio no. ꝙ † mendax punit ĩ tranſlatione poſſeſſionis, vt hic in tex. Ad idẽ l. f. ff. de rei vend. Mõ
4 pro declaratione noſtrę auth. q̃ri glo. † vtrum iſte primus creditor volens incontinenti probare de proprietate eius, debeat audiri?

ADDITIO.

a Alex. Item poſſeſſor. De huius intellectu vide Bar. in l. ſi aliena, in prin. ſolu. mat. Facit bonus tex. in c. ſi vaſallus, ſi de feu. fue. contro. quod no. & vide ad no. qd p Cy. & Ray. & Imo. in l. Titiæ, ſi non nupſerit, de condi. & demon.

audiri? Primo vr̃ ꝙ ſic: qa dolo vr̃ facere ſecũdus creditor petẽ
do rẽ q̃ hẽret neceſſe reſtituere priori creditori, vt l. doli ff. de
doli. exce. In ꝯtriũ determinat gl. nr̃a & bene, ſm noſtros Doct.
qa in iſto poſſeſſorio nõ hẽt locũ regula, dolo facis Rõ eſt, qa
hic nulla eſſet pęna mendacij, ſi nõ trãsferet poſſeſſio in ſm cre
a ditorẽ. Nã tũc nõ hẽt locũ regula a dolo facis, licet in aliis poſ
ſeſſoriis adipiſcẽdę poſſeſſionis hẽat locũ, vt plene ſolet notari
p Dy. in c. q ad agendũ ex̃, de reg. iu lib 6. & p do meũ plenius
in l. incerti. ſ. de interdic. & l. nã & § nihil cõe, de acq. poſ. Quæ-
5 rit gl. † ecce creditor primus negauit rẽ fuiſſe debitoris, a quo
b cãm hẽt, poſtea vult dicere ſe eſſe potiorẽ in alia inſtãtia b iu-
dicii, facta trãſlatione poſſeſſionis in ſm creditorẽ, nũqd põt?
Vr̃ ꝙ non, qs eſt ſibi ꝯtrius, & p ꝯñs repellẽdus, vt d. l. j. ſ. de fur.
c In ꝯtriũ determinat gl. nr̃a hic, q̃ ſigna, dicẽs, ꝙ in alia inſtãtia c
hoc põt facere primus creditor, ar. l. Papinianus. § ſed nec im-
puberis ff. de inof. teſt. vbi ꝯtrietas circa diuerſa tolerat. Et vide
gl. fi. ibi, ſed nũqd & c. q̃ no. Et ſic ꝯcludit iſta gl. ꝙ ẽt in agitatis
intra eaſdẽ pſonas, nõ p̃iudicat in alio iudicio. Cuius ꝯtriũ ſolet
notari in l. is apud quẽ. ſ. de eden. & ibi plene p Doc. Et ſimilem
gl. hẽtis. & clariorem in §. illud, in Auth. de triente, & ſemiſ. in
6 prici. gl. magnæ. Quęro, † quo iure fiat trãſlatio poſſeſſionis? d
d Dic, ꝙ fiat per officium iudicis. vt no. in d. §. illud, in gl. magna.

ADDITIONES.

a Alex. Regula. In caſu huius l. non habet locum clauſula, dolo facis petere, quod in tus habes. Adde Bar. in l. fi. ff. de rei vend.

b Alex. Alia inſtantia No. glo. ꝙ ſi ſim confeſſus in vno iudicio vnum, poſſum, contrariũ dicere in alio iudicio ad alium effectum. Ita alleg. iſtam Ang. in corpore i l. 2. §. hoc edicto, in fi. ff. vi bono rap. vide tamen quæ no. Bal. in auth. nouo iure, inf. de pęna iud. & quæ no. in l. diuus, de cuſto. reo. cum ma. Et pro eo ꝙ dixi eſt apertum dictum Inn. ubi fortius dicit in c. mulieres, de iureiu. Quod dictum refert Bal. in auth. ꝯ qua propriam de non nu. pec. Doc. in l. creditoribus. in prin. ſup. de ſer. pig. da. manu. p̃dicta adde tex. gl. & Bal. in l. pe. de inge. manu. Et pro iſta gl. alle. tex. in l. Aurelius §. fi. de lib. leg. & uide Bal. in l. is apud quẽ, & ꝙ ibi dixi, & Bar. in d. §. ſed nec impuberis, & uide per me in l. magiſtratib. ff. de iu. om. iud.

c Meno. Quod in alia inſtantia Cras. de antiq. temp. 4. par. 5 par. 5. ou. 52.

d Ale. Tranſlatio poſſeſſionis. Adde in ſimili. Bar. in l. 1. in fi. ſup. de plus petitio.

LEX IX.

Eos qui. Habens ius reale, pfertur habenti priuilegium
perſonale. h. d. gl. hic enumerat certas pſonas,
q̃ habent priuilegia perſonalia, & quę ſint iſtę perſonę, quis p̃-
a feratur in priuilegiis perſonalibus dic, vt plene no. per glo. a &
Dy. in l. priuilegia, ff. de priuile. cred.

ADDITIO

a Ale. Per gl. In quantum gl. mentionem facit de ſpoo vide gl. & Bar. in d. l. 1. de priu. cred. & quod no. gl. & Bar. in d. l. priuilegia, ff. de priuile. cred.

LEX X.

1 *Secundus creditor non offerens, vel non ſoluẽs priori creditori debitũ ſuũ, eidem in aliquo non pręiudicat.*

2 *Creditor non põt excludere vxorem debitoris ſoluto matrimonio a iure pignoris, niſi offerat ſibi dotem.*

3 *Conſtante autẽ matrimonio, nec offerre dotem, nec vxorẽ excludere põt.*

1 Cum tibi. † Secundus creditor non offerẽs, vel nõ ſol
uẽs priori creditori debitum ſuũ, eidem in
a aliquo nõ p̃iudicat. h. d. No. ꝙ dixi in ſumario Scdo no. a ꝙ † cre
2 ditor nõ põt excludere b vxorem debitori a iure pignoris, niſi
b offerat ſibi dotem, vt hic, ſed hoc eſt verũ ſolu. mat. h. c apparet
3 in tex. Sed q̃ro, † nunqd creditores mariti cõſtãte matrimonio
poſſint occupare bona mariti, pro iure crediti, volẽtes offerre
dotẽ vxori. Certe non: quia adhuc actio de dote cõpetit, neque
eſt caſus in quo dos poſſet ſolui conſtante matrimonio, ſed ſo-
lu. mat. bona mariti creditores poſsũt occupare, offerẽtes dotẽ
vxori, vt hic, ſecundum Iac. de Are. quod perpetuo tene mẽti.

ADDITIONES.

a Ale. Scdo no. Adde Bar. in l. ſi cõſtante, in 7 prin. qõnis, vbi fortius dicit poſt Cy. hic, licet illud communiter reprobetur, tamen vt hic reprobat. & vide Bal. in l. vbi adhuc, ſup. de iu. do. & Ang. & Imo. in l. 1. ff. ſol. ma. & uide gl. l. ſi conſtante, & quod ibi dixi. Adde quod Bal. conſ. 272. 1 lib. ſequitur hic Iac. de Are.

b Men. Excludere. Late Soc. ſen. conſ. 111 lib. 1. & Afflic. dec. 199 Abba. conſi. 80.

LEX XI.

1 *Scriptura, ex qua ſit cõparatio, dẽt habere ſubſcriptionem trium teſtium.*

2 *Subſcriptio trium teſtium, non eſt neceſſaria in ſcriptura, ad quam ſit cõparatio, ſed præſentia eorum ſic, quando debitor ſcripſit.*

3 *Soli comparationi omnino non creditur, & teſtibus de ſcriptura deponentibus omnino non creditur.*

4 *Scriptura continens ſubſcriptionem partium, & a debitore confeſſata, pbat contra ipſum debitorem, non contra alias perſonas, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium.*

5 *An priuata ſcriptura probet.*

a Scripturas. a Br̃ dicit ſm Ia. Bu. Si debitor debitũ neget
b & ſcripturã fateat, b pręiudicat ſibi, & ſcri
ptura probat ꝯtra eũ, non autem pręiudicat aliis, vt puta creditori
bus hypothecã p̃cedẽtib. niſi ſorte hẽret ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ
h. d. Et ad euidẽtiã no. ꝙ qñq; debitor ꝯfitet ſcripturã, & dbitũ,
& iſte caſus nõ ẽ dubi⁹ Qñq; dbitor fatet dbitũ, ſed nõ ſcripturã
& de hoc nõ eſt curãdũ, niſi in caſu ſorte, in quo ſcriptura eẽt
de ſolẽnitate, vt l. ꝯtrac. ff. de pignorib. Qñq; debitor fatetur ſcri-
pturã, ſed non debitũ, & tunc habet locũ lex noſtra. Qñq; de-
bitor negat tã ſcripturã, q̃ debitũ. & iſto caſu hẽt locũ authen ſi
1 qs vult caute. hic poſita. Itẽ debetis ſcire ad euidẽtiã, † ꝙ eſt q̃-
dam ſcriptura, ex qua ſit ꝯparatio & iſta dẽt hre ſubſcriptionẽ
2 trium teſtiũ. Et eſt † alia ſcriptura, ad q̃ probandam ſit compara
tio, & in iſta non eſt omnino de neceſſitate ſubſcriptio triũ te-
ſtium. ſed ſufficit, ꝙ teſtes ſuperuiuant, & deponãt ſe fuiſſe pñ
tes, qñ debitor ſcripſit ſcripturã illam. Item debetis ſcire ad eui
dentiam, ꝙ teſtibus de ſcriptura deponentibus nõ omnino cre
c ditur, c quia faciliter pñt errare Itẽ † comparationi ſoli omnino
3 non creditur, d quia qñq; mutat o calami, atramenti, & c. indu-
d cunt diuerſitatem ſcripturæ, vt in Auth. de inſtru. cau. & fid. §.
1. Et de his habetis bonã glo. in §. ſi quis igitur, de inſtru. cau. &
fid. vñ ſumit hæc auth. & vide gl. ibi, quæ incipit. ſi ago depoſi-
ti. Itẽ debetis ſcire ad euidentiã, ꝙ teſtes, qui ſe ſubſcribũt i iſtis
ſcripturis, nõ deponũt de veritate rei, vtrũ fuerit verũ qđ in ſcri
ptura, deductũ, eſt, an nõ quia ſufficerent duo teſtes in hoc caſu,
vt l. vbi numerus. ff. de teſt. no. in d. §. ſi qs igit. ſed deponunt ſe
e cognoſcere e ſubſcriptiones ſuas, vel fuiſſe pñtes, qñ debitor ſcri
pſit, vt no. in d. § ſi qs. No. primo. ꝙ dixi in ſummario. Secundo
4 no. magis diſtincte, † ꝙ ſi debitor propria manu ſubſcribat, licet
teſtes nõ ſint ſubſcripti, tñ ſi talis ſcriptura hẽat ſubſcriptionẽ
partium, & a debitore ſit ꝯfeſſata, ꝯ ipſum debitorẽ probat, nõ
tamẽ probat ꝯ aliàs perſones, niſi hẽat ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ,
vt hic habetis in fi. Et rõ huius vlt. poſſet eſſe. quia ſi talis ſcriptu
ra probaret ꝯ extraneos, de facili debitor poſſet prępon ere po-
ſteriorem creditorẽ priori, quod eſſe abſurdũ. Opp. mõ, dr̃ hic
ꝙ talis ſcriptura hẽt ſuum robur, ꝯ de l. inſtrã, ſ. de proba. Quid
dicemus? Dixerunt quidã, inter quos fuit Pla. ꝙ iſta lex non po
terat intelligi, & erat fatua, qa ꝯ omnia iura de mũdo Iſta ſol. ẽ
falſa, qa cum Imperator hẽat oĩa iura in pectore ſuo, non eſt ve
riſimile ꝙ ſtatuat ꝯ ius. Quare alij, vt Io. intellexerũt iſtã l quã-
do creditores plures vigore talia ſcripturæ priuatę, petũt ſe mit-
ti in poſſeſſionẽ bonorũ debitoris: quo caſu audiunt ꝯ ipſum
debitorem, ſed ꝯ alios bona debitoris poſſidentes nõ audiunt.
Ita intellexit Io. iſte ĩtellectus nullo modo applaudit literę, qua-
f re dicas ſm gl. ꝙ iſta talia ſcriptura a debitore confecta habens
ſubſcriptionem partium, vel alterius earũ, vt puta debitoris, &
ſit ꝯfeſſata a debitore, vel aliter pbata, vt per teſtes, ꝙ ſit ſcriptu
ra debitoris, certè talis ſcriptura probat ꝯ ipſum debitorẽ, quia
nõ põt venire ꝯ ꝯfeſſionẽ ſuã. Et ita dẽt intelligi hęc lex, & ſic
ſoluit ꝯtriũ de l. inſtrã. ſ. de pb. Sed ꝯ ſol. inſtat de p̃allegato. §. ſi
qs igit. in fi. in auth. de inſtr. cau. & fid. Pro cuius ſolone bñ ſic
dicas, & fuerũt iſta verba Ia. de Bel. in p̃ell. l. inſtrã. & idẽ quodã
mõ videbat ſentire d. meus in l. admonẽdi. ff. de iureiu. Vñ cum
5 q̃rit, † nũqd priuata ſcriptura pbet. Rñd. aut priuata ſcrip. ẽ ſine
cã. aut cũ cã: ſi eſt ſine cã, nõ hẽt locũ, vt l. cũ de ĩdebito. §. fi. ff. de
pb. & ꝙ ibi no. p gl. in l. gñaliter. ſ. de nõ nu. pec. & dic vt ibi g
Cy. ſm Ia. de Are. & i l. 2. §. circa ff. de doli excep. Si vero priuata
g ſcripturage cũ cã, tũc dicas, ꝙ aut eſt ꝯfeſſata p debitorẽ, & p te
ſtes probata, quod debitor ſcripſit, & tũc talis ſcriptura probat.
Itẽ debet intelligi hæc lex, vt no. hic, & in d. §. ſi quis igitur, de
inſt.

ADDITIONES.

a Barb. Scripturas. Vide do. Lud. Ro. in conſi 299.

b Ale. Et ſcripturam fateatur. Et dum hic tex requirit ſubſcriptionem virorum, quid ſi eſſent fœminæ? vr̃ dicendum, quod ſit idem, per id quod no. Bal. in l. hoc vniuerſas. de teſt. dum dicit illum tex. qui loquitur in teſtib. uideri extendi ad fœminas, ſecus in ſtatutis, ꝙ pendet ex hoc, an maſculinum concipiat fœmininũ, de hoc in l. 1. ff. de ver. ſig. no tex. hic ꝙ ſcriptura facta a tabellione ſi non continet ſolennia, vt tabellio non eſt rogatus in forma tabellionis, dr̃ ſcriptura priuata. Ita no. Bal. in l. ſi ſup. ſi cer. pet. per iſtum tex & idem Bal. in rub. de fide inſt. Et ibi ẽt, an in dubio præſumatur rogatus, ut tabellio, & hic in ver. item debetis ſcire ſcripturã, ex qua fit comparatio, debere habere ſubſcriptionẽ teſtiũ, ſed ſcriptura, ad quã probandam fit comparõ, nõ requirit ſubſcriptionẽ teſtium, ſed oportet teſtes in ea deſcriptos ſuperuiuere, & deponere ꝙ fuerunt pñtes. Et ad hoc vltimum adde Bal. in auth. ſed nouo, ſi cer. pet. & quod ibi dixi, & Bar. in ea. l. in fi. ubi alle. gl. in §. ſi quis igitur, in auth. de fid. inſt. Sed vide auth. hic poſitã, & ibi Bal. q. forte vr̃ tenere cõtrariũ Sed dicit ꝙ põt per alios ꝯ̃o ſcriptos, licet ſubſcripti ſint mortui, & loqt in ſcriptura, & uide in l. cõparõnes, & Bar. in auth. at ſi contractus, in prin. eo tit. & Bal. i l. cõparõnes, probat in auth. hic poſita. Et qđ ſi in caſu huius l. ſcriptura nõ hẽt ſubſcriptionẽ a teſtib. approbatã, an hẽat locũ hæc lex, & de intellectu eius vide Pa. de Caſ. in conſ. 390. Ad materiã huius l. vide Bal. conſ. 224. & plene conſi. 168 pe. Ro. conſi. 40 & 373 An autẽ ſi ſit ſtatutum, ꝙ publicũ inſtrũ p̃ualeat chyrographo ſubſcripto vno teſte, uide Bal. conſil. 55. 1. lib.

c Alex. Creditur. Teſtibus omnino de ſcriptura deponentibus non creditur. Adde Bal. in auth. & ſi contractus, ſup. de fide inſtr. Bal. in auth. ſi uero, ſup. ſi cer. pet. Men. Soc. iun. conſi. 57. nu 19. 20. lib 2

d Ale. Non creditur. Adde Bal. in auth. & ſi contractus, de fide inſtr & ibi tex.

e Ale. Se cognoſcere. Ad euidentiam teſtes, qui ſe ſubſcribunt in his ſcripturis, deponunt ſe recognoſcere ſubſcriptionem, vel fuiſſe præſentes, quando debitor ſe ſubſcripſit, alias ſi ſuper facto teſtes ſoli ſufficerent, & adde Bar. in auth. & ſi contractus, de fide inſtr. idem dicit gl. hic poſita, & quod no. Bar. in auth. ſed nouo iure, ſi cer. pe. quod dixi poſt Bar. in l. nuda ratio.

f Ale. Quare dicas. Diſtinctio, an & quando ſcriptura priuata probet, ſi eſt ſine cauſa, uel cum cauſa, & quod requiratur cauſa, tenet gl. & Bal. in d. l. noſtra, & Bar. in l. nuda ratio. Bal. per illum tex. in ver. in cauſis.

g Ale. Priuata. Cõtrarium tenet Ab. in c. 2. de fi. inſtr. licet d. Ang. concordet cum Barto.

in ſtrcau & ibi eſt bona gl. q̄ icipit, ſi ago depoſiti, & dic, vt ibi. Si verò talis ſcriptura eſt negata, tūc aut hēt ſubſcriptionē triū teſtiū; q ſuguiuāt, & deponāt ſup ſubſcriptionib ſuis, vel deponāt, & q̄ debitor dictam ſcripturā ſcripſit, & fuerūt pñtes: tūc talis ſcriptura probat, coadiuuante comparatione lr̄ã, vt no. l. d.
a § ſi qs igr. Si verò nō habet ſubſcriptionē triū teſtiū, hēt tn̄ ſubſcriptionē partiū, ſcḿ formam huius l. tūc ſi confiteatur, probat. Ita debet intelligi lex noſtra. Si verò non habet ſubſcriptionem trium teſtiū, neque partium, tunc ſemiplenam probationē
b inducit.[b] ita debet intelligi gl. quæ eſt in l. admonendi. ff. de iureiu. & gl. quam habetis in l. in bonæ fidei. §. de iureiurando.

ADDITIONES

a Ale. Non habet. Contrarium tenet Bar. in l. nuda ratio, dixi ibi latius per Bart. in authen. & ſi contractus.
b Ale. Inducit. Contrarium tenet Bar. in d. l. admonendi, ff. de iureiur. vbi dicit, quod talis ſcriptura non facit ſemiplenam probationem.

AVTHEN.

a Si quis vult.[a] Iſtam authen. recitaui tibi ſupra, in l. ſcripturas.

ADDITIO

a Si quis vult. Pro cuius intellectu vide Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iu. in fi.

LEX II.

1 *Mulier pro dote habet tacitam hypothecam, & priuilegiatam, vt præferatur alijs & nu. 1.*
2 *An priuilegium huius legis debeat dari filijs eiuſdem matrimonij, an etiā alterius. & nu. 12.*
4 *Altare vnum non debemus diſcooperire, & aliud cooperire.*
5 *Mulier habet tacitam hypothecam à tempore dotis datæ, vel promiſſæ.*
6 *An mulier præferatur omnibus creditoribus, & omnibus hypothecis.*
7 *Et habet iſtud priuilegium in bonis ſoceri ſi ipſe recipit dotem, vel in inſtrumento confeſſus eſt ſe eam recepiſſe, & nu. 11.*
8 *An habeat locum tacita hypotheca in reb. quæſitis per hæredem.*
9 *Bona hæredis non veniunt in generali obligatione defuncti.*
10 *Priuilegium huius legis habet etiam locum in matrimonio putatiuo, & competit etiam ſponſæ.*

a Aſsiduis.[a] † Mulier hēt priuilegiū. & tā in pſonali actio-
a ne, q̄ i reali, vt pponat creditorib prioribus tpe, tacitā hypothecā hñtib. & hoc eſt verū, niſi alia dos pcedat. Itē hoc eſt verū in dote, nō in dōne pp nuptias. h. d. Et diuidit i v. partes principales: nā i prima parte ponit quaſdā rōnes tā ꝯpulſiuas q̄ finales. q̄ dederunt occaſionē l. cōdēdę. In ſcda parte ponit ſtatutū ſuū, & quaſdā rōnes annectit. In tertia parte ponit q̄dā exceptionē à ſuo ſtatuto. In quarta ponit aliud dictū, & eius deciſionē, limitādo pdicta. In quinta. & vlt ponit q̄dā limitationē tpis. Scda ibi, ad hæc oia. Tertia ibi, exceptis. Quarta ibi, hæc āt circa fi. Quinta ibi, q̄ legē. No. tex. ibi, & ꝯoēs, & c. & ēt ibi, priuilegio tpis vallatū, & c. q̄ facit ꝯ opi. gl. q̄ dt q̄ pferi hñtib. tacitā n̄ expreſſam, p la. de Are. qui dicit, q l pferi oib hñtib. ēt expſſā. & p eo facit iſte text. No. ibi, anterioris mrīmonij filijs. & c Pro
b qōne,[b] † vtrū iſtud priuilegiū dēt dari filiis eiuſdē matrimonij,
2 vel alterius. Facit iſte tex q̄d dēat dari filijs eiuſdē matrimonij. Pro hoc facit gl. in l. ſciendum. de re iu. Sed alia gl. dicit, q̄d hēat locum etiā in filijs alterius matrimonij, vt dicit gl. in l. eiā. ff. ſolu. matri. Videbitis in l. noſtra rationem, quare ſubuen ē in doti
c bus.[c] No. † q̄ mulier habet hypothecā tacitā, hoc erat ante, p l.
3 1. §. vt plenius ſ. de rei vxor. act. ſed iſtā tacitā hēt priuilegiatam vt præferatur alijs. & hoc habeat per legem iſtā. Tertio no. ex §.
4 exceptis † quod nō debemus vnū altare diſcooperire, & aliud cooperire. Nam videtis, quod ſi ſint duæ dotes, nō fauet magis vni q̄ alteri, ſed, qui prior eſt tpe, & c. Hoc præmiſſo op. hęc lex innuit, quod mulier poſſidebat dotē: ꝯ, imo vir, vt l. 1. ſ. p dote. & l. Pōponius. §. in dotē. ff. de acq. poſ. impropriè dicit̄ mulier
d poſſidere. Venio ad qō.[d] q̄ro à quo tpe mulier habeat tacitā hypothecā. Glo. dicit, quod à tempore dotis datæ. Vltrā. dicunt, quod à tempore contracti matrimonij arg. d. l. cū oportet, in fi.
5 ſ. de bon. quæ lib. Videte veritas eſt illa, † quod à tempore dotis datæ, ſit bandi vel pm ſſæ, ꝯhitur iſta tacita hypotheca. Iſtud pbarur. ff. e. l. 1. vnde ſi tēpore matrimonij dos fuerit pmiſſa, tūc contrahitur iſta hypotheca, ſecus ſi tunc non fuit pmiſſa, ſed poſtea promittat. Quæro, & modo intro gl. magnā hic poſitā,
6 † vtrū mulier præferatur omnib. creditorib. & hypothecis. Triplex eſt opin. Vna q̄ pferatur omnib. hñtib. expreſſā vel tacitā. Alia eſt, q̄ pferat omnib. hñtib. tacitam hypothecam, ſecus in eo qui habet pignus cōſtitutū ex traditione. Tertij dicūt, q̄ mulier pferi oīb. hñtib. tacitam, ſecus in hēntib. expſſam. Et iſtam opi. tertiam approbat gl. noſtra, & communis cōſuetudo eā tenet vnde iudicare ꝯ cōſuetudinē, & quod ſemper habuit certā interpretationē, eſt malum, vt l. minimè, ff. de legib. Dicunt tamen Vltram. quod 1. opin. de iure eſt verior, vt Inſt. de act. §. fue
7 rat & probatur p rationes poſitas in hac l. † Quęrit gl. an huiuſmodi priuilegium habeat locū in bonis ſoceri, ſi ipſe ſocer receperit dotem. Et dicit quod ſic, vt l. cum dotem. §. trāſgredia-
8 mur. ff. ſolu. matri. Quæro, an habeat locū tacita hypotheca in rebus quæſitis per hæredem, etiam ex rebus defūti. Glo. tua de-
9 terminat q̄ non, & bene, quā not. Et not. quod † bona hæredis nō veniūt in gnali oblōne defuncti. Illud tñ, q̄ gl. dicit d bonis q̄ſitis ex re viri, itellige de fructib. induſtrialib. ſecus de fructib.
10 natural. vt l. 1. ſ. in qb cau. pig. tac. ꝯ. Quæro † an iſtud idē priuile-
e giū ꝯpetat p matrimonio putatiuo.[e] an ꝯpetat ēt ſpōſæ gl. tē, q̄ ſit idē, vt l. 3. & 4. ff. de priui. cred. Quęro circa legē noſtrā, & eſt 10. q dr hic in tex. ſi tū re ipſa fuerint pñi matri datæ; q̄ro. ſi
11 in inſtr̄o dotis ꝯtineī ꝯfeſſio, nō numeratō, an p tali dote ꝯfeſſa
f ta hēat locū tacita hypotheca cū priuilegiis iſtius l.[f] Hic tex. g cū ſua gl. vr̄ velle, q̄ nō, vide gl. ſup verb. datæ, facit p hac l. q̄ dixi vobis in l. p diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. ſ. man. cōiter obſeruat̄ ꝯ vt intelligamus idē eſſe in dote ꝯfeſſata, ſi tn̄ ſit renūciatū excep-
h tioni nō nu. pe.[h] vel ſit elapſum tps. Pro hoc optime facit; q̄
i habuiſtis notatū ſ. de do. cau. nō nu. l. 1. q̄ n. hic dr̄,[i] q̄ nō hēat l. eſt in dote ꝯfeſſata, dēt intelligi ex virtute exceptionis nō nu. do. is q̄ pt opponere qlibet ꝯuētus, cuius intereſt, vt l. pe. ſ. d nō nu. pe. Et ita intelligit gl. tua hāc l. & aliā, q̄ ſi ſi mō loqi, ſ. de bo. dā. l. ſi qs poſt hac. circa prin. Nō ergo hēt mulier neceſſe pbar̄ numeratonē niſi qñ ꝯ eā pōt excipi de n̄ nu. pe. Quæro, di hic
a exceptis † vtrū iſtud priuilegiū trāſeat ad filios mulieris cuiuſcūq; mrimonij. De hoc gl. variāt. nā i l. ēt. ff. ſo. mri. vr̄ dicer̄, q̄ trāſeat ad filios cuiuſcūq; mrimonij. Pro hoc vr̄ tex. ī aut. ſi qd ſup hāc l. in ꝯriūt; gl. in l. ſciēdū. ff. de re iu. Pro qua vr̄ tex ī iſto §. exceptis. ibi filii anterioris mrimonii, & iſtā partē tenēt ꝯmuniter Docto. Non ob. auth ſi quid. qa expone de ſobole, q̄ ex eodem matrimonio deſcendat, vide auth. quo iure, & c.

CONTRARIETAS ET CONCORDIA.

Pro ſaluando Barto. in hac l. ſi qui. pot. in pig. ha. In quo videt̄ inuolui uitio contrarietatis, vide concordiam ad l. 2. §. fin. ff. de priuil. cred.

ADDITIONES

a Alex. Aſſiduis. De materia huius, l. uide Ang. de Aretio § fuerat, Inſti. de act. An iſta lex hēat locum, vt mulier præferatur in hypothecaria in augmento dotis, uide Pau. de Caſt. in conſ. 392.
b Ale. Pro quæſtione. Vide Bar. in l. maritum in fi. ſo. matr. & Bal. infra eo. in fi.
c Ale. Subuenitur in dotib. Ratione priuilegij dotis, per Bal. in rub. de priui. dot.
d Ale. Quæro a quo tempore. De hoc latiſſime per d. Io. in c. ex literis de pig. Menoch. Buer. q. 311.
e Ale. Matrimonio putatiuo. An iſtud priuilegiū habeat locum in matrimonio putatiuo, vel ēt ſponſo: De primo adde gl. & Bal. in l. 1 in fi. ſupra, de cond. ob cam. & Bal. hic, & gl. & Bar. in l. ſi cum dotem. § ſi. ff. ſolu. matri. & uide Bar. in l. 2. ff. de priui. cred.
f Ale. In inſtrumento. Vide ad hoc, quæ habentur per Docto. in c. ex literis. de pig. vide Bal. in l. cum aliquis ſupra de iure doti. uide Ang. Inſt. de act. § fuerat.
g Ale. Hic tex. An hæc gl. ſit vera, uide Ang. & Imo. in l. ... ff. ſol. mat. & in l. divertiſs, ſ. & in l. ſi ſupra de ſpon. & ad, quod no. Bar. in l. Titia. de verb. ob. & d. Car. in c. ex literis, de pig. Et aduerte, q̄ licet hic teneat priuilegiū in dote, vt præferatur mulier anterioribus creditorib. & habeat locū in dote cōfeſſata, quando tunc elapſa tēpora opponendi exceptionem dotis nō numeratæ. Aduerte tamen, in practica q̄ licet elapſa ſint tēpora cōtra maritum continentē dotē, ſi modo creditores, q̄ habuerunt iuſta ignorantiā directæ dotis confeſſatæ poterunt petere reſtitutionē ex clauſula generali, & ſic opponere exceptionē non numeratæ dotis, l. pe. cō iūcta gl. in l. cōtrahib. de non nu. pe. & gl. in ver. permittimus. iuncta l. ſicut. de pſcrip. 30. an. & quod ibi Bar. & ſimiliter in quantum vult hic Bart. quod ſi maritus cōfeſſus eſt ſe recepiſſe dotē, & renunciauit exceptioni, non numeratę dotis, ſuppoſita validitate renunciationis, vt qa ſit firmata iuramēto, q̄ hēat mulier priuilegiū iſtius l. Sed certe vr, q̄ iſta renūciatio mariti non hēat pnidicare creditori, quo minus intra tempora legitima poſſit opponi excep. non nu. dotis, d. l. pen. iuncta l. ſi vnus, §. ante omnia. cū concor. ff. de pact. q̄ in ſimili bō conſidera quia dicta Bar. non tranſeunt ſine ſcrupulo magno. Et ad iſtam gl. adde Bal. in l. generaliter. de nō nu. pe. in ver. nunc venio ad q. & facit in ſimili gl. & ibi Bal. in l. neq; ſ. de cōpē. l. 1 qñ dos cōfeſſata hēat priuilegia dotis veræ, uide Bal. in ſub. de priui. do. & uide ēt quid ſi ſit renūciatum exceptioni nō nu. dotis. an teneat de quo Bar. & p Bal. hic, & ēt p Bal. in l. pecuniæ, ſ. de lo. & Imo. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, de verb. ob. Pau. de Caſt. in l. ſi marito. in prin. ff. ſo. mat. ſimpliciter trāſit cū Bar. hic. Et de veritate ... uide ēt Bal. in l. pe. ſ. de iur. deli.. An illud, q̄ dicit in dote data, hēat locū in pmiſſa, uide pme in l. ſed hoc, ff. de reg. iur. Adde q̄ Bal. voluit idē, q̄ Bar. hic, q̄d qñ eſt renunciatū exceptioni non nu. dotis, q̄d dos cōfeſſata hēat idē priuilegiū, q̄d numerata, qa dicit q̄ cōſuetudo ſic ſe hēt, eius conſ. 33. 1 lib. ubi ēt voluit, quod ſi ſit primus creditor habens expreſſam hypothecam bonorū, & mulier tacitā, quod in quæſitis poſt vtramque obligationem præferatur mulier. Et ad hanc apoſtillam uide ſ et de Anchara, conſ. 308.
h Menoch. Non nu. pe. Gozad. conſ. 28. Ruy. conſ. 147. nu. 5 lib. & Rol. a valle, cōſ. 31. nu. 4. lib. 1. & Craue. conſ. 40 nu. 6.
i Ale. Hic dicit. Ex hoc dicto Bar. ſequitur, q̄ mulier non hēt neceſſe pbare numerationē dotis, pro qua opi. Bar. vi. gl. no in l. 1. C. de do. cau. in verbo, tacit, i princ.

De his, qui in priorum credit. locum ſuccedunt. *Rub.*

LEX PRIMA.

a NOn omnimodo.[a] Extraneus, ex cuius pecunia debitor liberat̄, i locū prioris creditoris ſuccedit, ſi hoc pctō tradidit: & vere ei⁹ pecunia ad creditorē peruenit, vł ſi ipſe recta via creditori p debitorē ſoluit. h. d. cū l. ſeq. Gl. hic tractat iſtā materiā, qualr̄ qs ſuccedat i locū prioris, & ponit vnā ſuādiſtinctionē, q̄ ponit d verbo ad uerbū i l. Ariſto. q̄ res pig. ob. poſ. Quærit

ADDITIO

a Alex. Non omnimodo. Vide in omnibus latiſſime Bar. poſt gl. in l. Ariſt. ff. quæ res pign. obli. poſ.

Quærit gl. vnam q̃ eſt de apicib. iuris, hoc eſt de ſubtilitatibus iuris, modici tñ effectus. Quęro vtrum hypotheca, quæ cõpetit huic, q ſuccedit ĩ locũ primi ſit eadẽ cũ prima, vel alia, vide gl.

Si antiquior creditor pignus vendiderit. Rub.

LEX PRIMA.

SI vendidiſſet. Venditio facta p primũ creditorẽ, non poteſt p ſequẽtes retractari: ſecus ſi ipſi creditori primo pignora ſunt vendita, vel in ſolutum data. hoc dicit.

Si communis res pignori data ſit. Rub.

LEX VNICA.

FRater. Obligatio vnius ex conſortibus, aliis nõ præiudicat. hoc dicit.

De prætorio pignore. Rub.

a SI prætorium. a Vide gl. q̃ incipit, ſed qualiter. Dic vt dixi tibi. ff. de re iud. l. a diuo Pio §. ſic quoque.

ADDITIO.

a Ale. Prætorium. Adde Bar. in l. fi. in prin. de dona. An poſſit prætorium pignus & conuentionale in vna eadẽque cauſa concurrere Cy. & Franc. Tigr. in l. cum debitores. de in lic. quod ſic, & ibi ego dixi, et inde effectum reſultantem ex hoc.

LEX II.

Veteris. Qui habet prætorium pignus, hẽt ius vendendi, & retinendi. hoc dicit.

Si in cauſa iudi. pignus captum ſit. Rub.

LEX PRIMA.

REs ob cauſam. Nota, quod facit iudex, videntur facere partes.

Si pignus pignori datum ſit. Rub.

LEX PRIMA.

a ETiam. Pignus põt dari pignori, & q hẽt pignoris vſumfructum, a non põt alienare proprietatem: ſecus in eo, qui habet pignoris proprietatem.

ADDITIO.

a Ale. Vſumfructũ. Q̃ñ dominus poſſit obligare formalẽ vſufructũ, hic latè notatur & eſt ſubtilis q̃ő, & notabilis. Vide Bar. in l. ſi is q. §. fi. ff. de pign. Et adde ad intellectũ huius tituli, q pignus p pignore dari nõ põt vltra tertia, rõne infinitatis cuitadæ, ſm Spe. in tit. de pig. §. 1. ver. ſi cum index. Et ſequitur Lud. in l. q bona. § fi. de da. inf. q no. quia limitat totum hunc ti. Et alle Spe. l. fideicommiſſa, §. ſi q decem de le. 2 & c. cum in multis de reſcrip. licet Ang. in l. 1 huius tit. contrariũ teneat. Et q d ſi nomina debitoris pignori dare velit, an poſſit, Gl. no. & ibi Bal. q ſic, in l. ſi ſolutũ. cũ l. ſeq. ff. de act. & obl. Et iſta gl. eſt in d. l. ſi creditore ipuc.

LEX II.

Si creditor. Hanc l. inter alias allego, q hypothecaria põt cedi ſine perſonali, quia vt vides pign. poteſt dari pignori. h. d.

De remiſſione pignorum. Rub.

LEX PRIMA.

SI te manumiſſum. Pręſentia creditoris tẽpore manumiſſionis inducit remiſſionem pignoris. h. d.

LEX II.

a Si probaueris. a Pręſentia cum conſenſu tempore vẽditionis, inducit remiſſionem pignoris: ſecus ſi ignorauerit. h. d. cum l. ſeq.

ADDITIO.

a Ale. Si probaueris. Ad gl. hic uide Bar. & omnino quæ ibi dixi in l. ſi ob decem §. de pign. ff. de pign. act.

LEX VI.

1 *An citatio generalis ſufficiat per edicta vel proclamata.*

a Si eo tempore. a Hęc eſt bona l. Si p̃cedat monõ iudicis, p̃ñtia cum taciturnitate inducit

1 pignoris remiſſionẽ. h. d. Quæro, & reuoco in dubiũ, † vtrũ ci-

b tatio b gñalis ſufficiat p edicta vel p clamata, vt dicat: qcunq; putat ſua intereſſe, veniat ad defendendum talẽ rem. Rñ. ſi quidẽ eſt aliquis cuius interſit, prius dẽt ille citari nominatim, vt l. 1. §. pe. de uent. inſpi. Sed q̃ñ fit aliq̃s actus, q principaliter ꝯ aliquẽ

c non dirigitur. Exẽplũ, ſi facio c inuentariũ. Vel exẽplũ in l. nña q̃ñ vẽdit pignus, vendit. n. principaliter ꝯ debitorẽ, ꝯñr ꝯ alios creditores: tunc põt citari per proclama, vt hic. Facit ad hoc. ff. ſi cui plus quam per l. falc. l. 1. §. cum dicitur. Facit, quod no. per Inno. extra, de maio. & obed. c. fi. & de procura. c. in noſtra.

ADDITIONES.

a Alex. Si eo tpe. No. hic de citatione gñali. Adde caſum, & quod ibi no. in l. ergo. ex q̃b. cau. maio. l. locẽ, de uer. obl. facultas, ſ de iu. fiſ. li. x. l. ar. in extrauag. ad reprimẽ. ſup ver. edictũ Inn. in c. p venerabilem. qui filii ſint legi. & q no. in auth. ad hanc tapia ſi et ſo ab hær. abſt. to. de l. in ſ l. q. ante. Calendas, de ver. ob. & d. l. decẽ. Adde Bar. in l. ſi quis inſtitutus hæres, §. item ſi aditione, ff. de hær. inſti. vbi dicit, quando creditores agunt contra bona hæreditaria, dẽt citari ille q tenet primũ locũ defuncti. Adde Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & ibi dicit, q illi ſunt citandi, q põt cõtradicere, vel cõſentire, alias non. Adde Bal. in l. ſi deſerta ſup. ſi pg pub. & q ſoi no. in c. licet epiſcopus. de pb. in 6. l. 1 de iſta citatione gñali, vide Bar. in l. 1. ſup. de iure do. impe. d. Aut. in c. 3. de iud. vide, q no. Car. in cap. cũ de viu. vide . ng. in l. nam ita diuus, ff. de adop.

b Alex. Vt una citatio. No. de mo citandi generaliter vide Bal. in l. ſi curatori, ſup. de iure deli. & Bar. & Bal. in auth. ſi omnes, ſup. ſi vt ſe ab hæred. abſti. & Bar. in l. hæc autẽ, §. 1. ex quib. cau. in pol. ea. Meno. Gomez § quã, nu. 10 in fi. de acto. Ruy cõſi. 1 nu. 3 lib. 1. Foet q 477. nu. 5. & 181. nu. 7 cū mod. dicit commune eſſe contra Bar. hic, vbi latiſſime in materia ſubhaſtationis qui citari debeant.

c Ale. Exemplum ſi facio. Per Bal. in auth. ſed cum teſtator. ad leg. fal. 1 al. in l. ſi in prin. de iur. deli. & facit, q no. Inn. adde Bal. in l. ab eo infra q̃uo, & q̃ñ ind. Bar. in extrauag. ad repri. in ver. pereũda, in fi. & al. Ang. & Imo. in l. certe, de verb. obl. & adde Bal. in l. naturales, ſupra de prob. vbi dicit quod citatio p per proclama generale facit plena fide, etiam contra eos, qui non ſunt citati, ſi illi nõ erãt certi. Vide c. cum in tua qui ma. accu. poſ. Et voluit Bal. ad literam in l. ſi. C. de ob. diui. Adi. tol. ubi quarit quęrit, an aliquis ſit citandus: ubi cõcludit, q quãdo aliquis præiudicat, & præiudicat nominatim quod tunc eſt nominatim citandus, & declarat præiudicari nominatim, quãdo aliquis poſſidet, per d. l. ſi deſerta. ſi p pet. pup. penſ. Iſte tex. hic in ſi vt contra auth. & qui iura. de bo. auth. iud. poſ. Tamen vide Bar. in ſi in finalib. verbis ſup. de cita. d. Aur. & illis adde no. Bar. in d. l. certe, de verb. obl. Et q d operet iſta citatio generalis, vide no. Bald. in l. 1. ſi ex nouo. cau. aga. & dicit ſolenniter d. et. de Ancha. & Doc. in c. ſi in fide de. in 6. q verũ eſt quod ſufficit citatio generalis, & vbi aduerſarius non eſt certus alias ſecũdũ eos, ſi de facili potuiſſet certiorari, & Imo dicit ſe cõſuluiſſe, q tertia data nõ ſpeci aliter citatis detẽtore, nõ valet, q a de facili nõ potuit ſcin. Alle. auth. ſi oia ſup. vt ſe ab. hær. vide bonum tex. in materia, in c. fi. de elect. li. 6. Adde videndũ Bal. conſ. 35.., vol. conſ. 335. Rom. conſ. 410.

LEX VII.

Creditricem. Qui reddit inſtrumentũ debiti, remiſit pigus hoc dicit.

LEX VIII.

Si hypothecas. Præſens, & tacens, quãdo fiſcus vendit, videtur remittere pignus.

LEX IX.

1 *Si res pignorata alienetur, aut pignoretur, & perueniat in dominium debitoris, an pignus reintegretur & nu. 2.*

a Solita. a Hæc eſt ſingularis lex, & qui neſciret hãc l. ſemp

1 rñderet ꝯ hũc caſum † Si res, in qua ſemel remiſſũ eſt pignus de nouo ĩ dñiũ debitoris peruenerit, pignus nõ reintegratur gñalis oblĩonis vigore. h d. Opp. d. l. ſicut. §. ſupuacuũ, ff. qb. mo. pi. vel hyp. ſo. Gl. dat multas ſol. Iſta eſt vera, q ibi erat

b dubium an res exiuerit b de bonis debitoris, an nõ, hic erat certũ, q bona debitoris exiuerat. & ideo vt tibi liqueat plene

2 materia huius tit. diſtingue † aũt pignus alienaſ, aut impignorat. Si alienaĩ, tũc aut p modum manumiſſionis, & tũc p̃ſentia cũ taciturnitate ĩducit pignoris remiſſionẽ, vt s̃. eod. l. 1. aut per aliũ modũ, & tũc aut alienaĩ a fiſco, aut a priuato. Primo caſu ſola p̃ſentia cũ taciturnitate inducit remiſſionem, vt s̃. e. l. ſi hypothecas. Aut ab alio, & tũc aut p̃ceſſit monitio facta a iudice, q creditores adeſſent, & idem, vt s̃. e. l. ſi eo tẽpore. Aut talis monitio nõ præceſſit, & tũc aut facta eſt creditore ignorante, & ſic dubio ius pignoris non tolliĩ vt ſup. eod. l. 2. & s̃. de pign. l. debitorem. Aut eo ſciente, & tacẽte, & idem, q a ſcit ius ſuũ ibi que durare, vt l. ſicut. §. nõ videt, ff qui mo. pi. vel hyp. ſol. Aut expſſe conſenſit, & tũc aut res nõ exiuit bona debitoris, & ſic durat pignus, vt l. voluntate, in princ. quibus mo. pig. vel hyp. ſol. Aut exiuit, & poſtea reuerſa eſt, & tũc aut reuerſa eſt ex eadẽ cã, ex qua exiuit, & idem, vt d. l. voluntate. in principio, & §. fi. Aut verò ex alia cã, & tunc pignus non reintegratur, vt hac l. fuit

ADDITIONES.

a Ale. Solita. No ſing. caſum in materia donationis omnium bon. & q valeat dicta donatio ſaltem in p̃ſentibus nõ autem in futuris, eſt tex. in l. ſancimus, poſt prici. infra de do. vbi licet donari nõ poſſit vltra legitimum modum ſine inſinuatione valet tamen donatio vſque ad legitimam quantitatem. Ita in caſu pp̃oſito. Iſte vtile per inutile vitiatur. Et ad iſtam partem vide Ange. tenentem in ſui cõſ. iux per illum tex. in conſil. 104. licet communiter opi. Bar. omnium ſit in contrariũ. Et ratio huius tex. fuit, quia creditor conſentit alienationi. ſibi ergo imputetur. Quod ſingulariter, & perpetuo tene menti. Item per Ang. facit l. poculum, § 1. ff. de pec. leg.

Ad. h. quod etiam Ange. cõſuluit quod nec valet in pręſentibus, eius conſi. 159. illud quod alle. Do. Alex. eſt 106.

b Alexan. Res exiuerit. Sed poſtea hic diſtinguendo declarat totum iſtum titu. quãdo creditor videat remiſiſſe ius pignoris, ſi debitor vendit vel pignorauit, rem obligatã creditori, & adde Bar. in d. l. ſicut, § nõ videt. & ibi latius, & Bar. in l. ſi fine, ſupra ad Velle. Et de tacente ponit Bar. in l. non fuerat de conſil. Ite intelligas ratione conuentionis quod remittat ius ſuum p̃ſens, & tacens, l. ſi ſeruus communis, de do. inter vir. & vxor. Et in propoſito firmat Lud. in l. q doris, poſt Bar. ff ſo ma. & dicit, q ibi fauore religionis auth. ſi ſeruus, de epiſ. & cler. canonizata 4. diſ. ſeruus. Item ta'lis ſecundum eum, ſi nõ tacens cõtradicit receptioni aduerſus eũ factæ, ad cauſandum ſui iuris exceptionẽ, Gl. eſt reputata ſing. in l. ſi fideiuſſor ĩ prin. & ibi Doct. qui ſatiſ. cog. ſimilis in l. ſi 3 itẽ ſi, ff. nau. cau. ſtab. Facit l. cum plures, §. locator, ff. loc. p Imo. de hoc vltimo in l. cũ ſolũ, §. morte, ff de ape. no. nun. Et dicta limitatio per d. l. ſeruus communis, forte nõ eſt vera q a ibi res donabaĩ, ſi taceo, videor p̃iudicare mihi in dominio, q a de natura donationis eſt, quod transferatur dominium. ſed in caſu noſtro ſi das, & taceo, nõ obſtante ratione p̃dicta, nõ videor remittere ius pignoris q a hoc non agebatur, nec erat de natura huius contractus. Adde videndum Bal. conſi. 274. vol. 1. incip. In Chriſti nomine, punctus ſuper quo quæritur.

l. fuit. n ab initio ſolutum, ff. eo l. 2. & l. cum te. Si verò dubitatur an bona debitoris exuerit, vel non, tunc ex eo, quod debitor ſemper poſſideat, preſumitur non exuiſſe, & per conſequens pignus durare, vt l. ſicut, §. ſuper vacuum, quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Secundo caſu, quando pignus alteri pignoratur, aut creditor alius tacuit, & ſibi non prçiudicat, vt d. l. ſicut, §. non vr, qb. mod. pig. vel hyp. ſol. Aut expreſsè conſenſit, & tunc aut eſt certum quo animo conſenſerit: ſi animo remittendi, vel non remittendi ius ſuum, & ſtamus certo, vt l. cred. tor. §. ſi tecum, ff. qui po. in p g. hab. Aut de animo non conſtat & tunc aut non erat mulier, & videtur remittere ius pignoris, quoad illum ſecundum creditorem tantum, arg. l. iubemus ff. ad Velleia. Aut erat maſculus, & tunc ſibi præiudicat quoad omnes, vt l. Paulus. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Modo habetis expeditum iſtum paſſum, quem non expediui tibi in l. quę dotis. ff ſol. mat.

Etiam ob chyrographariam pecuniam. *Rub.*

LEX VNICA.

a Pignus. a Per nouationē pignus extinguitur, niſi fuerit repetitum. Item pignus poteſt retineri etiam ob chyrographariam pecuniam contra principalem debitorem: ſecus contra alium creditorē debitū offerentē h. d. hæc no. & ſing. lex Opp. & vr, b quod
b ea quę inſunt primæ obligationi, intelligantur repetita in ſequenti, quę fit animo nouandi, vt l. aliam ff de noua. Sol. Opp. q ob chyrographariam pecuniam pignus non poſſit retineri, vt l. p retentionem, ff. de vſu. Sol. diſtingue, aut pignus fuit obligatum pro certa quantitate expreſsè, hoc acto vt pro alia non retineatur. & non poterit retineri, vt ibi ſecundum vnam ſol. hic poſitam. Aut hoc non fuit actum ſed obligatio, fuit facta ſimpliciter, & tunc aut pecunia, propter quam quis vult retinere, eſt debita naturaliter tantum, & non poteſt retineri, vt d. l. per retentionem, aut eſt debita etiam ciuiliter, & tunc aut eſt vſura, & non poteſt retineri odio vſurarum vt l. contraria. Aut eſt ſors, & tunc ſecus, vt hic Facit ff. de pigno act. l. ſolutum, §. ſi in ſortem. Cętera dic, vt in gl.

ADDITIONES.

a Ale Pignus. Hæc l. non habet locum in debito vſurario Adde gl. & Bald. in d. l. per retentionem, nec etiam habet locum in debito naturali, l. pignus, ſup. de pig.

b Barb Opp. & videtur Item fallit odio pręmie. Ita ſingulariter dixit Bald. per illum tex. in pignoribus, C. de vſu. quæ bendępo.

De diſtractione pign. *Rub.*

LEX II.

1 *An quando executor vendit fundum debeat notificari hæredi.*

Creditor. No eſt iſta lex, & menti tenenda Anteq pignus vendatur debet moneri debitor, cui tenebit creditor, in eo, q fraudē commiſerit. h. d. Allegabam tibi hanc l. in repe. l. alio. ff. de alio. &
1 inter alia q̃ſiui, †vtrum qñ executor vendidit fundum, debeat notificari hęredi. Et videtur hic tex. quod ſic Dic, vt ibi dixi.

LEX V.

a Si reſiduum. a Implorari poteſt arbiter ad calculandā rationem inter debitorem, & creditorē. h. d. vide gl. quæ incipit, ſi autem, &c. de qua feci determinationem in l. accepta, ſup. de vſuris.

ADDITIO.

a Barb. Si reſiduum. Vide Bar. in conſ. 135 incip. Literas magnæ veſtræ

LEX VI.

1 *Executor, an pro modico legato poſſit vendere magnam poſſeſſionem.*

1 a Quandiu. Vide gl. fi. huius l. ibi, ſed ſi plura, &c. † Quæro, vtrum executor pro modico legato poſſit vendere magnam poſſeſſionem. Dic, vt in gl. & in l. pe. ff. qñ decre. opus non eſt, & dicit, q poteſt ponere manum ad quam rem velit tamen gloſ. hic videtur aliter dicere, quod dic, vt d. l. alio, de alim. & ciba. lega.

ADDITIO.

a Alex. Pro modico legato An pro modico debito poſſit vendi res magni valoris, vide tamen in l. a diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iudi. & facit ad hoc, quod no. Bar. in l. 3. ſup. de neg. geſt. & in l. Iulianus § offerri, de act. emp. & Bar. in l. creditori alle. in gl. Adde ſecundum Bal. quod ob æs alienum res pupilli magni pretii vendi non poteſt pro modico debito, ſi alia res erat, quæ poſſet vendi ad concurrentem quantitatem, vel quaſi, aut non poterat aliter ſatisfieri, nec erat alia res, & illa pro parte vendi non poterat, & tunc totum valet, arg. l. ſi ſponſus ipſe, §. generaliter, ff. de dona. inter virum, & vxo. l. fina. C. de bon. autho. iud. poſſi. aliter vendi non valet etiam ſi decretum iudicis interueniat. Ita voluit ipſe Bal. conſi. 40. 3 volum.

Debitorem venditionem pignorum impedire non poſſe. *Rub.*

LEX PRIMA.

a Si ſunt. a Prohibitio debitoris in teſtamento, vel inter viuos, non impedit pignoris alienationem. Idem ſi non totum debitum offeratur. h. d. hæc lex.

ADDITIO.

a Alex. Si ſunt. Vide Bal. in l. 1. ſup. ſi aduer. rem pigno.

De vendito pignore agatur. *Rub.*

LEX PRIMA.

a Præſes prouinciæ. Hæc eſt ſubtilis lex. a Si creditor in diſtrahēdo pignore dolū cōmittit, debitori ꝯ ipſum actio cōpetit, & in ſubſidium ꝯ emptore dolo. participātem. h. d. Opp. & vr, q venditio non valuerit, vt ī l. pa. Huius timore gl. diſtinguit tres caſus Aut creditor nō habebat ius vendendi, aut h. habebat. Et ſi habebat, aut non fuit in dolo. aut fuit in dolo ipſe tñ, aut ipſe & emptor. Et dic, vt in gl. Circa hanc l. q̃ro, qua actione pōt agere iſte debitor cuius res eſt vēdita ꝯ ipſum creditorē. Gl. q̃ eſt hic, dicit pignoratitia actione. Vide gl. ſup. verbo. iubebit. Iſta gl. procedit clarè, qñ creditor vēdidit pignus, q ſibi fuit traditum: nam obligatio iſta ex qua orit pignoratitia ꝯ creditorem, ꝯhitur re, vt Inſt. qb. re ꝯhi. oblig. Sed ſi creditor vendidit hypothecam ſibi traditam q facere poteſt, vt ff. ti. t. l. hypothecis, tunc non pōt hērc locum pignoratitia, q̃ non eſt ꝯcta de neceſſitate, ergo agēdum erit actione de dolo. Quæro, qua actione agit iſte debitor ꝯ emptorē dolum participātē. Gl. ponit opi. Quidā dicunt, interdicto fraudatorio, quod gl. reprehendit, quæ hodie hēt locum Pauliana, ex tit. de his quę in frau. crc. Puto, q hēat locū fraudatoriū interdictū. Nā edictū de his quę in fraudem creditorum habet locum, qñ quis vēdit rē ſuam in fraudem alterius, non ſuam propriam, & ō habet locū interdictum fraudatorium, de quo licet titu. expreſſum nō habeamus, tñ facit tex mentionem de illo in l. pupilli, in prin. de ſol. & l. ſi poſtulauit, in prin. ff. ad Treb. licet improprie ibi ponatur, & iō bene facit Io. q in arbore ſua fecit ſpecialē ti. de interdic. fraudatorio Dixi de hoc in d. l. pupilli. Sed q̃ro, quid ꝯcludā hoc interdicto. Dico, q hic ante omnia dēt præcedere diſcuſſio in bonis creditoris alienantis, vt h. ea in prin. Sicut dicimus, qñ ag ī illo edicto, de his, q̃ in fraud. cred. vt l. 2. & l. ignoti, de his q̃ in fraud. cred. qua diſcuſſione facta petam, vt perinde cogatur mihi ad illam rem reſtituendam, ac ſi venditio per creditorem facta nō eſſet, vt dicitur in ſimili. Inſt. de act. §. itē ſi quis in fraudem, & probatur in fi. huius legis

ADDITIO.

a Ale Subtilis lex. Vide, quæ no. Bar. in l. 3. inf. de iure fiſc.

De luitione pignoris. *Rub.*

LEX II.

a Intelligere. a Licet tollatur actio pſonalis, tñ durat hypothecaria h. d. Quomodo hoc poſſit eſſe, q ſublato principali remaneat acceſſorium, Cyn. hic tractat, & facit vnam longam filateriam, & hęc eſt no. lex.

ADDITIO

ctas, quod eſt contra iſtum text. quia prius præfert̄ ille qui hēt
vtiles, niſi denunciet &c. Iō diſtingue. Quandoque actio dire-
cta, & vtilis, tendunt ad eundem effectum. Quandoque actio
vtilis, & directa tendunt ad diuerſos effectus, ſeu ꝯtios. Si tēdūt
ad contrarios effectus, tunc vtilis præfert̄ directæ. Exemplum
in vtili quæ præfert̄ directæ, quæ competit domino contra quē
facta eſt pſcriptio, vt l. ſi quis emptionis. ſ. de præſcriptio. trigin
ta anno. Directo enim ſibi adinuicem aduerſant̄. Quandoque
directa, & vtilis tendunt ad eūdem effectum, vt in caſu noſtro,
directa, q̄ competit cedenti, & vtilis competit ceſſionario ad
vnum, & eundem effectum competunt; tunc aut ille q habet
vtilem, hēt cauſam ab eo qui habet directam, & vtilis præfertur
directæ: hic ē caſus hic. aut nō hēt cāam ab eo, & tūc aut directa
ꝯpetit ei, ad quē negotiū pricipaľr ſpectat, vtilis vero ꝯpetit ei ad
quem

ADDITIO.

a Ale. Si delegatio. Iſtam legem intellige, & quando apud eum, qui ceſſit, aliquid remanet, pena actiones directæ: ſecus quando nihil remanet & quia cedens habe bat vtiles. Ita intellige hunc text. Bartol in l. ex aſſe. ff ad Treb, Qualiter autem hæc denunciatio debeat fieri creditori per ceſſionarium, uide Bartol. in l. 1 in princip in 11. q. de oper. no. nun. & hic uide Bal. in l. 3 ſup quod me cauſa. Iſtam legem limita ſecundum Bald. non habere locum in conceſſione facta ex vltima voluntate, quoniam tunc nullus cedens poteſt agere contra debitorem, per tex. in l. ſi pecuniam. de leg 1. Nam ibi debitor depoſitarius condemnatus fuit de reſtituendo debitum depoſitum extraneo, nam teſtator ceſſit iura ſua Titio con tra depoſitum, & hæres cogitur cedere actionem Titio contra depoſitarium, l. ſi ſeruus § Margaritam. ff. depoſ. tamen ibi nullo caſu hæres cedens agere poterit contra debitorem, imo exceptione repellitur, vt ibi per Ang. No. ſecundum Bal. ibi, qui dicit, quod omnis cedens non poteſt agere, quia debitor fuit grauatus de reſtituendo, ſecus ſi ab ipſo debitore fuit primum legatum, & non fideicommiſ ſum. Ita dicit vo. endo limitare hanc limitationem. Dicit tamē quod dictum Bal. erat menti tenendum. Et hanc legem limita per Bal in l. 1. in ver. 2. quæro, quid ſi procurator ſ quando prouo. & ibi vtrum ſententia lata contra dominum per debitorem obſit ceſſionario. Et hanc legem in eo, videlicet quando denūciatum eſt ne ſoluat, limita procedere in tribus caſibus, ſcilicet in depoſitario, in poſſeſ ſione inquilini, in ſalario ſoluendo, vt in auth. ſed iam. & ibi Bald. ſupra, depoſi ti. Et quid ſi ceſſionarius præuenit, tamen finita eſt inſtantia, an poſſit cedens agere; Bald. quod non, in l. 3 ſupra, manda. & etiam limita hanc legem non pro cedere in eo, qui tranſtulit vtilem actionem in rem, quia niſi interueniat tradi tio, non enumeratur directa, ſecus in perſonali, l. cum obi. & Bald ſupra, de hær. vend. Item limita vt in l prouinciali. § ſi de ope no nun. Fallit etiam hęc, quando negocium re ipſa petinet ad ceſſionarium. l. ſi poſt conſtitutam. & ibi Ang. ff. de conſti. pecu. nam tunc præfertur vtilis actio directæ, vt ibi. Et dum dicitur hic, partis perceptio, & litis conteſtatio æquiparantur, limita per Bartol. in l. qui ho minem §. 1. ff. de ſol cum concordant. Item adde, quod in iſtis tribus fuiſſet im pleta l. pacto ſucceſſorum. ſupra de pac. & ibi no. Bald. & dicit ibi Sal. quod eſt ſing. limitatio ad hanc legem. Quid ſi iuraui ſoluere Titio, & Titius ſucceſſit Seio, an ſi non ſoluo ſim periurus Vide Barto. in l. ſed ſi in hac. ff. de iu iur. noc. in princ. & no quod iſti tres caſus non habent locum in vtili actione in rem, ſe cundum Bald. in l. qui tibi. C. de hæred. actio. vendi.

quem ſpectat p quandam conſequentiam, aut econuerſo. Primo caſu directa præfert vtili, vt l. qua ratione §. literæ, de aegr. rer. do. & ibi no. & l. 1. de lo. pub. fru. Secundo caſu vtilis præfert directæ, vt l. in cauſæ, in fi. de proc. Tertio caſu principali, qñ vtilis, & directa reſpiciunt diuerſos effectus, tunc nulla alteri præfert, ſed quęlibet ſuum effectum proſequitur. Exemplum in directa, quæ competit domino, & vtili, quæ competit emphyteutæ feudatario & ſimilibus Nam dominus præfert in vendicatione ſui dominii directi, & emphyteuta pręfertur in vendicatione ſui dominii vtilis, vt ff. ſi ager vectig. vel emphyteu. pet. per totum, & ff. de ſuperficie. l. 1.

LEX IIII.

1 *Quando procurator eſt factus ad pecuniam recipiēdā, ſi confiteatur ſibi ſolutam eſſe, non ſequitur abſolutio, ſed requiritur vera ſolutio.*

a Non abſtulit. a Qui eſt factus procurator ad recipiēdam pecuniam, alio mō liberare non
a pōt. hoc dicit in l. No quod † quando procurator eſt factus ad pecuniam recipiendam, non ſufficit ſi confiteat̄ ſibi ſolutā eſſe, ſed requirit̄ vera ſolutio vt ſequat̄ abſolutio Aliud enim eſt confiteri ſe recepiſſe: & ideo fac. quod in inſtrumento dicatur habuit, & recepit, vel vere dedit, & numerauit.

ADDITIO.

a Ale Non abſtulit. De iſto tex vide Bar. in l. 3 ſol. mat. Adde Bar. in l. 3. ff. ſi cert. pet. Ang. in l. nam & nocere ff. de pac. & Bal. & Ang. in l. 2. § 1. ff de acq. poſſ. alias. de quadr. præſc. ubi materiam iſtam dic, & dic quæ habes per Imo in l. 4. § ſi ex conuentione ff de re iud. adde ad hanc l. Bal. conſi 303 lib. 1.

LEX VIII.

a Nouationum. a Hodie nouatio in dubio non intelligitur facta, niſi ſpecialiter exprimat̄. hoc dicit. Materiam iſtam dic, vt dixi in l. qui vſumfructū. ff. de verb. obliga. in l. pe. ff. de noua. vbi tractaui de materia iſtius nouationis voluntariæ, ꝗ fit p ſtipulationem æque principalem. Qualiter autem nouet̄ per ſtipulationem pœnalem, dixi in l. ita ſtipulatus. de verb. oblig. & Cyn. hic tractat, & non dicit vnum bonum verbum in iſta materia.

ADDITIO.

a Barb. Nouationum. Circa iſtam nouationem vide Lud. Roma. in conſ 219. & in conſ. 207 & Bar. in conſi 144. in: Titius promiſit mihi illud, quod alias debet dicit, ꝙ non eſt nouatio, ſed eſt fideiuſſio alleg. in l. fi. de noua. ubi ibi Bartol. Paul Nouationum. An iſta lex habeat locum in delegatione, uide Iaſ. in l. ſingularia ff. ſi cert. peta.

De ſolutionibus, & liberationibus. *Rub.*

LEX VIII.

a Vſuras. a Tene menti iſtum textum, quod quis nō poteſt cogi, quod debet in vno loco, ſoluere in alio, niſi ex cauſa. Cauſas autem enumerat gloſſ quam vide.

ADDITIO.

a Ale Vſuras. Hanc Lalle. Bar. in l. 5. §. ſi ff. de verb. obli. & uide quod no. dixi. poſt Bar. in l. 1 ff. de eo quod cer. lo. & Bal hic.
Menoch. Vide Iaſ in l. 1 nu 95. de iure emph ſup.

LEX XVIII.

Inquiſitio. In generali ſermone non continetur perſona loquentis h. d.

LEX XXIIII.

Cum pro pecunia. Non debet quis petere id, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus hoc dicit.

De acceptilationibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

Iam tibi. Pupillus cum authoritate tutoris, poteſt per acceptilationem liberari, h. d.

LEX II.

Si donationis. Per Aquilianam ſtipulationem, & acceptilationē inſequutam, omnis tollit̄ obligatio, niſi per reſtitutionem reſtauretur. h. d. hęc lex.

De euictionibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *An ſumptus, quos facit emptor in lite, a venditore illos recuperet.*

EMptor. Venditor hæreditatis nō tenet̄ de euictione rerum ſingularium, niſi ſpecialiter ſe ad hoc aſtrinxit. hoc dicit hæc notabilis lex & eſt menti tenenda. Circa hanc legē gloſſ. quærit
a vnam quæſtionem, † vtrum ſumptus quos emptor facit in lite
a a venditore recuperet. a Breuiter de emptore hæreditatis, ſi quidem facit expenſas in lite rei ſingularis illos ſumptus non repetit, vt hic, ſed ſi faceret expenſas in litem vniuerſalis hæreditatis vel emptor rei ſingularis faceret expenſas, in lite dictæ rei, tunc eſt dubium. Finaliter gloſſa determinat, quod ſi quidem poteſt agi pro re principali ad intereſſe, puta quia euictio eſt ſequuta, tunc repetit etiam ſumptus. Si autem non poſſet agi quia euictio non eſt ſequuta, tunc non poteſt repetere ſumptus, vt, j. eodem. l. ſi ſtatus, in fi. hoc eſt verum, niſi ſint promiſſæ. vt l. venditores. ff. de verborum obligationibus. Ego ibi examinaui hunc articulū, & teneo contra iſtam gl. videlicet quod ſumptus poſſet repetere. primo per id, quòd no. in l. ſtipulatio iſta habere licere. in gl. magna. vbi dicitur, quòd iſta ſtipulatio ad expenſas committitur, ſed venditor tenetur emptori habere licere, vt l. emptor in fi. ff. de action. emp ergo, &c. Pręterea, venditor tenetur ſtatim mota lite emptorem defendere. ff. eodem. l. ſi plus, vel minus §. mota q Sed ille qui tenetur ad aliquē defendendum, ſi non defendit, tenetur ad intereſſe, vt l. cum quęrebatur. iudic ſolu. ergo, &c. Et ex hoc apparet reſponſum ad omnia, quę gl. hic dicit. Nam fateor, quòd non agitur tanquam re euicta, ſed agitur tanquam defenſione non facta ad intereſſe. Item non poteſt dicere, quod emptor geſſerit negotium ſuum, immo geſſit negotium vēditoris, cum ipſe teneatur defendere non ob. j. eodem l. ſi ſtatus. vt ibi dicam. & plenius dic, vt dixi in l. venditores. de verborum obligatio.

ADDITIO.

a Alex A venditore recuperet. Quando venditor teneatur ad expenſas emptori in cauſa euictionis, addit tamen quod lite pendente emptor non poteſt petere ſumptus a venditore, ſecundum Bal. in l. cum teſtamento. l up de teſta manu. ſed Bar. hic reprobat, ideo fortè non procederet ſententia Bal.

LEX II.

Quoniam. Donator non tenetur de euictione, niſi pmiſerit. h d. Quęrit gl hic, & diſtinguit vtrum donator teneatur de euictione, quam vide, & nota. Similem gl. habes in l. Ariſto. ff de do. & dic vt ibi.

LEX III.

a Qui rem. a Antequàm res euincatur, nō poteſt emptor contra venditorem habere regreſſum. h. d. verum, niſi in caſibus quod dic vt in glo.

ADDITIO.

a Alex. Qui rem. Probatur in l 1. § ſi poſtulauit, de præto ſtipu.

LEX IIII.

Si prædium. Datio in ſolutum ſimilis eſt emptioni, & ſimili modo de euictione agitur. hoc dicit, vt vidiſtis in l. libera. ſupra, de ſentent.

LEX V.

Ex his prædiis. Hæc eſt bona lex, & menti tenenda. Antequàm res tradatur, vel pretium ſoluatur, poteſt emptor petere, vt pignoris obligatio diſſoluat̄. hoc dicit, & eſt bona lex.

LEX VI.

a Non dubitatur. a In cōtractu emptionis debet̄ euictio, etiam ſi non promittat̄. hoc dicit, & bonum caſum habet multum.

ADDITIO.

a Barb. Non dubitatur. In materia euictionis, vide Lud. Roma in conſi. 248.

LEX VII.

Authore. Sufficit quod denuncietur principali, licèt fideiuſſor ignorauit hoc dicit hæc bona l.

LEX VIII.

1 *Venditori neſcienti litem motam eſt denunciandum.*

a Emptor. a † Emptor de euictione non agit ſi non denun
1 ciauit, vel contumax fuit, vel ſi per iniuriā iu-
b dicis condemnatur. hoc dicit. Quærit gl. † nunquid ſi venditor neſciuit, an ei debeat denunciari. Glo. hic videtur dicere, quod non. idem Dyn. in cap. cum qui certus. de regu. iur. lib. 6. Dixi tibi hoc anno contrarium, nam in denunciatione, quæ continet nudam notificationem, procedit illa regula, cum qui certus, &c. vt l. prima. in fi. ff de act empt de petit. hæred l. item veniunt. §. petitam. Sed iſta denunciatio continet aliquid, ſcilicet inuitationem ad aliquid faciendum, ſcilicet quòd veniat ad defendum, ſeu quod liti aſſiſtat, vt l prima. ſupra, de peric. & commod. rei vend. & ibi dixi. & ſupra, eodem. l ſi parentes. & l. em-
c pti. vnde requiritur iſta notificatio, c vt l. denunciaſſe. ff. de adulte. Licet enim ſciam litem eſſe motam, & tamen ego neſcio ſi tu velis, quod veniant ad defendendum, vel ad aſſiſtendum liti, forte tu confidis tantum de te, quod ſufficit.

ADDITIONES.

a Alex Emptor. Adde Bar. in l. qui abſente. de procur & adde quod etiam qui recipit rem in ſolutum, debet denunciare. l libera. vbi gl. & Barto ſupra. de ſent. adde an debeat habere dilationem ad denunciandum. Ioann. Andr. in tracta in addi. in princ. & quod venditori ſcienti litem motam ſit denunciandum, tenet Io. An in addi ad Spec. in tit. de emptio. & vendi. §. fina. vbi alleg. tex. in fin. in l. ſi parentes. tit eodem.
b Alex Quærit glo Vide Mod. in c. ſi. de emp. & vend.
c Ale. Notificatio. Idem tenet Spec de emp. & vend. § ſi. in ſi.

LEX IX.

Si controuerſia. Si fit denūciatio, & res euincitur, de euictione agitur: ſecus ſi ante euincatur hoc dicit.

LEX X.

Si fines agri. Quod per actionem finium regundorũ euincitur, in actione ex empto p euictionem venit: ſecus ſi non euincatur, ſed ex alia cauſa per iudicẽ ad iudicetur. hoc dicit.

LEX XI.

Exceptione. Quem de euictione tenet actio, etiã tanquam fideiuſſorem, eundem agentẽ repellit exceptio hoc dicit. Not. ſecùs in hærede fideiuſſoris, vt videbitis. j. eo. l. fin.

LEX XII.

Siue. Etiam antequam res euincatur poteſt ad intereſſe agi, ſi hoc agatur. hoc dicit.

LEX XIII.

a Si ob cauſam. aSi vẽditio fiat à iudice pars obligatur de euictione, & ideo eum agentem repellit exceptio. h. d. Not. quod iudex facit, pars facere videtur. Simile vidiſtis. ſ. ſi in cau. iud. l. 1.

ADDITIO.

a Ale. Si ob cauſam Adde Bar. ad hanc l. meminerint ſup. vnde vi No quod facit iudex, pars facere videtur. Limita per l. a diuo Pio. §. ſi emptor de re iud. & quod ibi habetur, nam in propoſito ibi, licet pars non poſſit recedere à contractu venditionis, tamen iudex poteſt. Secundo, & magis proprie, ad hanc limitationem, ſecundum Bald. in l. iuliar de iur. fiſ lib. 10. & per Ang. in repe. §. ex non ſcripto. Inſt. de iur. natura. ubi tenet quod tunc factum iudicis reputetur factum partis, quando illud clauditur ſub adminiſtratione iuriſdictionis, aliàs ſecus, quod no. Item ad iſtam adde quod notat Bal. in l. ordo, & quod dixi in ver. modo quæro. de execu. rei iud. & adde quod dixi ſecundum Ang. addẽdo Bal. hic per illum tex. qui etiam limitat in facto iudicis, qui certe proceſſit, & facit ad no. quæſtio. Bal. in l. 1. in ver. & hoc facit ad quæſtionem. ſup. ſi ſeruus extero.

LEX XIIII.

Siue poſſeſsio. Quem de euictione tenet actio, tanquam hæredem principalis, eundem agentem repellit exceptio. hoc dicit. Secus eſt in hærede fideiuſſoris, vt infra eod. l. fi.

LEX XVI.

Super empti. Re euicta agit de euictione ad intereſſe precij, fructuum, vel meliorationũ. hoc dicit.

LEX XVII.

Si cum quæſtio. Re euicta per ſententiam agitur ad intereſſe: ſecùs ſi ſponte reſtitueretur.

LEX XVIII.

Si ſtatus. Si emptor ſuccubuerit, regreſſum de euictione habet: ſecus ſi obtinuerit h. d. Quod hic dicit ad venditorem non poſſe reuerti, quando obtinuerit, non intelligas actione ex empto, quaſi res ſit euicta: ſed actione ex empto, quaſi res non ſit defenſa, ſicut dixi ſ. eo. l. 1.

LEX XIX.

Si obligata Emptoris præſcriptio prodeſt venditori. hoc dicit.

LEX XX.

a Si parentes. Re euicta agitur de euictione, etiam contra venditores hæredes, a nec ex eorum perſona poteſt in integ. reſtitutio impetrari. h. d. No. tex. ibi, nec vobis, vt defendatis, &c. Ad illud, quod dixi in l. emptor. ſ. eo. titu. modum denunciandi dicam vobis. j. l. proxi.

ADDITIO.

a Ale. Hæredes iſtam l. cum duabus ſequen. alle. Bar. in l. cautas. ff. ſi cer. pet. & Bar. in l. ſtipulatio iſta, in prin. de ver. ob.

LEX XXI.

Empti. Etiam ſi poſt longum tẽpus res euincatur, de euictione agitur, ſi fuit legitime denunciatum. h. d.

a Circa l. noſtrã quæro de forma huius denunciationis, quam emptor debet facere venditori. Reſpond. Primo debes facere venditorem certum, quod lis eſt mota ſibi, vt ſupra, eo. l. ſi cũ quæſtio. & ideo puto quod debea ſibi oſtendere libellũ in publica forma, & ei copiam dimittere: aliàs enim ipſe non redditur certus, quod lis mota fuerit, quare enim ipſe hoc tibi credere debet: qua certioratione facta debes ei denunciare, vel proteſtari, quod veniat ad defendendum. Iſta autem verba, potes quibus verbis vis componere, vel ſecũdum formam l. j. ſupra, de peric. & commo rei vendi. vel ſecũdum formam legis præcedentis, vel ſecundum formam l. 1. & j. e. l. cum ſucceſſores.

ADDITIO.

a Ale. Forma. Tene menti hanc formam denunciandi. Idem dicebat Bar. in l. non ſolum. §. morte. de ope. no. nun. Adde quod no. in c. ſi. de emp. & vend. & Cle. cauſam de electio quod no. Bar. ibi dixi poſt Imo in l. 2 in ſi ff. ſol. ma. Et de hac forma vide Bal. in l. ſi cum quarto. ſup. eod. & ibi tenet contra Barto. & ibi Barto. Facit quod no. Bar. in l. 1 in 1 1 q. de ope. no. nunc. & vide Bal. in l. libera. ſup. de ſen. & Bar. in l. qui alienam. ſupra. de proc. & Bal. in l. emptor ſupra, eo vbi tenet contra Bar. ibi. Et hic adde pulchre Ang. & Imo. in l. cum ex cauſa. de verb. obl. Cum Bar. concordat Ang. & Imo. in l. cum executione. §. in ſolidum. de verb. ob.

LEX XXII.

Cum tibi. Ex ſtipulatione de idemnitate poteſt agi, cũ id, p quo res eſt obligata, fuerit ſolutũ. h. d.

LEX XXIII.

Cum ſucceſſores. Re euicta agit de euictione ſi fuit denunciatum, vel ſi nõ potuit reperiri, cui denunciaretur. h. d.

LEX XXIIII.

Si poſt. Quando euictio imminet in limine cõtractus, emptor non cogit ad ſoluendum precium, niſi ſibi a caueat idonee. a hoc dicit hæc no. lex. Opp. ff. eo. l. emptori. vbi venditor non tenet cauere de euictione. Solu. eſt verum, niſi in limine contractus euictio immineat. Quæro, vtrum dẽat pſtari ſatiſdatio pro illa euictione, quæ ex illa cauſa tantum immineat an generaliter? Gl. hoc nõ firmat. Finaliter Docto. vident velle quod generaliter p l. ſi de reſcin. ven. & tene mẽti hãc l. Ex hac enim l. ſunt factæ mille malitiæ, nam ſupponit emptor quendã qui litem moueat, vt poſſit habere fideiuſſorẽ de euictione, quid enim tunc fiet, quando vẽditor fecit hoc fieri malitioſè ab emptore. Certe compellit emptor iurare, quod per calumniam nõ facit ſibi mouere litem, & eodem modo compellitur iurare ille, qui eam mouet, vt ſ. depoſiti. l. 1.

ADDITIO.

a Ale. Idoneæ. Vide in l. a diuo Pio §. ſi poſt. de re iudi. Not. q vbi imminet euictio in limine contractus, debet præſtari fideiuſſor. adde quod no. Bar. in l. habitationẽ §. ſi per iſtum tex. de pericu. & commo rei vend. & quæ dixi per ipſa iura in l. commodare. cum ſeq. ff commo poſt Bar. Si autem venditor ſciuiſſet rem eſſe alienã incontinenti, poteſt ante euictionem conueniri. Tex. eſt ſing. in l. ſi ſeruus quem, in ſi de actio emp. & gl. in l. 3 ſupra, eo. & Bal. poſt Bar. in l. 1 §. ſtipulatio de pr. ſtipu. & ibi etiam ponit omnes caſus, in quibus cauetur de euictione. & vide no. q per Bal. in l. familiæ in 2. ſup. fam. erc. quando euictio venit a patre, an ego teneat ſi imminet euictio in limine contractus, collige ex notatis per Bald. in l. 1. ſup. de bo. mater. & in ſe ibi Bal. qui ponit, an ſi non offeratur fideiuſſor in caſu huius l. emptor teneatur ad vſuras precii non ſoluti. dic, vt per Io. An. in addi. Spec. in tit. de empt. & vendit. §. nũc prima ad. tuto. Et an ſi via ſit obnoxia ſeruitutibus de quibus in hac l. vide Io. An. eod. tit. præallegato §. 1 verſi. primo autem. in additione. Facile ergo erit

Menoch. Soc. ſe. conſi. 108. col. 3 ver. §. 2. defenſio. lib. 1.

LEX XXVI.

Si quis tibi. Re perempta nõ timet vẽditor periculum euictionis. h. d.

LEX XXVII.

a Si fundum. a Qui emit rem alienam ſcienter, nõ habet regreſſum de euictione, etiam ad preciũ, ſecus ſi ignoranter. hoc dicit.

ADDITIO.

a Si fundum. Vide in l. emptor §. fi. de ac emp. & gl. Ang. Bar. & Doct. in l. ſi familiæ. ſupra, fam. erc. & gl. & Bal. in l. non dubitatur ſupra, eo & hic

LEX XXVIII.

Emptori. Emptor poteſt ſe defendere, etiam ex iurib. venditoris. h. d.

LEX XXIX.

Si permutationis. In cõtractu permutationis re euicta denunciatione ſolenniter facta. agitur de euictione. h. d.

LEX XXX.

a Non ex eo. a Bona fides præſumit, niſi probetur contrarium h. d. De hoc dic, vt in l. cum quærebatur. vnde vi.

ADDITIO.

a Ale. Non ex eo. De hoc per gl. & Inn. in c. vigilanti. de præſcr. & hic, quando non habet titulum reprobatum a iure, ſecundum Bar. no. in l. quemadmodum inf. de agri. & cenſi. lib. 11.

LEX XXXVII.

Hæredem. Quẽ dẽ euictione tenet actio, vt fideiuſſoris hæredem, eum agentem non repellit exceptio hoc dicit hæc ſingularis l. Et eſt caſus, quem neſcio alibi. Rationem autem huius l. inueſtiga per te. Tangitur per gloſ. ff. de legat. 1. l. & quidem.

Creditorem euictionem pignoris non debere. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Vendens rem tanquam tutor, vel curator, licet non teneatur de euictione tenetur tamen ſe oſtendere talem legitime.*

Cum iure. Qui vendit rẽ iure creditoris, ad hoc tenet, vt doceat ſe creditorẽ alijs potiorem, aliter de euictione nõ tenet, niſi expreſſe pronu ſerit, vel in dolo fuerit, hoc dicit cum l. ſeq. Opp. ſ. titu. t. l. non dubitatur. Solut. quandoque quis vendit rem, vt ſuam, & tunc de euictione tenet, etiam ſi nil dicat. Quandoq; quis vendit rem non vt ſuã, ſed vt alienam, & creditor iſte non tenet de euictione, ſed tenetur ad hoc, vt doceat ſe creditorem

2 alijs potiorem, quod tene menti. Ex hoc ego dico, † quod qñ aliquis

a aliquis vendit rem tanquam tutor,a vel tanquam procurator, quod licet non teneat de euictione,tenetur tamē ſe docere tutorem legitimum,vel procuratorem legitimum,p hanc legem quod perpetuò tene mentu,quia allegaui multies.

ADDITIO

a Alex Tanquam tutor No quod tutor,vel procurator non tenetur de euictione,& vide iſtum tex.no. Bar in l.ſi § & ſi præſ.tam ſup de iure delib.licet aliqui dicāt ipſum non bene dixiſſe.& adde Bar.in l procurator,qui pro euictione.ff.de procu & in l.1 ff.de prætor ſtipul.
Menoch Ruy.conſi 41.nume.primo lib.4.Boe.quæſtio. 80.nume.3.4.q.174.num. 5.in fin.

De patria poteſtate. *Rub.*

LEX PRIMA.

a **Si filium.** a Libertas a patria poteſtate præſcribit longo tempore,hoc dicit in ſummario.

ADDITIO.

a Alexand.Si filium.Et de intellectu huius l.& glo vide Bar in l.a.ſup ſi aduer. rem iudic.&in l.poſt mortem ff de adop.An Iudæi,& Saraceni habeant filios in poteſtate,vide poſt Bar in l.item in poteſtate ff.de his qui ſunt ſui,vel alie. iur. & qualiter probetur patria poteſtas,vide Bal.in l.3.ff ſol.mat.

LEX IX.

Nec filium. Contra negantem ſe filium eſt impoſita pęna p Senatuſcō.& ſunt ītroductę actiones præiudiciales.& pater cogit alere filium maiorem triennio
a minorem autem triennio cogitur mater lactare.a h.d.

ADDITIO.

a Alc.Mater lactare.No.quod mater cogitur lactare filium vſque ad triennium adde quod legitur in cap ſi ſta. de conuer.infidel.& in l.1.ſup.de iota. Fallit niſi mater eſſet ita nobilis,cui eſſet verecundia,arg.l ne pos Proculo.ff de verb.ſignifica. vel quia eſſet paupercula,vt quia vellet lactare extraneos cauſa lucri l.ſed & ſi hæc dicas cum ibi ſcriptis,ad exhib & quod ibi dicitur. intelligas etiam patre inuito. l.2.in prin cum gl.ia ver iuſta cauſa de lib.exhib.vide per Mod in l.ſi cum dotem § ſi autem in ſæuiſſimo.in tex.ibi,omnem talē mulieri,&c. vbi habes no. quod mater de dote tenetur alere filium,quod no.& Bal.in l alimenta.ſup.de nego.geſt.& gl.hic in ver.nomine.& Bar hic & Bal in l.ſed & ſi §.1 ff.ad exhi.vbi hanc l limitat,quod mater non tenetur propter inopiam,& neceſſitatem laborandi.& Bar, in tract.alime.& in l.ſi quis lib § ſi mater ff.de lib.agn.

De adoptionibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

a **Cum in adopti.** a Datus in adoptionem alicui ex aſcendentibus eis ſolis ex teſtamento,& ab inteſtato ſuccedit, vt ſuus: datus vero extraneo ex teſtamento capit quantum ei relinquitur, & non vltra ab inteſta ſuccedit vt ſuus,ſuccedit etiam patri naturali.Item per emancipationem omnia iura adoptionis tollunt, hoc dicit tota iſta lex.

ADDITIO.

a Alex.Cum in adoptionibus & et iſta l & § admonemus.& § at hi.qui.allegantur in gl.dum dicitur filium datum in adoptionem auo materno,non poſſe patri legitimo,& naturali ab inteſtato ſuccedere,ſunt correcti per Auth de hærc.ab inteſta to.§.1 ibi,liberi ſub poteſtatis.fine ſub poteſtate ſunt conſtituti, & addit. §. nulla vero.in d.Auth per quem videtur eſſe concepta iſta lex in caſu econuerſo ad primum ſupra dictum.

De emancipationibus liberorum. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Creatus notarius ab vna ciuitate,vbique poteſt conficere inſtrumenta.*

Si lex. Hic eſt bonus caſus. Qui hēt iuriſdictionē ex lege municipali, pot eam exercere inter volentes,& nō ſubditos,& vires habebit apud omnes h.d. Tenementi hanc legem No. argumen. q
1 † notarius creatus a authoritate cōmuni vnius ciuitatis, poteſt
a facere inſtrumenta in alia ciuitate, quę vires habebunt in omni loco.Facit etiam quod ſi forenſis facit hic teſtamentum ſm formam ſtatut huius ciuitatis,quod valet.Facit etiam ad multa alia,quæ examino plene in repet.l.cunctos populos,de ſumma Trinitate,& fide catholica.

ADDITIO.

a Ale.Notarius creatus.Adde Bar in l nec ei,§.eorum.in fine.ff.de adoptionib.

LEX IIII.

a **Nec auus.** a No.quod beneficia non conceduntur cum alterius iniuria,vt l.2,§.merito.ff ne qd in loco publi. Quæro verum in caſibus illis, in quibus poteſt pater cogi emancipare filium,an iiſdem caſibus econuerſo cogatur filius retinere,vel recipere emancipationem. Glo. hic tenet qđ non.licet in Authen.quibus modis natur.effica.ſui.§.generaliter.In contrarium videtur text. in l.quidam cum filium. ff. de verbo.obliga.& ibi dixi.

ADDITIO.

a Alex.Nec auus.Adde Bal.in l.quamuis.ſup.de fideic.
Pariſ Nec auus.Vide Ia.de Bel.in tract.de queſt.

LEX V.

1 *An infans poſſit legitimari.*

Iubemus. Parentes poſſunt emancipare filios abſentes impetrato reſcripto principis,& eorum accedēte conſenſu,niſi eſſent infantes,quorum conſenſus nō requirit.
a hoc dicit hæc bona lex.Et fui interrogatus a quodā magno ad-
1 uocato de Tuſcia de tali quæſtione. † Bellardus infans fuit legi
b timatus,nūqd valeat talis legitimatio b cum eius conſenſus nō interuenerit? Videtur,quod non,niſi eorum interueniat cōſēſus,vt in Auth.quibus modis nat.effic.ſui.§.illud tamē, ego reſpondi,quod illud debet intelligi ſecundū determinationē huius l.niſi ſit infans,per iſtum tex.quem no.bene, & ſigna.

ADDITIONES.

a Alex Interrogatus.Hanc l.allega. Barto in l.imperium,in primo gradu mixti imperii.ff.de iur.om.iud.in ver fui interrogatus & ad Bar hic,adde Bal.in conſ.ſuo incipien. Præſupponitur,quod dictus Comes Subaudiæ.adde Ang. de Are.Inſt. de adopti.§ ſi & hic adde Barto in l.muti ff.de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.per Aug in diſpu ſua.Nobilis quidam generic.& Flo. de ſan.Pet.in quadam diſputa. per Bal in auth.præterea.de natu.lib.& nn.caſum,in quo illegitimus poteſt legitimari ſine conſenſu ſuo.Adde bonum caſum etiam in quo filius inuitus poteſt legitimari.ſ.in caſu, quo filius occideret in arcam ſuam concubinam, quam pater ſuus vellet in vxorem ducere,tex.in Auth.quibus modis natu.effi.leg.§.licet adde And.Sic.conſi.56.2.lib.
Menoch.Adde D,Alcia.in l.s,nume 27.in ſi ff.de verb. obliga. vbi concordantes allegat.

b Menoch.Legitimatio,Latiſſime Dec.conſi.317.nu.5.6.Cur.ſen.conſi.16.viſo punc̄to.Soc in conſi 97.nu.23.lib.2.

De ingratis liberis. *Rubrica.*

LEX VNICA.

Filios. Filij ſi ſunt ingrati, reuocantur in patriā poteſtatē. hoc dicit.

De poſtliminio reuerſis,redemptis ab hoſt. *Rub.*

LEX III.

Cum agnatos. Nota,quod quando dubitatē an aliquis ſit viuus, vel mortuus,non poteſt adiri hæreditas, ſed interim datur curator bonis.Idem dicit l.ſeq.ſcilicet dum dubitatur,an viuat aliquis, vel ſit mortuus, nihil interim poteſt fieri, De quo in l.ab hoſtibus,ex quibus cauſis ma.

LEX IIII.

a **Nec nos.** a Hæreditas eius,de cuius morte dubitatur,nō poteſt adiri,quod not.&c.

ADDITIO.

a Alex Nec nos.Vide Bar.in l.1.ſup.de pac.& vide no.Bald.in l.an qui rem ſup.de ſacroſan eccle.

LEX VI.

Cum & poſtliminii. Gloſ.in l.obligatione.§.de ſol. quærit vtrum obligatio,& depoſitio facta ab alio non à debitore, liberet debitorē. Gloſ.non determinat.Habetis caſum hic,quod ſic, vt l.qui decem.§.1.ff.de ſolu.

LEX VII.

a **Liber captus.** Nota caſum, & videtur mihi,q Guli, de Cun inter alia alleg.hanc legem, q ſi pater ſoluit pecuniam pro redimendo filio capto à latrunculis, videtur quod poſt mortem patris,fratres poſſunt computare in portionem eius.Hæc lex facit,quod no.Gul.tractat ī l.frater à fratre. ff.de condi.inde.Sed ſi pater ſoluiſſet condemnationem pro filio delinquente,tunc puto,quod eſſet aliud, vt plenè dixi in l.Suchus.ff.de pecu.leg.

ADDITIO.

a Ale.Liber captus Eſt ſingu.ſecundum Bal.in l.alimenta.ſup.de neg. geſt. Quid in fratre,vide Bar.in auth.ſi captiui C.de epiſ & cler.& hanc l.no. Bal.in d.l alimēta.Quod ſi mater redimat filium,& proteſtetur,quod non intendit donare, contrarium tenet in auth.ſi captiui.

Quæ ſit longa conſuetudo. *Rub.*

LEX II.

1 *Populus Romanus,an hodie poſſit facere legem generalem adſcriptam, & expreſſam*
2 *Debemus ſequi quod populus Romanus facit ex certa ſcientia,conſuetudinem inducendo.*
3 *Argumentum de pacto ad ſtatutum,vel conſuetudinē,quomodo procedat.*
4 *Conſuetudo quid ſit,& quas vires habeat.*
5 *Differentia inter legem communem,& conſuetudinem.*
6 *Quæ ſit differentia inter conſuetudinem,& legem municipalem.*

Si eſt

7 *Si eſt factum ſtatutum de caſu deciſo per conſuetudinem, quo iure agendū erit pro illa caſu, an conſuetudinis, an ſtatuti.*
8 *Si quis propoſuit conditionem ex conſuetudine, & non probauit conſuetudinem, ſed ſtatutum, uel econtra, an obtineas.*
9 *Differentia inter conſuetudinem, & ſtylum.*
10 *Quæ ſit differentia inter conſuetudinem, & mores,*
11 *Conſuetudo, & præſcriptio quomodo differant.*
12 *Requiſita ad inducendam conſuetudinem. Binus actus dicitur frequens,*
13 *Conſenſus totius populi, vel maioris partis requiritur ad conſuetudinem inducendam,*
14 *Conſenſus totius populi, vel maioris partis, quomodo colligatur.*
15 *Temporis diuturnitas requiritur, vt inducatur conſuetuda.*
16 *Tempus diuturnum ſiue longum quod dicatur.*
17 *Quare tempus diuturnum requiratur ad inducendam conſuetudinem,*
18 *Certa pars populi ciuitatis, poteſt ex ſua parte conſuetudinem inducere,*
19 *In conſuetudine inducenda, an requiratur actus iudiciarius.*
20 *Quod poſſit induci conſuetuda ſine contradictione.*
21 *Conſuetudo, an induci poſſit per errorem.*
22 *Per conſenſum coactum, an inducatur conſuetuda,*
23 *Si iudex iudicauit pluries contra legem, præſente maiore parte populi, & longum tempus ſit elapſum, an conſuetudo ſit inducta inter omnes.*
24 *Conſuetudo an inducatur ex ſententijs, quę non ſunt mandatæ executioni, & longum tempus ſit elapſum a tempore pronunciationis earum.*
25 *Ex ſententia arbitrorum, quando inducatur conſuetudo.*
26 *Sententia lata inter non ſubditas, quando poſſint conſuetudinē inducere*
27 *Per ſententias reſciſſas, quando conſuetudo induci poſſit.*
28 *Conſuetuda inducta, qualiter in iudicia deducatur.*
29 *Conſuetudo quando debeat in libella allegari.*
30 *Conſuetuda probatur per duos teſtes.*
31 *Qualiter debeat probari conſuetudo.*
32 *Teſtes probantes conſuetudinem, quomoda deponere debeant.*
33 *Iudex non debet ſupplere defectum probationis in vim agendi, nec in vim excipiendi.*
34 *Quando pro conſuetudine, quandoque fuit iudicatum, quandoque contra, an ex prioribus ſententijs erit inducta conſuetudo.*
35 *Si ad probandū conſuetudinem producuntur quatuor teſtes, quorum duo deponunt ſic actum, A. & B. præſentibus, alij T. R. præſentibus, quod non probatur conſuetudo.*
36 *Si bis contra legem eſt iudicatum præſente maiori parte populi, tamen reperitur quod aliquis contradicit, an conſuetudo erit inducta, quod ſic,*
37 *Conſuetudo quando liget infantes, & furioſos.*
38 *Clerici, quando ligentur conſuetudine laicorum.*
39 *Stante conſuetudinis diuerſitate actoris, iudicis, & rei, quæ erit ſeruāda,*
40 *Si populus vtitur contra conſuetudinem, an erit interrupta.*
41 *Statutum, vel cōſuetudo ciuitatis, quando vendicet ſibi locum in caſtris ſibi ſubiectis,*
42 *Conſuetuda ciuitatis, an habeat locum in caſtris ciuitati vnitis.*
43 *Si euenit caſus ſimilis pro parte legi ſcriptæ, & pro parte contrariæ conſuetudini, quod ius attendatur.*
44 *Quando vtrumque ſimile procedit pariter per omnia.*
45 *Conſuetuda quando ſit ſeruanda, & quando non.*

CONſuetudinis. In repe. huius l. j. ſcriptum
ordinem ſeruabo, quia primo cōtinuabo māin ad pcedētia, & ſic ſm Azo. in
ſumma Dictū eſt ſ. de iure ſcripto, ſequitur videre de
iure nō ſcripto ar. Inſt. de iu. nat. §. cōſtat. iō ponit hic hāc rub.
arg. de iur. nat. §. ex nō ſcripto. Scdo diuido legē in duas partes,
in quarū prima Imperator cōſuetudinis authoritatē extollit. In
ſcda eā limitat, & reſtringit. Scda ibi, verū, ſ. Tertio ſic ſumma,
ſm Azo. Io & Gl. Cōſuetudo ſpecialis certi loci, in eo loco vincit
legē cōem, & generalis generalr: nō aūt ſpecialis generaliter
in quolibet loco. Venio ad quartum, ſ. ad caſum io terminis,
quē ponas in genere, & in nube, & ī qualibet parte. Lege p teipſum,
qa facilis eſt. Venio ad quintū, ſ. ad notabilia, q̄ duo colligas
p teipſum, vt ſ. patet in diuiſione legis, & ī caſu ſummario.
Venio ad ſextū, ſ. ad materiā huius legis, q̄ eſt ſubtilis, & profunda,
& prolixa: ſed eā, quā cōmodius potero, reducā ad compēdiū.
Et primo expediam apparatum huius legis per decem contraria,
& quādā quęſtionem in eo formatam ĩ. tractabo. Demū
veniā ad materiam prolixiorem huius legis, & eam per quęſtiones
expediā. Vltimo diſtinguendo, io ea cōcludam, & ero breuiter
expeditus, & certe apparatus exponit finē huius legis tribus
modis, teneas quā vis. Primo vero legem ſic exponas. Conſuetudinis
vſuſque lōgæui, i. cōſuetudinis inductæ ab vſu lōgeuo,
tanquā a cauſa mediata, & remota, vt inf. dicam, ſecundum
Pet. Et ſic patet, quod prima gl. huius legis, quę fuit Irne. eſt falſa.
ibi, verū, i. pro ſed. Item in fi. aut legem, expone legem, ſ. communē
generaliter, i. conſuetudo generalis certi loci, ſecūdum
Azo. & gl. Alias duas expoſitiones, quæ ſunt in apparatu, vide
per te ipſum, qa ſunt claræ. Oppo. glo. primo loco de principio
huius legis ad fi. Ad qđ reſpondet primo, ſecūdum Bulg. quod
principiu aſſerat ī genere, finis in ſpē vetet, & ſic deroget prio.
nō abroget. arg. ff. de ver. ſig. l. derogatur, quod nō eſt bene tutū,
cum debeamus correctionem legum particulariter, & generaliter
euitare, vel pcipimus. in fi. ſ. de app. & ī Auth. quib. mona
effi. ſui. §. trib. coll. 7. cū ſim. ſm Io. ſm hāc cōdicimus, vt patet
ff. ad Ter. l. 1. §. q operas, ergo male, quare gl. ſoluit ſcdo mō, videlicet
q principiū legis loquaī de cōſuetudine, q̄ eſt ſm leges
finis vero de illa. q̄ eſt cōtra legē. Quæ ſolutio nō eſt bene tuta,
cū tota iſta lex loquaī vniformiter de eadē conſuetudine, vt patet
ex aduerſatiua, & cōtinuatiua ibi, verum, & e. ar. ff. de leg. 1. l.
apud Iulianū. §. fi. & de teſt. l. hęredes palā, § ſed & ſi notā. & qđ
no. ff. de don. l. 2. circa princ. & l. eleganter. ff. de dolo. Quare gl.
ſoluit tertio modo, ſecundū Ioan. quod principium loquitur
de cōſuetudine generali, quę generaliter vincit leges: vel ſpeciali,
q̄ ſpecialiter. Finis vero de ſpeciali, quę non vincit generalr.
facit quod ſtatim dicā in ſolutione ſequentis contrarii. Secundo
op. gl. ad finem huius legis de l. de quib. in fine, ff. de le. Solu.
multis modis. Primo ſecundū Plac. q d. l. de quib. loqtur ſecūdū
tempora antiqua, ſecundum quę populus. Rom. poterat facere
legē generalem, ergo & conſuetudinem generalem contrariam
legi. & illam contrariam legē tollentem: hęc lex loquitur,
ſecundū tempora moderna, ſecundū quæ populus Romanus
non poteſt legē generalem facere, ergo nec conſuetudinē
contrariā illam vincentem. Ad hoc ſupra de vete. iur. enucl. l.
1. §. cū enim. & de legib⁹. l. fi. Inſt. de iure natura. §. ſed & q ptincip.
& ff. de ori. iur. l. 1. §. nouiſſime, & de cōſt. princip. l. 1. ī princip.
Quod non videtur bene dictū, quia ſecundum hoc d. l. de
quibus eſſet derogatū, ſeu abrogatum per l. ſeq. qđ io caſu dubij
dicere non debemus, vt dixi in ſol. contrarij pcedentis. Prę
terea Gul. de Cun. io d. l. de quibus, illud impugnat, & aīt ſatet
quod in principē tranſlata eſt poteſtas condendi legem expreſſam,
& ſcriptā, non autem conſuetudinariam, quæ in eum nō
potuit transferri, cū procedat ex tacito cōſenſu, argumen. ff. ad
Trebel. l. ſi patroni §. q fideicōmiſſariam, & ſic dicit hodie populū
Roma. poſſe facere conſuetudinem generalem, cum poteſtas
ipſius l. cōſuetudinariæ inducēdę nō ſit tranſlata in principē,
& ſecundū hoc d. l de quibus hodie remanet in ſuo ſtatu,
7 quod placet Mart. Sili. vbi dicit hodie †populum. Roma. legem
poſſe facere generalē, ſcriptam, & expreſſam, de quo hic nō inſiſto,
quoniā plene eſt tractatum in l. fina. ſupra de legibus, &
cōſtitutio. Sed cōtra prædicta inſtatur, nam non debemus ſequi,
quod populus Romanus fecit, ſcilicet vtēdo moribus contra
legē, ſed quod facere debebat, ſcilicet vtendo lege communi,
vt l. pe. ff. de iuſt. & iur. & l. ſed licet. ff. de officio pſi. Sed glo.
ibi, & Inſt. de ſatiſd. §. fi. ſic reſpōdet, & bene; videlicet, q nō debemus
ſequi illud, qđ populus Romanus facit perperam, & erronee,
vt in cōtrarijs, & l. quod nō ratione. ff. de legi. Sed bene
8 †ſequi debemus illud, qđ populus Romanus ex certa ſcientia
fecit conſuetudinē inducēdo, vt d. l. de quibus. Ratio, quia Roma
eſt cōmunis patria. ff. ad mun. l. Roma, & eſt caput Mundi,
ſic alię Ciuitates debent ſequi ipſius conſuetudinē, non autē
ipſa aliarum Ciuitatum, vt d. §. fi. Inſt. de ſatiſd. & l. j. §. 2. & §. ſed
& ſi quę. C. de vete. iur. enuncle. vnde illud vulgare.

Roma caput mundi, tenet orbis fręna rotundi,

Facit, qđ notat Innocen. extra, de conſuetud. capitu. pen. &
de conſtitutio c. cum acceſſiſſent. quare gl. ſecundo modo ſoluit
dictū contrarium, ſecundum Mar. videlicet, quod d. l. de quibus,
loquebatur de l. municipali ſpeciali, lex iſta de cōi, quę eſt
validior, vt in Auth. de non alie. §. quia vero veriſimile. ff. de teſta.
mil. l. eius militis. §. militia. ff. de actio. & obligatio. l. ī honorarijs.
ver. ſed cum reſciſſa. Quę ſol. eſt falſa, quia d. l. de quibus loquitur
expreſſe in l. communi, & generali Quare gl. ſoluit tertio
modo, ſecundum quoſdam, quod dicta l. de quibus, loquitur
in legibus quibus poteſt derogari per pactū. hic in illis, quibus
nō poteſt, de quibus caſibus plene no ſ. de pac. l. pen. ff. eo.
9 l. pactū. Ratio pro eis, †quia conſuetudo ęquiparatur pacto, qa
vtrūque procedit ex conſenſu populi, vt d. l. de quibus, & ff. de
pact. l. j. in princip. Pro illa ęquiparatione facit, qđ not. infra de
decr. Decurio ſuper rub. lib. 10. Sed contrariū no. de re. iur. l. neque
pignus. §. priuatorū, & l. nec ex prętorio, eo. titu. ubi Iac. de
Are. ſic dicit; qđ aut ſtatutum. ſiue conſuetudo, eſt contra ius
naturale, vel gentiū, & tūc dicta parificatio procedit, & ſic intelligitur
gl. dictę rub. Aut eſt contra ius ciuile, & tunc ſecus; immo
plus poſſit ſtatutū vniuerſitatis, quam pactum, vt in alijs gl.
Sed op. in hoc vltimo mēbro de l. Anthiochen. ff. de priui. credi.
Sol. Ibi lex municipalis in ſui forma nō eſt cōtraria iuri alterius,
ſeu cōmuni, alias ſecus, vt ibi dixi Secundo opp. de l. fin. ff.
de col. illi. Sol. Ibi ſtatutū vniuerſitatis eſt expreſſe probatum p
legē, ſeu pactum, hic ſecus, vt ibi dixi, arg. de ſacroſ. eccle. auth.
caſſa. & qđ ibi dixi. Vel dic, q dicta ęqparatio pcedit cęteris paribus.
videlicet, quod idē poſſit ſtatutum, ſiue cōſuetudo vniuerſitatis,
quod eius pactū, & non plus, vt dicit gl. rub. ſed cęteris nō
parib. non procedit, immo plus poteſt ſtatutū, ſiue conſuetudo
vniuerſitatis, quā pactum priuatorum. Ita loquitur alia gl. ff. de
re. iur. l. neque pignus, §. priuatorū, quę ſol. impugnatur per gl.
quæ dicit q plus poteſt conſuetudo, quam pactum, quod patet,
qa pactū nō ligat furioſum, pter defectū ſenſus, vt ff. loc. l.

qui ad certum cum ſimilibus. Conſuetudo autẽ maioris panis
ſic, arg. ff. ad mun. l. quod maior. ſed dic, vt ſupra, diai proamẽ,
& facit qđ j. dicam. Ioan. vero dicit, quod prædicta parificatio,
& dicta regula procedit in electionib. & in bis, quæ ſingulorũ
prodeſſent vtilitatibus videlicet ad hoc, vt vniuerſitas poſſit ↄ-
ueniri requiritur, vt maior pars faciat ↄ̃ctum, vel obligationẽ
aliquam, non autem, vt aliquis obligetur ignorans, vt ↄueniat
ſingulariter. etiam ſubdit, ꝙ hæc ↄſuetudo patrimonio ſingulo
rũ detrahit, & aliquando obligat, quod facere non pôt pars ma
ior. oã ſi millies ↄſentiat pars maior, vt ego alicui teoear, oon
propter hoc tenebor. Sed ↄ̃ hoc opponitur, quod ↄſuetudo vni
uerſalis pôt iuri priuatorum detrahere, & derogare, vt ff. ↄmu-
nia præd. l. vẽditor. § ſi ↄſtat. & no. ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali.
iur. l. 2. §. 1. Sol. Illud ↄtingit propter publicam vtilitatem, & qa
ille priuatus ſeruatur indemnis, ſ. quia ſoluitur ſibi pretiũ ſuo-
rum lapidum, ex quo colligitur eius tacitus ↄſenſus, ſm Inno.
eẽ, de ↄſu c. 1. ſm Ioan. ẽt prædictis ob. ff. quod quiſque iu. l. j. &
quod ibi no. Sol. quod ibi inducitur exceptio, vt patet in exem-
plis ibi notatis, & ſic præſupponit̃ exceptio hic, & actio, vt hic,
& in exemplo Ioan. ar. ff. ſi cer. pet. l. eius, q io ꝓuincia. §. quas ve
ro. & de act. & ob. l. Arrianus Nec ob. ꝙ no. in d. §. 1. in gl. ꝙ ſcit,
&c. in quęſtionibus ibi formatis, quia illud eſt ꝑ authoritatem
ſenteouę, ar. ff. de iud. l ſi prætor. in prio. & de p:g l. ſi fundus §.
ſi pluris. & mã. l. ſi fideiuſſ. §. in oĩb. ff. ad Treb. l. ſi ſeruo iouito.
§. cũ prætor. ff. de reg. iur. l. res iudicata Quare gl. ſoluit quano
modo. ſm alios, videlicet, quod ibi lex ſcripta nõ crat roborata
conſuetudine, hic ſic, ar. ſup. quando liceat ab empti. diſce. l. 1.
& 2. q̃ ſolutio nõ placet, quia diuinare eſt. Quare gl. ſoluit alio
modo, ſcilicet, ꝙ ibi bona cooſuetudo, hic mala. Quæ ſolutio
non valet, tũ quia ſecundũ eam hæc lex non baberet dubium,
tum quia talis ↄſuetudo, oon eſt cõſuetudo, vt io Auth. vt nul-
li iud. §. 1. contra l. quod Labeo. ff. ad Carb. tum quia quælibet
conſuetudo rõnabilis præſumitur in dubio ex moribus viuẽ-
tium comprobata, vt ſupra, e. l. 1. & d. l. de quibus, & d. §. ea non
ſcripto. Quare gloſ. ſo uit, alio modo, ſcilicet, quod ibi populus
Romanus ex certa ſcientia vtitur ↄ̃ legem, hic ignorãs, ſed gl.
damnat eam, ne ſit melioris conditionis populus delinquens q̃
non delinqoens, vt l. non ſolom. ff. de noxali cum ſimilib. Qua
re gl. ſoluit ſeptimo modo ſecundum Ioa. & Azo. videlicet qđ
ibi eſt conſuetudo generalis populi Rom. & ſic geoeraliter vin
cit, hic de ſpeciali alicuius loci, quæ licet io eo loco ſpecialiter
vincat legem, vt d. l. veoditor. §. ſi conſtat. & de admio. tuto. l. ſi
ſine bærede. §. Lucius, oõ tamen generaliter vincit, vt hic. Alij
ſolnunt alio mõ, qđ hęc lex loquatur de l. repugnãte, & reſiſtẽ
te conſuetudini, & ratione naturali cootraria conſuetudini, q̃
cooſuetudo legem tollere non pôt, vt infra dicam, quæ ſolnuo
noo placet, quia diuioare eſt. Tertio opp. gl. de l. 3. §. diuus. ff. de
ſepul. vio. Solu. Ibi lex ſequitur conſuetudinem, io l. de quibus
præcedit eam. Sed ↄ̃ iſtam ſol. debet ioſtari de l. fi. ſupra de teſt.
& extra, de cooſu. c. 1. li. 6. Sol. ſecundum Moder. in §. diuus. ap-
paret ex forma dictę legis, latorem eius ſciuiſſe conſuetudinẽ
præcedere, in contrariis non. Ioan. Monac. aliter ſoluit in d. c.
1. videlicet, quod in d. §. diuus, erat lex inuenta ratione publicæ
vtilitatis, & ideo tollit conſuetudinem pręcedentẽ, alias ſecus,
vt in contrariis, vt recitat. Cyn. circa finem huius materiæ. Ber.
aliter ſoluit, extra, de fid. inſtrumen. cap. paſtoralis. Aliter Arch.
& Ioao. And. in d. capitulo primo de qoibus ſolu. nõ curemus,
ſed ipſis Canoniſtis relinquamus. Sed ego ſic ſoluo, quod in d.
§. diuus, conſuetudo præcedens erat contra legem, vnde lex ſe
quens de facili trahit eam ad ſoam naturam, argumen. ff. de li-
ber. & poſth. l. filios a patre. §. filiusfa. de pac. l. ſi vnus. § pactus,
verſic. quod & in ſpecie. In cõtrario, ſcilicet in d. c. erat præter
legem, & ſic fortior, vt in d. §. quia vero veriſimile. in Auth. de
non alie. cum ſimilibus. Nec huic ſolutioni ob. d. l. fi. ſupra, de
teſt. quia vel illud ſpeciale in ruſtico, vel tollit conſuetudinẽ ꝑ-
cedentẽ, vt d. §. diuus, non aũt futuram, vt d. l. fin. & ibi diai, ar.
ſ. de teſta. l. iubemus, ĩ fi. cũ ſimilibus. ff ad l. Fal. l. Titia, & quod
no. ſupra de fideicommiſ. l. cũ virum. Quarto opponit gl. de l.
cos. §. pen. ſupra de vſuris. Et ſoluit, q̃a ibi ↄſuetudo erat expreſ-
ſe reprobata per legem, vt d. l. de quibus, argumen. ſupra de ſa-
croſan. eccle. auth. caſſa de fur. autben. nauigia. & communia
de ſucceſſio. authentica, omnes peregrini. ff. ad legẽ Rhod. de
iactu. l. deprecatio. Quinto oppo. glo. de l. quod non ratione. ff.
de leg. Solu. in l. de quibus. ſuit cõſuetudo inducta ex certa ſciẽ-
tia populi, & ſic eſt regularis, in l. quod non ratione, per errorẽ,
& ſic irregularis eſt, ꝙ infra, in quæſtionibus latius declarabo.
Sexto oppo. gl. quod populus vteodo cõtra legem ex certa ſciẽ-
tia delinquit, & punitur extraordinaria pęna, vt l. ſanctio legu.
ff. de pęn ergo talis conſenſus irrationabilis non debet produce
re rationabilem conſuetudinem, vt in Auth. vt nul. iud. §. 1. ad
quod reſpond. gl. quod hoc procedit ex præſumpta ſcientia, &
conſenſu Imperatoris, & non ex errore Non curo de hoc, quia
ipſe præſumitur ſcire, & ſciuiſſe, vel poteſtatem inducendi cõ-
ſuetudinẽ pupulo cõcedere, vt l. omnium. ſ. de teſta. & ſic con

ſenſiſſe ꝑſumitur cõſuetudinẽ tanto tẽpore patiẽdo, argumen.
ff. de verbo. obligatio. l. alienationis. In prin Ad hoc optime facit
lex ſequẽs ſecũdũ voũ intellectũ, & ff. de exerci. l. 1. §. magiſtrũ.
& ff loc. l. cũ in plures. §. locator. Septimo op. de l. obligationũ ſe
re. §. placet, ff. de act. & obligatio. Solu. ſecundũ Io. Mona. extra,
de conſue. ſup rub. lib. 6. ſcilicet, quod ibi cõſenſu priuatorum,
hic vniuerſitatis, lapſu tẽporis cõfirmatur. Itẽ op. de c. ſuper eo.
extra, de cogna. ſpiri. Sol. Ibi erat cõſuetudo cõtra legẽ, hic præ
ter legẽ. Vel ſol. vt ſ. in ſol. ſecũdi contrarii l. de quibus Deinde
4 veoio ad q̃ſtiones. Primo q̃ro, † quid ſit conſuetudo Et reſpon-
det Azo in ſumma huius ti. & dicit, quod conſuetudo eſt ius
nõ ſcriptũ, diuturnitate populi moribus comprobatũ. Ad hoc
d. l. de quib. §. inueterata, & d. §. ea nõ ſcripto. Iac. de Are. repre-
hẽdit iſtã diffinitionẽ, tũ quia ponit in ſua diffinitione verba ſu
perflua, dũ dicit, quod conſuetudo eſt ius non ſcriptum, dicens
quod illa verba ſunt ſuperflua, quia de eſſe cõſuetudinis eſt eſ-
ſe nõ ſcriptũ, quod infra dicã. Itẽ repreheudit eã de inſufficien-
tia, videlicet minus ſufficienter diaiſſe ſicut alias Scæuola repre
bendit conſiliũ Galli, in l. Gallus §. 1. 2. & 3. de libe. & poſth u. &
ipſam ſic diffinit. Conſuetodo eſt ius moribus, uel uſib. totius
populi, vel maioris partis initiatũ, continuatũ, & conſtitutũ, ha
bẽs legis authoritatẽ. Quæ ſingula Cyn. probat in lec. ſed oon la
borat in eius recitatione, quia fateor ei, quod hæc diffinitio eſt
plenior, & perfectior, quã diffinitio Azo. quoad verba, ſed defi
cit ſolũ in vno, videlicet, quod omitent nõ ſcriptũ, ꝙ Petr. eius
diſcipulus ponit in ea, ad differentiã iuris ſcripti. Sed certe excu
ſo Azo. & bene dico, quod diffinitio ſua eſt ꝑfecta, dum dicit,
ꝙ conſuetudo eſt ius, quod verbum habet includere omnia eſ-
ſentialia conſuetudinis, nec conſuetudo erit dicenda ea, quæ
eſt imperfecta, & ſic nõ erit ius, argumen. ſupra de leg. l. huma-
nũ, & de Iuſt. Cod. enr. fir. in princip. & ad Syllania. l. pen. Nam
nihil dicitur eſſe perfectũ, niſi omnibus ſuis partibus conſtet, vt
l. 1. cũ ſim. de orig. iur. Hoc probatur etiã ea diffinitione iuris,
vt ff. de iuſt. & iu. l. 1. §. ius. cũ ſua gl. Hoc probatur etiam, quia il-
lud cõprobatum ſignificat tempus perfectum, & legitime con-
ſummatũ, vt ff. quod quiſque iur. l. 1. § hæc autem verba, & §. fi.
& ar. ne quis eũ, qui in ius vo. l. pen. §. docere. cũ ſimili. Sed opp.
contra Azo. quia cõſuetudo videtur factũ, & nõ ius, vt extra, de
cõſtit. c. 1. li. 6. & d. l. de quib. Nã quid intereſt, an ſuffragio popu-
lus voluntatẽ ſuã declaret, an reb ipſis, & factis, &c. So ibi con-
ſideratur cõſuetudo prout eſt in fieri, hic prout eſt in facto eſ-
ſe, quæ ſol nõ eſt bona, quia in ↄ̃r is conſuetudo conſideratur,
prout eſt in facto, nõ prout eſt in fieri, vt ibi patet. Quare Cyn.
aliter ſoluit, ꝙ ibi loquitur reſpectiue, ſcilicet reſpectu iuris ſcri
pti, ꝙ patet in dictis iuribus. Et ratio eſt, quia hic verſatur magis
factũ, ſ. mores populi, & frequentia vſus, & diuturnitas tẽporis,
vt ibi patet in d. l. de quibus. Facit, ꝙ infra dicam, & quod no. in
5 d. l. proxi. Secũdo quæro, † quæ ſit differẽtia inter legẽ commu-
nẽ, & cooſuetudinẽ. Cõmunis eſt reſponſio, quod ſit tãta diffe
rentia, quanta ioter ſcriptũ, & nõ ſcriptom, quia ſcriptũ, eſt de
eſſe legis, oõ ſcriptũ de eſſe cõſuetudinis, vt Inſt. de iure nat. §.
ↄſtat. & §. ex nõ ſcripto. & d. l. de quib. & l. imo. co. ti. Petrus hoc
impugnat, quia dicit, quod ſcriptũ nõ eſt de eſſe legis, nec eniꝫ
nõ ſcriptũ de eſſe conſuetudinis. Dicit ergo, quod tãta eſt diffe-
rentia inter ea, quãtũ inter expreſſum, & tacitum, ſic intelligũt
dicta iura. Certe hoc vltimũ dictum Petri reprobo, & primum
approbo, & dico, ꝙ ſcriptũ eſt de eſſe legis, vt no. ff. de leg. l. ſi de
interpretatione. & ſ. de leg. l. 1. & ibi hoc approbaui ↄ̃ Pet. & per
conſequens non ſcriptum eſt de eſſe conſuetudinis, vt patet ſ.
in proa. q. ſm diffinitionẽ Azo. & per conſequens nooeſt vera
6 ẽt ſecunda dr̃ia, quã aſſignat Petr. Tertio quęro, quę † ſit dr̃ia in
ter conſuetudinẽ, & legem municipalem. Certe Pe. rñdet, idẽ
quod in q. proa. præcedente. & ego reſpondeo idẽ per omnia,
quod placet, quia iſta retinet ſemper ſuũ nomen, & appellatur
conſuetudo, illa vero nomẽ ſuũ mutat, & appellatur lex ſpecia-
lis, vt patet Inſt. de iur. nat. §. ius. & §. ea nõ ſcripto & ff. de iuſt. &
iu. l. omnes populi. & quod cuiuſque vnio. oom. l. itẽ eorum. in
prio. de mun. & hono. l. i. & ibi no. ĩ ver. ciuitatis, & de iu. immu
l. ſemper. § legẽ. & de decre. ab or. fa. l. fi. cum ſimilib. Iuxta hoc
7 q̃ro, † pone, quod vniuerſitas facit l. municipalem, ſeu ſtatutũ
de caſu deciſo per conſuetudinẽ, quo iure agendum erit pro il
lo caſu? Seruãt quidã, quod actor poſſit eligere, quo iore agere
velit, vtrũ condõne ex cõſuetudine, an ex lege municipali. Dic
ex lege municipali. arg. ff. de leg. l. nõ eſt nouũ, & de ſe. 1. l. ſi mi-
hi, & tibi, §. fi. q̃ leges nihil faciunt, quia ibi loquitur in voluntati
bus non ſe cõpatientib argumen. l. ſed & poſteriores. ff. de legi-
bus. & quod ibi no. Petr. hoc impugnat dicens, quod ſolũ debet
agi cõdictione ex conſuetudine, quæ primitus illam obligatio-
nẽ ioduxit, cum ſit ſubſidiaria, vt ff. de cõd. ex lege. l. 1. & proba
tur per ſimile. Certũ eſt, quod vbi donatio fit nudo pacto, agen
dũ eſt condõoe ex lege, vt infra de don. l. ſi quis argentum, & l.
3 *Pater mortua vxore, ſi incipit male vti ſubſtantia, & an filius habeat remedium l. vbi adhuc. remiſſiue.*
4 *Reſtitutio tantum reſtituit, inquantum id, aduerſus quod reſtitutio petitur, abſtulit.*
5 *Teſtamentum filij patre reſtituto, non tamen reuerſo non valet.*
Pater improbata vita non poteſt filio impuberi ſubſtituere pupillariter,
6 *Teſtamentum filij, qui mortuus eſt antequam reſtituatur pater, patre reſtituto, an extinguatur. & nu. 8.*
7 *Bannitus reſtitutus, an recuperet bona alienata.*
9 *Teſtamentum filij capti ab hoſtibus, an extinguatur, ſi filius deceſſit antequam pater reuertatur.*
10 *Fictio, quæ retrotrahitur, non requirit duo extrema habilia in his, quæ fingit per quandam conſequentiam.*
11 *Statuto ſtante, quod banniti rebanniantur, iſtud rebannire habetur pro reſtitutione.*
12 *Statutum quando poſſit famam reſtituere.*

In queſtione. Lex noſtra eſt difficilis. Primo ponit vnam quæſtionem. Secundo ponit aliã ex cuius determinatione apparet ſolutio primæ. Tertio ponit aliã. Quarto ponit aliã q̃ſtionem. Quinto, & vltimo ponit vnã concluſionem vniuerſalem ad ꝓcedẽtia. Secunda ibi, remotis. Tertia ibi, ita tamen. Quarta ibi, quibus. Quinta ibi, ideoq; tãtũ. Breuiter hoc intendit. Vltima voluntas filii facta patre exiſtente in deportatione, irritaĩ patre reſtituto, quia in eius reincidit poteſtatẽ. Secus in contractibus inter viuos, & tutelæ datio etiam ſecu, ſi pater habuerit bonos mores, aliàs ſecus, & quod abſtulit deportatio, hoc reſtituit reſtitutio hoc dicit. Prima particula legit tribus modis, pone ſecundum lect. Io. ꝙ loquit de teſtamento facto per filium, patre exiſtente in deportatione. aliàs lectu. examinabo circa ꝯria, ibi, feciſſe. ſubaudi dubitatur, an reſtituatur. Rñdet quod non. quia reincidit in poteſtatem, vt patet in q. ſeq Sequitur, & remotis Vlpiani. Ad euiden. huius ſecundæ partis præmitte, quando teſtator reincidit in alterius poteſtatem, teſtamentum euaneſcit, vt Inſt quib. mod. teſt. infir. §. alio Hoc præmiſſo, forma caſum ſic. Ad determinationẽ precedẽtis queſtionis eſt neceſſe, quod ſciamus, vtrum patre reſtituto filius reincidat in poteſtatem. Ad quod reſpõdet Imperator qđ ſic, remotis opi. Ex hoc apparet ſolutio q̃onis propoſitę, quod teſtm̃ filij irritatur, vide literã Sequitur, ita tñ vt geſta. In hac tertia parte ſic forma caſum. Vidi quod teſtm̃ irritatur, qđ de ꝯctib. inter viuos factis a filio, illo medio tempore? Reſpõdet Imperator, quod illi ꝯctus non irritantur, ſi filius erat maior ętate, quia pro certo, illo medio tempore filius erat ſui iuris. Nec eſt dicendum, quod ſtatus eius eſſet in pendenti, illo medio tempore, ſed ſi filij eſſent minores, tunc poſſunt irritari de iure ex beneficio, quod conceditur minorib. h. d. vide literam. Sequitur, quibus &c. & iſta quarta pars eſt clara. Sequitur, ideoq; tantum. Hic incipit quinta particula, quæ eſt clara Ad primam partẽ op quod ibi, qõ, quę propoſita eſt de teſtõ, non ſoluitur, quod malè contra primam conſtitutionem. C. §. quibus. Huius timore legitur iſtud principium trib. mod. Vno modo, quod hic loquitur de teſtamento facto per filium poſt reuerſionem patris, & iſta lect. tangitur in 3. gl particula, & fuit additio. vnde libri antiqui non debent eã habere, & eſt ſuper ver. remanente. Secundum iſtam lectu. apparet ſolutio manifeſta, quia teſtamẽtum factum ab eo, qui eſt in poteſtate alterius, non valet, vt l. q in poteſtate. ff. de teſta. & l. pe. §. qui teſt. fac. pol. Hęc lex nõ placet. Primo, quia non habet dubium. Secundo, quia totus tex. q ſequitur, vĩ dubitare de his, quę fecit filius illo medio tẽpore, quo pater erat deportatus. Præterea vĩ contra tex hic, qui dicit, feciſſet, quod eſt temporis præteriti pluſquam perfecti, & text. ibi dum dicit, redeunte, quod eſt temporis præſentis, ergo innuit, quod cũ pater reuertebatur, erat factũ teſtm̃, & illa lec. eſt verior. Sed adhuc remanet ꝯrium, quia iſta qõ non vĩ ſolui in tex. In hoc ſunt duæ opin. Vna fuit Irner. & Cyn. qui dixerunt quod reſpondetur ibi, ita tamen, vt geſta, &c. Et ſm hoc qõ ſoluitur, quod patre reſtituto, teſtamẽtum remanet validum. Iſta opi. non eſt vera, quia teſtatore reuertente in patriam poteſtatẽ teſtm̃ extinguiĩ, vt Inſt. quib mod teſt. infir. §. alio. & ſ. dixi. Præterea, nõ poteſt dici, quod in ver. ita tamen, ſoluatur hæc quæſtio. Nam ibi dĩ, geſta per filium: ſed verba geſſerunt, nõ ptinẽt ad ius teſtandi, vt l. verba ꝯxerunt. ff. de ver. ſig. Vnde ſuperuenit op. Io. Teutonici, qui teſtm̃ dixit irritũ, & ſic ad qõnẽ ꝓpoſitã tacite rñdetur per ſolutionẽ ſecũdæ qõnis, dum dicit quod reincidit in poteſtatẽ, vt ſ. dixi, ponendo caſum, & iſta lect. eſt vera. Ad ſecundam particulam opp. quod filius non reincidat in poteſtatem, vt ſ. e. l. inſulam. Sol. Ibi fuit conceſſa indulgẽtia, hic reſtõ. Sed ꝯ hoc op. de vlti. parte huius l. ibi, ideoq; tm̃ ad reſtitutionem indulgentia valeat. Gloſ. exponit ibi, indulgentia. id in eſt, inte. reſtõ. Vel dic, quod vtrumq; expreſſit ibi Imperator, ſ. indulgeo reſtituẽdo te in integ. vel indulgeo & reſtituo. Et 1 pro huius declaratione dicas, † q̃ſque Imperator concedit ſimpliciter indulgentiam, tunc filius in poteſtatẽ nõ reincidit, vt ſupra eo. l. inſulam. Quandoque concedit indulgentiam cum aliquo adiuncto, & tunc eatenus vltra indulgentiã extenditur, quatenus adiunctum importat, vt ſup. eo. l. pater. Quandoque a Imperator reſtituit, a & tunc aut concedit reſtitutionem ſimpliciter, & omnia reſtituta videntur, vt ſup. e. l. 1. Aut reſtituit cum limitatione & eatenus reſtringitur reſtõ, quatenus importat limitatio, vt ſupra eo. l. 3. Quandoque Imperator concedit indulgentiam, & reſtitutionẽ, tunc omnia vĩr reſtituta, vt hac l. niſi aliud ſit expreſſum. Venio ad tertiam partem, dicitur hic, ꝙ filius erat ſui iuris, & ſtatus eius non erat in pendenti. cõtra Inſt. quibus mod ius pa. po. ſol §. ſed & ſi ab hoſtibus. Solutio. Dico quod ſtatus filii non poteſt eſſe in pendenti reſpectu præſentis ſtatus, quia vel eſt ſui iuris, vel in poteſtate. Sed reſpectu eius, quod euenire poteſt, poteſt eſſe in pendenti. Nã poteſt eſſe dubium vtrum pater captus ab hoſtibus reuertatur, vel non. Vtrũ autem aliud poſſit eſſe in pendenti, & qualiter, dic vt l. vſusfructus. ff. de ſtipula. ſeruo. & l fina. comm. prędior. Venio ad quartã particulã, hic diciĩ, quod filio deportati datur tutor, ꝯ in l. mu

tuo

ADDITIO.

a Alex. Quandoque Imperator reſtituit. No differentiam inter indulgentiam, & reſtitutionem. Et adde quod aliud eſt Principem liberare aliquem a pœna, ſeu indulgere ei pœnam, & aliud ipſum reſtituere. quia primo caſu non recuperat bona, ſecundo ſic, vt hic, & de generali abolitione, l pen. & l fi. iuncta l. 1. & 2. ſupra, eo. Et idem tenet do. Io. in l. ſi marito. in prin. ff ſol mat & vide omnino. Bar. to. in l 1 §. ſi quis vlt. ff. de quæſt. & quod ibi dixi. Quid ſi notarius fuit depoſitus ab officio. vide Bal. in l. nihil de manumiſſ. Et no. differentiam inter indulgentiam, & reſtõnem, vide Bal. & Imo in l. liber homo § ſi hæres, Inſtit. de hæred. inſtitu.
• Men. Cur ſen. conſi. 5 e. col. fi. in fi. Maria. Soci. ſen. conſi. 32. col pen. in princ. lib. 1. & Ruy. conſi 86. nu. 6. lib 5. Bolog conſi. 70. col. 1.

tuo.§ ſi ff de tut Solu ibi loqr̃ in filio eius, q erat captus ab hoſti
a ſtibus cui nõ põt dari tutor, qa ſtatus eius eſt in pendẽtia reſpe
ctu eius, ꝙ euenire põt de iure cõmuni, ſ. ſi pater reuertaĩ ab
hoſtibus vel nõ. hic loqr̃ in filio deportati cuius ſtatus nõ dicĩ
eſſe in pendenti, quia pater eius non põt reuerti niſi ex ſpeciali
priuilegio, & ſpeciali iure, ſ. priuilegio Principis, qa in his quæ
fiunt ex priuilegio Principis. vel de iure ſpeciali, nõ dẽt ꝯſide-
rari ꝙ euenire põt, vt l. 4. §. 1. de fideic. lib. Itẽ cũ non poſſit fieri
niſi p vnũ, ſ. Principem, reputaĩ impoſſibile, vt l. idẽ Iulianus.
a §. 1. ff. de le. 1. Op. dr̃ hic, ꝙ † ſi pater nõ hẽt bonos mores, rema
net tutor datus ei. Cõtra, dic, q eſt in poteſtate, nõ põt hr̃e tuto-
rẽ, vt Inſtitu. de tutel. in princ. ſed ille filius reincidit in poteſta-
tẽ, ergo &c. Solu. Hic eſt caſus ſingulariſſimus, in quo filius in
b poteſtate [b] hẽt tutorẽ, nec credo ꝙ ſit alibi & hoc ẽ ꝓpter duo.
Primo, qa tutor fuit ſibi datus tẽpore, quo potuit ſibi tutor dari
Itẽ qa pater non hẽt bonos mores, & diſſipat bona filii. Sed ſi
primũ tantũ interueniſſet, tutelę datio euaneſcit, vt hic dicitur, ſe
c cus ſi ſecundum tantum, quia pater bona filii dilapadaret, & ſi
qdẽ dilapidatio eſt talis q̃ nõ impedit quin filius poſſit recupe-
rare cum erit a patria poteſtate liberatus, puta, quia uendidit
poſſeſſiones ſuas, quas poſtea filius poterit vendicare, tunc pro
pter hoc patri adminiſtratio non interdicir̃, vt l. 1. ſupra de bõ.
ma. Sed ſi dilapidatio eſſet talis, contra quã filio non poſſet eſſe
conſultum, vt ſi in bonis filii eſſet pecunia quam conſumit, vt
pateret domos, & ꝑdia filii deſtrui, vel uendi, vel annullari tũc
auferẽ ei adminiſtratio, & darẽ curator bonis filii, ſi eſſet filius
minor, argumen. huius l. Imperator. ff. ad Treb. & l. ſi cum do-
tem. § eo autem tempore ff. ſolut. matrimonio. Facit ſupra de
bonis. quæ liberis l. fin. § ſin autem patre. Ex hoc tetigi quandã
quęſtionem, quam poſui in repe. l. ſi ꝯſtante in principio. ff. ſo
3 luto matrimonio. cum quęrit, † an mortua vxore ſi pater inci-
pit male vti ſubſtantia ſui filii. habeat remedium. l. vbi adhuc,
& l. ſi ꝯſtante. Dic vt ibi. Per hunc ẽt no. tex. dico in materia pu
pillaris ſubſtitutionis, ꝙ ſi pater nõ hẽt bonos mores, ſed eſt im
probatæ vitę, non põt filio pupillariter ſubſtituere. Si enim ei
denegaĩ pupillaris adminiſtratio in vita, quæ eſt minor, multo
magis denegabit ſibi ne ei faciat teſtamentũ in morte. Dic vt
ibi dixi in l. a. de vul. & pup. Venio ad vltimam partem, ex qua
4 nota ꝙ † ſemp reſtitutio tantum reſtituit, quantum id, aduer-
ſus quod reſtituit o petiĩ, abſtulit. Facit ad hoc. ff de procorato.
l. q proprio §. item quęrir̃, & quod ibi nota Non habetis hic alia
circa contraria. Venio ad quęſtionem, quęro quid ſi filius fe-
cit teſtamentum, poſtquam pater eſt reuerſus Reſpondeo, non
5 valet ab ipſo initio. vt ſ. dixi. Quæro quid † ſi filius fecit, teſtamẽ
tum poſtquam pater eſt reſtitutus antequam tamen reuertaĩ.
Reſpondeo, quod non valet, qa ſtatim ipſo patre reſtituto recu
perat Ciuitatem, & filius reincidit in ſuã poteſtatem. Sicut eni
ſententia deportationis ſecum trahit executionem in adimen-
do, vt l. quidam ff. de poen. ita reſtitutio trahit ſecum executio-
nẽ in reſtituendo, vt ſupra eodẽ l. 3. in fine. Et puto ꝙ ille q ſit
d reſtitutus, ſtatim ẽt antequam ad eius notitiam perueniat, ſit re
ſtitutus, ſicut dicimus in libertate data per teſtatorem. vt l. eius
6 qui in prouincia. § ſi. ff. ſi cer. pe. Quæro quid † ſi filius, q fecit te
ſtamentum, moriaĩ antequam pater reſtituaĩ, demum pater re
ſtituitur, an teſtamentum extinguatur. Gloſ. dicit, quod nõ ex-
tinguit, niſi in aduentitiis quoad vſumfructum, vide gl. 4. in fi
ne. & etiam gl. aliam magnam, q̃ incipit, quid de teſtamento.
Ex eo quod gl. dicit, pꝛęterquam io vſufructu, uidetur velle quod
talis filii teſtamentum in profectitiis nullo mõ valet, quia in eis
eſt eadem rõ, quę in vſufructu aduentitiorum. Contrarium gl.
huius. videt uelle alia gloſſ. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. in
e fi. gl. mag. ff. de liber. & poſthumus. Pro declaratione [e] huius gl.
& quæſtionis, habemus uidere quod dictũ eſt in hac l. & ſupra.
in pluribus legib. ſ. quod deportatus reſtitutus recuperat bona,
an hoc ſit verum in bonis. q̃ ſunt alienata Iſta q̃ſtio erit multũ
7 vtilis, & quotidiana, † propter exbannitos, qui toto die reſtituũ
tur, ao recuperent bona alienata. Certe caſus videĩ quod non,
qa ille qui emit a fiſco nullo modo poteſt inquietari, vt l. bene
a Zenone, ſupra de quadri. præſcr. Et idẽ videt in Ciuitate alie-
nante. Nã conſtat, quod Ciuitas interim dum ille erat exbanni
tus, legitime poſſidebat bona, & legitime uendidit, & habeatur
interim tanquã hrs, vt l. tutoris. ſupra ad l. Iul. de vi Sed ille, qui
emit ab hęrede, vel ſaltem a bonę fidei poſſeſſore. nõ poteſt in-
quietari, vt l. ſed & ſi l. §. item ſi res diſtraxit. de petit. hęre. ergo
&c. iſtud verum puto, quod bona non poſſit recuperare a poſ-
ſeſſoribus, ſed dẽt recuperare a fiſco, quatenus eſt locupletior
effectus, ſicut dicimus in bonę fidei poſſeſſore hr̃ditatis, vt in d.
§. itẽ ſi res diſtraxit. Bona verò, q̃ in eadem cauſa remanent nõ
alienata. iſta recuperat p reſtitutionẽ, vt hac l. in fine. ſupra eo-
8 dem l. 1. Hoc pmiſſo ad queſtionẽ propoſitam, d. eo, ꝙ † in bo
nis caſtrenſibus, vel quaſi, ſine dubio non irritatur teſtamentũ
filii, qa etiam ſi viueret in poteſtate, poſſet teſtari. In aduentitiis
verò q̃ ipſi filio obuenerunt poſt patris deportationem, ſimili-
ter non irritaĩ teſtamentum, quia per deportationem pater illa
aduentitia non pdidit, ſed non acquiſiuit, & aduerſus non acq̃
ſita reſtitutio non porrigiĩ. Ita poteſt intelligi gloſſ. in d. l. Gal-
lus. §. & qd ſi tantũ, in fi. gloſ. maxima, cum reſtitutio non fin-
gatur retro, vt infra dicam. Si verò ſunt aduentitia quę erant q̃
ſita ante deportationem. vel profectitia, tunc ſi quidem p teſta-
mentum ſunt translata in alium iure hr̃ditario, ꝓ patet reuertus
recuperat, quia illa non videnĩ alienata. ſed videntur remanere
in eadem ca, in qua primo erant, cum hæres ille ſuccedat in lo
cum prim. Si verò erant alienata aliomodo, tunc puto, ꝙ iſte
reuerſus non poſſit recuperare, p ea quæ dicta ſunt ſupra, quia
reſtitutio ad bona alienata non porrigiĩ Ita intelligo hanc ma-
teriã. Iac. de Are. verò dicit indiſtincte, quod iſta lex nullo mo-
do habeat locum in profectitiis, qa in eis nullo modo valeret
contractus, nec vltima voluntas, ſed tota loquiĩ in aduentitiis,
quod patet ex eo quod dicit ĩ. de gubernatione aduentitiorũ,
& de adminiſtratione patris. Alleg. in argum. l. ſi is. §. ſi ff. de iur
dot. quod non placet argumen. eorum quę ſupra dixi de hr̃de
& bonę fidei poſſeſſore hęreditatis. Non obſtat. d. l. ſi is. ſi bene
9 in ſpicias. Quæro qd † de filio capto ab hoſtibus ſi teſtamentũ
fecit, & deceſſit antequam pater reuertaĩ, an teſtamentum pa-
tre reuerſo rumpaĩ. Gloſſ. dicit quod ſic. Nam patre reuerſo fin
giĩ ſemper fuiſſe in poteſtate. Secus in patre reſtituto, quia nõ
fingiĩ retro ſemper filius fuiſſe in poteſtate, ſed reincidit in po-
teſtatem patris reſtitutione conceſſa. Ita tenet glo. in d. l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. Pet. contra, nam fictio poſtliminii & aliæ fi
ctiones ſimiles, q̃ retro trahuntur, requirunt duo extrema habi
lia, quorum ſi ꝙ deficit, ceſſat fictio. Exemplum, ſi ſeruus mori
tur hr̃ditate iacente, & poſtea hęreditas adeatur, non põt fingi
ſeruum fuiſſe legatarii a d e mortis, quia non eſt, vt l. huic ſcri-
pturę. ff. ad l. Aquiliam. Facit pro Pet. l. cum qs. §. fin. ff. de verbo
rũ obl. & l. qnones. de noua. Vnde cũ filius hic ſit mortuus, nõ
põt fingi quod retro fuerit in poteſtate. Et multi tenenĩ iſtud
dictũ Pet. & habent ipſum pro notabili multũ. Ego dico, quod
eſt falſum in caſu quęſtionis propoſitæ Primo p tex. in l. pe. ff.
de ſu s & legi Secundo, per ronem, & hoc pono. in l. ſi is qui p
10 emptore. de vſucap. Nam dictum Pet † eſt uerum, in his in qb.
fictio principaliter fingit, patrem reuerſum ſemper fuiſſe in ci
uitate Nã ſi pater eſſet mortuus, iſta fictio non poſſet habere lo
cũ. Sed in his, q̃ fictio fingit p quandam ꝯſequentiam illa regu-
la. q̃ requit duo extrema habilia, non eſt vera. Exẽplum, fictio

post

ADDITIONES

a Ale. Eſt in pendenti. Non inſpicitur illud quod euenire poteſt de iure ſpeciali Vi
de Bar in d. l. 3. in prin.

b Ale. Filius in poteſtate. Et ſimiliter non poteſt habere curatorem l. mater filio, de
condi. & dem quod eſt verum proprie, ſed reſpectu rerum quan loque ſic ſi il-
lis non quæratur patri l. ſi § ſin autem patre ſup. de bon. quæ lib. hoc alleg. & no.
Io. in d. l. mater. verum autem iſtis in caſib. teneatur reddere rationem, uide Bar.
in l. ſi ſuperſtite ſup. de dolo & in l. filiæ fam. etc Quid de filio emancipato, Dic,
vt in caſu l. filius. de inofficioſo teſt. ubi non erat tutor, ſecundum Bal. item limi
ta per Bal in auth. inceſt. ſup. de inceſt. nup. & quod dixi poſt Bal.

c Ale. Dilapidaret Pater dilapidator non eſt legitimus adminiſtrator uide Bar. in l.
3. §. quod ſi in patris. ff. ſolu. matr. & in l. Imperator ff. ad Treb. late per Imo. poſt
Bar. in l. ſi conſtante. in pri. in 4. q prin ſol. mat. & ibi dixi poſt Bar & adde Bar.
in l. cum oportet. §. non autem. ſup. de bo. quæ libe Idem ſi pater non expendit,
vbi opus eſt ſecundum Bal hic ad fi. Quid ſi diſſipet bona propria, uide in Bar.
in l. a. ſup ſi quid in frau patr. Et probat ille tex. quo l luxurioſo & diſſipatori in
terdicitur bonis, ſicut prodigo. Ita dicit Bal. in l ea lege in fi. ſupra de condi ob.
turp. cau. Bene facit l iuuliei in prin ff de cur fur dand.

d Men Ad eius notitiam Soc. l. quidam relegatus 4 no de reb. dub ubi poſui.

e Ale. Pro declaratione. Vtrum bannitus reſtitutus recuperet bona alienata per fiſ-
cum Et adde quod no. in l Gallus. §. & quid ſi tantum & ſequitur adde Io And.
in l ſi marito in prin. ff ſol. mat Et uide Bar. in d §. & quid ſi tantum, & quod ibi
Bal. & Imo. in fi. & Bar. in l. 2 §. ſi quis vltro. ff. de q. & uide quod ibi dicitur, per Ca
no in c. quamuis. de reſcrip. in 6 ubi bonus tex. & gl per Bar. hic per Ia de Bel. in
ſua diſt quam ponit hic poſt l. fallaciter, de abol. per Bal. in l. ſed ſi hac. §. ſed ſi p
pœnam. ff de in ius uoc & l ſata. ſup. de appel Sed quid ſi damnatus in exilium,
ſi ex gratia reuerſus ſit, vtrum poterit conueniri a creditorib. & clarum eſt quod
aliquo deportato, & bonis publicatis, liberatur ab obligatione. l ſi debitori. &
l vbicunque. & ibi no. ff. de fideiu. & no. in l. 1 C. de ſolei. & in l. ſi marito determi-
minauit, quod ſicut nudus exulauit, ita nudus reuertatur, per l. tutelas §. ſi liberta
te. ff. de capi. dimi. Vnde ſequitur quod non eſt conueniendus a creditorib. & eſt
liberatus. & ſic loquitur, quia omnia bona ſunt publicata. Quod verum erit, niſi
reſtituatur ad bona, quia tunc non erit liberatus per l. 1. & 2 ſup. eo. Et hanc no.
& addit, quod Bar in l quemcunque de fide inſtr. & iur. haſt. fiſc. li 10. Et conclu
dit, quod reſtitutio banniti non poteſt trahi ad bona alienata, ſi fiat reſtitutio
ob priuatam utilitatem, ſecus ſi ob publicam l item ſi verberatum, de rei ven.
& l Lucius. de euict. l. 1. §. denique ff. de uſu. & c. quæ in eccleſiarum, de conſt.
Facit gl. quæ incipit & ille in l fallaciter, de abol. Et ita reperi conſultum p Col
legium Flo & incipit Quæſt. talis eſt, an Ciuitas poſſit reſtituere bannitum, &c.
Et bannitus poſſit recuperare bona, in quib. habet ſolam detentionem. Et quid
ſi bannitus ante bannum poſſidebat bona mea, quæ poſt bannum acquiſiui, an
ipſe rebannitus recuperaret uide gl & Bal in l. pe. de. rep. Quid ſi patre caſtel. in
bannito, uel deportato, filius interim acquiſiuit aduentitia & poſtea pater reſti
ſtitutus eſt, an habeat vſumfructum in aduentitiis, Bald. in auth. excipitur. C de
bon. quæ lib. dicit, quod pro hoc uo. per Gul. in uer quæro quid de filio, ſi filius
captus ab hoſtib. fecit teſtamentum, & decedat an patrem reuerſum, an ipſo re-
uertente rumpatur teſtamentum, adde Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore, in ver ſe-
cundus caſus, & Bal. idem tenet hic.

Menoch. Pariſ. conſi. 1. nu. 33. 34 lib. 1. Barb. conſi. 43. col 4. in prin li. 2. Iaſ conſi.
21. in fi. lib. 3 declarat Ruy conſi. 33. nu. 2. li. 1. & nu. 5. & latiſſime conſi 21 lib. 5.
& conſi ſeq conſi. 31. nu 7. & conſi 60. nu. 4. eo Soc. q. 38. nu. 7. Calca. conſi. 36.
nu 29 30 & conſi. 31. nu. 12. vbi declarat Alc conſi. 169. nu. 15.

poſtliminij fingit principaliter patrem reuerſum ſemper fuiſſe
in ciuitate, vt l.retro.& l.poſtliminii.ff.de capti. Ad hoc incidē-
ter,& conſequēter venit, quod filius ſemp fingatur fuiſſe ſu⁹,
& ſimilia, vt l. cum duę. ff de cap. Sed in his, q̄ acceſſoriè fingū-
tur,non requirunt habilia, ſed ſufficit quod ſint extrema habi-
lia in principali. Caſus eſt no.in l.1.ff.de cap.& ſic eſt vera opin.
11 gl.noſtræ. Circa hanc legem reſtat quęrere vnum.† Ciuitas ſta-
tuit,quod banniti rebanniantur:an iſtud rebannire, habeat vim
indulgentiæ,an vim reſtitutionis? Cy.tāgit, & dicit, fortè habet
vim reſtitutionis.do. Iac. diſputauit iſtam quęſtionem, & deter-
minauit,quod haberet vim reſtitutionis, pp duas rationes. Pri-
ma, quando vnum eſt pręparatorium alterius, diſpoſitio quæ
a fit ſuper pręparatorio porrigitur ad id, cuius eſt pręparatoriū
vt l.elambus ff de contrahen.emp.l.1.§.de dona.Facit de his, q̄
in teſt.delen.l.cancellauerat. Sed cancellatio banni, ſeu reban-
nito, eſt præparatorium ad reſtitutionem, ergo &c. Ad hoc ēt
facit,quia beneficia ſunt latiſſimè interpretanda, vt l. fi.ff.de cō-
b ſtitu.Princ. Breuiter dico,[b] quod de hoc eſt caſus, quod verba
dubia debeant intelligi,quod ſonent reſtitutionē magis,quam
indulgētiam, vt l.1.§.pe.ff.de qō.vbi iſta verba Principis, potes
itaque decreti gratiam facere, &c. intelliguntur, hoc eſt reſti-
tuas,nec habentur pro indulgentia ſimplici. Idem ergo cum fa-
ctum eſt ſtatutum, vt banniti rebanniantur, quia iſtud reban-
c niri,[c] habetur pro reſtitutione. Iuxta hoc inſurgit dubiū,† cum
12 per reſtitutionem reſtituatur fama, vt hac l.& ſ.eo.l. 1.vtrum
d per ſtatuta Ciuitatis[d] poſſit fama reſtitui? Tex.videtur quod nō,
l.1.§.pe.ff.de poſtul.vbi Imperator, & Senatus reſtituit famam.
Breuiter, ſi infamia eſſet irrogata de iure communi, fateor q̄
ſtatutum non poſſit reſtituere, vt d.§.pe. Sed ſi infamia eſſet ir-
rogata ex forma ſtatuti, vel ex proceſſu habito ſecundum for-
mam ſtatuti,non de iure communi,tunc puto quod per ſtatu-
ta poſſit fama reſtitui. Quam enim poteſtatem habet Princeps
in his,quę fiunt de iure communi,eandem videtur habere po-
pulus in his, q̄ ſunt ex forma ſtatuti, vt l.omnes populi. ff. de iu-
ſti.& iu. & l.nihil tam.ff.de reg.iu.ff.de ſol.l.prout quiſque &c.

CONTRARIETAS.

Aduerte. Reſtitutio etiam abſenti, & ignorāti tribuit ius in-
continenti facta reſtitutione, ſecundum Bar. in ver.quæro qd
ſi filius, &c. Sed d. Ale.in l.qui abſenti.ff.de acq poſ.all.Bar. ſibi
contradicere in l. fi. de conſti. Principum, & non ſoluit.

CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic, quod quando fit reſtitutio ex mera
liberalitate Principis, alia non concurrente procedat ſecunda
opinio.& ſuadet natura illius tit de conſtitut.o. Princ. & ita di-
cit quædam indulgentia. Aut aliquid concurrit,puta quia for-
te Princeps reſtituit,quia videbat pręcedentem ſententiam in-
iuſtam, & voluit ex tunc ſibi quærı ius, & ita procedat prima
opinio, ſupra relata. Et iſta vocatur propriè reſtitutio. Vel etiam
poſſet fieri differentia. An ad inſtantiam partis, & procedat pri-
ma opinio, An vero ex motu proprio, & procedat ſecunda, ar-
gu.no.in c.ſi motu proprio de pręb.lib. 6.

ADDITIONES.

a Menoch. Præparatorium Barb.conſi.3.col.1.lib.1,& col. 3.
b Breuiter dico. Contrarium videt̄ tenere Bal.in l.ſi ademptus ſup.eo. Et adde quod
Bal.in l.pen.ſup de cap.videtur tenere idem quod Bar.hic, per illum tex.
c Ale. Iſtud rebanniri, Vide Bal.in l.non ſolum.§.fi.de proc & Iſarno in l.1.§ ſi quis
vltro.de quæſtio.,& Bal.hic ad finem. Et hac adde Bal.in l.ſi qua pœna. ad fin. de
his,qui ſunt ſui,uel alie iur,
d Ale. Statuta Ciuitatis. Vtrum per ſtatuta ciuitatis poſſit fama reſtitui. adde Bar. in
d.l.1.§ pen.& in l.infamem & quod ibi dixi,ff.de public iudi. & vide quod not.
Bal.in l generalis ſup.eo. Men.Gramma.conſi.34.nu.6.7.8.

ALIA CONTRARIETAS.

Aduerte. Dubitatum fuit per aliquos, an per ſtatutum factū
per illos,qui recognoſcunt ſuperiorem, poſſit infamia irroga-
ri, vel etiam remitti? & Bar allegatur per aliquos,quod non, in
l.infamem.in fi.ff.de publ.iud.ſed contra,quod ſic, allegatur p
Bar.in l.1.§. de qua ff.de poſtu.& in hac l. fi.

ALIA CONCORDIA.

Pro concordia. Tu dic, debet intelligi Bar.in d.l.infamem,
ſecundum diſtin.quam fecit in hac l.fina.& in d. §. de qua re,
ſcilicet,quod non poſſit, quando infamia inducitur per ius cō-
mune,& ſic vbi non poteſt diſponere; ſecus ſi inducatur per
ſtatutum, vbi poteſt diſponere. Ita intelligatur in d.§.de qua re,
& in hac l.fi.& videtur quaſi eodem ore loqui.

F I N I S.

R E G I S T R T M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes ſunt Quaterniones, præter P, & Q, qui ſunt Terniones.

De fiſcalibus uſuris. *Rubrica.*

L E X PRIMA.

1 *Vſurę, quod non debeantur ob pœnam.*
2 *Vſura, quod non currant propter pœnam, licet ſit deducta in contractũ, ut ſors, ſi hoc probari poteſt.*
3 *Iudex, quando condemnat, an poſſit adiicere in condemnatione pœnam quanti pluris ſi non ſoluerit infra decem dies.*
4 *Rectores ciuitatum hodie habent vim maiorum iudicum.*
5 *Pœna quanti pluris, quæ adiicitur in pœnam non ſoluentis infra terminum eſt pœna moræ, non delicti.*

Ius ſummæ. Ex mora pęnę non accedunt vſuræ. h. d. Aduertę ad tex. qui
1 dicit, nec enim, &c † Ex quo no. quod ſiue debeantur
a ex lege, ſiue ex pacto, vſuræ non veniunt.ᵃ † Secundo
no. q̃ licèt pœna ſit deducta in ꝯtrãctũ, vt ſors, ſi tamen hoc poteſt
probari, quod fuit hoc nomine pœnæ, vſurę non currũt, vt ibi,
3 probaturus es. † Tertio no. argumentum cõtra id, quod faciunt
Rectores ciuitatum, hodie in ſuis ſententijs condemnatorijs: nã
iubent condemnatis pœnam ſoluere intra decem dies ad pœnã
quanti pluris, vt talis adiectio non valeat, vt colligitur ex hac le-
ge cum gl. ſua ſuper verbo, mulctam. poſſet dici, quod iſta gl. fa-
4 cit in cõtrarium. † Nam Rectores ciuitatũ habent hodie vim ma
iorum iudicum, vt no. in l. fi. ꝯ. de ſenten. ex peri. recit. Et ſic ap
paret, quod poſſint ipſi mulctare, dum tamen mulctando modũ
a non excedant.ᵃ † Vltimo nota, quod illud quantum plus, quod
5 adijcitur in pœna non ſoluentis intra terminum, non eſt pęna
delicti primi, ſed pœna morę in non ſoluendo, vt hic, & ff. de in
litem iuran. l. i. Dia. plene in l. 2. de pub. iud. quod tene menti.

A D D I T I O.

a Alex. Excedant. Vide Bar. in l. 1. in fi. ff. ſi quis dic. non obtemp. quid autem in caſibus criminalibus, vide Bal. in l. cum iudex. ſup. de ſent. & interlo. om. iu. & late per Imo. in l. 2. §. fi. ff. de pub. iu. & Bal. in l. programma. ſup. cõmi. vel epi. Ang. in rep. l. ſi vacantia. ſup. de bon. vac. circa prin. Ale. De comminatione ſub pœna, vide Bal. Ang. & Imo. in l. 2. de publicis iud. & D. Ale. in l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & per D. Maria in c. qualiter, & quando, in 2. q. principali, in prin. extra, de accuſ. in ea. l. in ver. vlt. no. Adiectio, an ſit pœna delicti, vel contumaciæ, vide Bar. in l. 1. ad fi. ff. de in lit. iur. & Bar. in d. l. om. de compenſat. & per Bal. in l. 2. de requir. reis, & in l. data, aliàs lata, q accuſ. non poſſ. & in l. & in multis de app. & per Bal. in add. Spe. in tit. de ſententia.

L E X II.

Si ſub pignore. Fiſcus, qui ſuccedit in locum priuati, vtitur iure priuati.

L E X III.

Fiſcum. Fiſcus non poteſt ſtipulari vſuras vltra legitimũ modum vſurarum, nec iam ab alio ſtipulatas exigere. hoc dicit.

De ſententijs aduerſus fiſcum latis retract. Rubrica.

L E X VNICA.

1 *Fiſcus, quando dicatur legitime, & recte defenſus.*
2 *Sententia lata contra fiſcum, eius aduocato abſente, quando ſit nulla.*
Fiſcus infra quadriennium per reſtitutionem integrum infrigit ſententiam contra ſe latam, ſi omiſſum fuit producere inſtrumentum pro ſe faciens.
4 *Priuatus ob inſtrumenta de nouo reperta, ſi probat ſe non habuiſſe facultatem producendi illa inſtrumenta in illa cauſa poſt ſententiam infra quadriennium, reſtituitur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa.*
5 *Sententia lata per pecuniam, eſt ipſo iure nulla.*
6 *Sententia lata per gratiã, vel ambitionem, quod infra quadriennium poſſit retractari tam per fiſcum, quam per priuatum ex clauſula generali.*
7 *Pupillus, & eccleſia retractant ſententiam ob inſtrumenta de nouo reperta, ſicut fiſcus.*
8 *Quando ſententia reſcindatur a iudice ex eiſdem actis.*
9 *Inſtantia prima poteſt retractari per reſtitutionem in integrum.*
10 *Fiſcus, & Reſpub. in caſu huius l. quod non agant contra eius procuratorẽ.*

a Auſas. ᵃ Hęc lex, quia breuis eſt, nõ ſummo
eam: nam ſi ſentẽtia lata eſt cõtra fi-
ſcum, poteſt reuocari intra triennium, ſi non in
teruenerit pręuaricatio, vel fraus. Si uerò hoc in
teruenit, etiam poſt triennium põt reuocari, &
1 hęc eſt bona, & ſubtilis lca. † Opp. ff. de appel. l. il-
lud. vbi fiſcus appellat, ſicut priuatus. Sol. Ibi fuit fiſcus legitime
defenſus, & recte. Legitime, quia interfuerũt legitimæ perſonæ
in iudicio pro fiſco. Recte, q̃ omnia fuerunt pro fiſco producta
in iudicio, quæ produci debebant, & nulla fraus, vel colluſio in-
teruenit, hic verò ſecus. Pro declaratione huius gl. diſtinguit no.
nos autem examinemus quodlibet membrum per quęſtiones.
2 † Quęro primo, quid ſi ſnĩa eſt lata contra fiſcum, abſente aduo
cato fiſci. R̃ndet gl. q̃ tunc ipſo iure ſnĩa eſt nulla, vt l. 3. §. diuus,
ff. de iu. fiſ. vbi de hoc plenior gl. & l. fiſcus, eo. tit. & ꝯ. de aduo. fiſ.
l. fi. & in hoc vtit̃ fiſcus iure ſpeciali, dicit glo. q. d. in priuato non
b requirit̃ pręſentia aduocati.ᵇ quod eſt verũ, vt l. vel amento, ꝯ.
de poſt. & l. 1. de rep. bo. poſ. quod eſt verũ, ſi ideo veniat ꝯ ſnĩam
q̃ aduocatus nõ fuit. Sed ſi petiſſet terminũ pro aduocato habẽ
do & fuiſſet ſibi denegatũ, fuiſſet grauata pars, vt l. ait pt̃or, in fi.
ff. ex quib. cau. tũc ab ipſo grauamine bene potuiſſet appellare.
3 † Quæro, q̃d ſi fiſcus fuiſſet legime defenſus quo ad pſonas, ſed
omiſiſſet inſtr̃m pro ſe faciens producere, vtrũ ſnĩa reſcindatur.
Gl. dicit, quod ſic intra trienniũ iure ſpeciali per reſtõnem in in
tegrũ. & ita loquit̃ prima pars huius legis, & l. Imperatores, ff de
re iu. & hoc eſt de iure ſpeciali; quia ſecus eſt in priuato, vt l. ſub
ſpecie, ꝯ. de re iud. vbi eſt caſus, licèt videat̃ ꝯ l. admonẽdi, ff. de iu
reiu. q̃ dic, vt ibi aduerte, q̃ gl. dicit intra trienniũ. fateor, ſm̃ iſta
tpa, vbi erat hoc ſtatutũ in fauorẽ fiſci, cũ de iure cõi eſſet annus
vtilis. hodie verò puto, quod intra quadriennium poſſit, vt l. fi. ꝯ.
de temp. in inte reſtit. pe. In ea. l. ver. quęro quid. ibi, eſt annus vti
c lis hodie.ᶜ † Item illud. q̃ dicit gl. q̃ priuatus ᵈ nõ poſſet infrin-
4 gere, intellige ea hoc ſolo, quod dicat inſtrumẽta eſſe de nouo re
d perta, ſed ſi allegãdo probaret, quod in prima cauſa non habuit
facultatem producendi dicta inſtrumenta, tunc reſtitueretur ẽt
poſt ſententiam ex clauſula generali, & intra quadriẽniũ. Et ita
tenet Inn. ex̃. de teſt. c. vltra tertiam debet ergo priuatus hoc alle-
gare, quod nõ habuit facultatem producendi in primo iudicio,
e quod in fiſco neceſſe nõ eſt.ᵉ † Quid ſi ſnĩa eſt lata per corruptio
5 nem pecuniæ. Dico breuiter, q̃ tunc ſnĩa eſt nulla ipſo iure, vt
l. venales, ꝯ. q̃n prouo. non eſt nec. l. 1. & 2. de pœ. iu. qui ma. iud.
f Et in hoc eſt idem, quod in priuato, & in fiſco dicit glo. & bene.ᶠ
6 Quid ſi pręuaricatio interuenit † per gratiam, vel ambitionem?
gl. mirabiliter dicit, q̃ tunc poteſt retractari ſententia per reſti. in
integ. intra quadriẽnium, vt hic, & idem in priuato, vt ſeruo in-
g uito, §. cum prętor, ff. ad Treb. & ibi gl. hoc no. q̃ tene mẽti.ᵍ Itẽ
no. quod ſnĩa lata p grãm, pecuniam, vel ambitionem, põt retra
ctari intra quadriennium ex clauſula generali. Et prędicta vera
intellige cũ determinatione eorum, q̃ no. in l. ſi prætor. §. Marcel
7 lus. ff. de iud. Quærit † gl. q̃d in pupillo, & eccleſia. Certe idem, q̃
8 in fiſco, idem no. in d. l. Imperatores. † Quęrit gl. an ex eiſdẽ actis
iudicabit̃, gl. ſe remittit ad no. in l. ſi expreſſim, ff. de app. Tu dic,
aut loquitur in caſib. in qb. ſnĩa eſt ipſo iure nulla, & dic, vt l. ſi vt
pponis, ꝯ. quomodo, & q̃n iu. examinaui, ff. de re iud. l. cũ quære
bar, ibi plene. Aut loquitur in caſib. in qb. ſnĩa reſcinditur p reſt.
9 in integ. & tunc vr̃ iudicandum ex eiſdem actis. † Nam per reſti
tutionem reſtaurabit̃ inſtantia prima, & dic vt l. 1. ꝯ. ſi aduer. lib.
10 Quęrit gl. an prius † Reſpublica, & fiſcus debeant agere ꝯ ſuum
procuratorem? certe non, vt no. in d. l. Imperatores, ff. de re iud.

A D D I T I O N E S.

a Alc. Cauſas. Dicit Bal. in l. 1. in prin. de cond. indeb. quod Bar. male intellexit hanc legem.

b Non requiritur præſentia aduocati. Adde an talis abſentia ſit iuſta cã dilationis petẽdę, Collectarium in c. præterea, nu. 22. & quod ibi poſui in apoſt. ad ipſum, in ver. ad quærendum aduocatum, extra, de dil. dixi poſt Iac. Rebuf. in l. omnes iudices, in prin. ver. ad quęrendum aduocatum, extra, de dil. Andr. de Batu. infra, de dila.

c Ale. Hodie. No. & adde, quod hãc opi. ſequitur Pau. de Ca. ſimpliciter in d. l. Imperatores, ſed Bal. hic, & Iac. But. in l. ſub ſpecie, ff. de re iud. & Im. in d. l. Imperatores, tenet etiam hodie habere locum diſtinctionem huius l. quia legum correctio, &c. l. præcipimus, ſup. de app. vide Bal. in d. l. ſub ſpecie, & in l. 2. de cõd. indeb. vbi dicitur Bar. nõ intellexiſſe hanc l. dic, vt ibi per eum.

d Men. Quod priuatus. Capic. deci. 92. nu. 1. 2. Curt. ſen. in l. admonendi, num. 19. de iureiur. & Curt. iun. nu. 14.

e Nõ eſt. No. practicam pro priuato petente reſtitutionẽ aduerſus ſnĩam propter inſtrumẽta de nouo reperta, vide Bal. & Sal. in l. ſub prætextu, ꝯ. de traſ. & Dy. in l. cõſentaneũ, ꝯ. quõ, & q̃n iudex, & Rapha. Cum. & Im. in l. Imperatores, ff. de re iud. & idẽ voluit ibi Ang. & Gul. de Cun. i d. l. de his. ff. de trãſ. Adde Spec. no. in tit. de execu. ſnĩe. §. n. ver. illud tñ. quod litigator dubitans ferri ſnĩam cõtra ſe, allegat ſe nõ poſſe producere inſtr̃a de iuribus ſuis, quia perdita, poſtea reperta inſtr̃is poterit venire contra ſententiam.

f Ale. Et bene. Vide Bar. in l. 1. de cond. ob turp. cau. & in l. diuus. ff. de re iud.

g Ale. Tene mẽti. Ego hoc in fiſco intelligo verum ſimpliciter, in priuato autẽ ſi tempore latæ ſnĩæ ſibi notum eſt hoc, debet ſtatim appellare, vt l. 1. in prin. ff. de app. ſi nõ appellauerit, eſt in lata culpa, & ſic nõ ſubuenitur ſibi ex clauſula generali, quæ eſt, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, & c. non. n. eſt iuſta cã cum poſſit appellare, & neglexerit, vt dixi in d. l. 1. §. cum p̃tor. Bar. Pro hoc facit gl. in l. 1. §. 1. q̃ quiſq; iur. 5. ſed Bal. in l. 2. ꝯ. de cõdic. indeb. vr̃ tenere cõtra, q̃ immo detur reſtõ ex clauſula gñali ex alio capite æquitatis, videlicet ne fiant illicitæ extorſiones, l. illicitas, de offic. pſid. ita ẽt tenuit Cy. & Gul. in l. pe. ff. de reſt. & m. Alex. Idem ſeq̃t Pa. de Ca. in l. Imperatores. de re iu. licèt Im. tñ aduertenter ibi videatur ſequi iſtam gl. indiſtincte ẽt in priuato. vbi autem loquitur in cauſis, in quib. ſententiæ reſcinduntur per reſtitutionem, tunc ex eiſdem actis videtur iudicandum, & hoc loquitur Im. in l. diuus de re iu. per d. Ant. de But. in c. literis. de offi. de le. & ibi per. Imo. c. fi.

De bonis vacantibus, & de eorum incor. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Ciuitates non ſuccedunt in bonis vacantibus.*
2 *Priuilegiũ conceſſum ciuitati, q̃d ſuccedat in bonis vacãtib. quãdo valeat.*
3 *Fraus etiam legem condendo ad poſtulationem alicuius committi dicitur, ſicut in priuilegijs.*

Fiſcus.

4 *Fiſcus in bonis vacantibus ſuccedens, non requirit poſſeſſionẽ ſine aditione.*
5 *Aliud, quod non requiratur in relictis ad pias cauſas.*
6 *Fiſcus quanto tempore excludatur a petitione bonorum vacantium, remiſſiue.*
7 *Ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem habent fiſcum, & poſſunt capere bona vacantia, & etiam ex delicto, & ſic habent ius confiſcandi.*
8 *Priuilegium præſumitur in dubio conceſſum ad partis poſtulationem.*

Scire debet. Etiã ex priuilegio ciuitates
nõ ſuccedũt in bona vacã-
tibus, & ſi occupauerunt, ab eis auferuntur. &
1 eſt bona lex.a † No. ꝙ ciuitates non ſuccedũt in
a bonis vacantibus. Idem no. in l. item veniunt. §.
b ait ſenatus.b ff. de pet. hæ. l. 1. ff. de iu. fiſ. de bon.
c pol. l. 2. §. a municipibus. & J. ti. j. l. ex var. a.c † Secũdo no. ꝙ priui-
2 legiũ ciuitatis ꝯ hoc non valet. Op. ff. de iu. fiſ. l. 1. §. diuus. Sol. qđ
hic dicit ſine hærede legitimo, ſubaudi, & honorario, & q̃ pſoue
fiſcum excludãt, no. hic in gl. Op. ꝙ priuilegiũ valeat, vt J. tit. 2. l. 1.
Sol. intellige hic, qñ priuilegium eſt datũ ad petitionem partis pe
tentis, ſecus ſi motu proprio Principis, vt dicit gloſ. quam not. in
3 eo, quod dicit de lege, vide glo. in ver. ex permiſſu. † nam ita in-
telligitur cõmitti fraus, qñ lex condiť ad poſtulationẽ alicuius, ſi
4 cut in priuilegio probatur, vt l. 1. ff. de except. do. † Quæritur, dr̃
hic, quod fiſcus vendicat, vtrum requirat aditio? Gl. hic, & J. e. l.
5 vacãtia, tenet, quod nõ, ſi bona ſint ſoluẽdo, † quod nota ꝓ hę-
reditatibus relictis ad pias cauſas, quę ſi ſint ſoluẽdo, nõ requiri
tur aditio, quod vr̃ tenere Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compẽdio-
ſe. Sed gl. in l. 1. §. an bona ff. de iu. fiſ. vr̃ tenere ꝯrium. Et idẽ dic,
ſ quod aditio ſit neceſſaria, non tamen præiudicat fiſco, niſi qñ
d bona ſunt ſoluendo, & iſtud ibi tenui.d Et ſic non vr̃ verum, ꝙ
Spec. dicit de hæreditate ad pias cauſas relicta ad ſimilitudinem
fiſci quod etiam apparet, qa ẽt fauor libertatis non eſt tantus, vt
valeat ſine aditione, & non eſt dubium, quod libertas eſt pia cã.
Sed introductum eſt remedium, vt adiiciantur bona cauſa ſer-
uandarum libertatũ, vt l. 2. de fideicõ. lib. & ff. de manu. teſt. l. fin.
Inſt. de eo, cui lib. cau. bo. adil. per totum, & ſic illud remedium
arbitror habere locũ pro relictis ad pias cauſas, quod eſt nota. e
e † Quęro, quãto tempore excludatur fiſcus a petitione rerum va-
6 cantium. dic vt in gl. plenius in l. omnibus. ff. de diuerſ. & temp.
7 pręſcr. & per Cy. in l. 1. §. de quadri. pręſcr. † Quęro, vtrum ꝓ de-
f lictis ciuitas poſſit accipere f bona? dicit, quod nõ eadẽ rõne, ſe-
cus puto in ciuitatibus, quę de iure, vel de facto hodie non reco-
gnoſcunt ſuperiorem. & ſic populus eſt liber, vt no. in l. hoſtes.
ff. de poſtlimin. reuerſ. quod ipſamet ciuitas ſit fiſcus, & ſic poſ-
ſit capere bona vacãtia, & etiam ex delicto, ſicut fiſcus, ita no. in
l. 1. ff. de iure fiſci. Idem ſi ciuitas haberet ex priuilegio, non ad
poſtulationem conceſſo, hoc expreſſo, vel ſi ſimpliciter con-
ceſſa eſſent omnia regalia, vt in feudis, 10. collatio. quæ ſint regal
g c. 1. g † Sed quęro, vtrum priuilegium conceſſum, in dubio pręſ-
8 ſumatur ad partis poſtulationem conceſſum, vel ſine, dicam. J.
h tit. 2. l. 1. De lege h ſcripta puto, quod in dubio non intelligať ad
partis poſtulationẽ ſcripta, niſi probareť, & ſic valeret, vt lex ſcri
pta, vt hẽmus J. de appari. pfect. pto. l. fi. ibi, huic ſanctioni. lib. 12.

ADDITIONES.

a Ang. Bona lex. No. tex. ibi, audiẽdas, ad ſtatuta diſponentia, quod quis nõ debet audiri, nã impeditur litis cõteſt. J. de lega. l. leges, la prima. vt ecce, ſtatutum cauetur, quod bannito non reddatur ius, ſeu ſiat ius, an talis exceptio ſit impeditiua proceſſus? Tex. eſt clarus, quod ſic, in l. ſi ſeruus, in fine, ſupra, de his, qui ad eccleſ. confu. & de hie, qui po. no. princip. in fine, l. parum, ante finẽ. ibi, nec repetẽdę actionis, & vt neque priuati l. 2. §. fi. & ſic tenet Mar. Sili Iacob. Butriga. & Cy. & Vltramont. de omnibus aliis exceptionibus, quæ negatiue, & priuatiue inſpiciunt principium rei, vel proceſſum, & ideo ait prætor, eius rei, de qua iuratum nõ erit, actionem dabo, ff. de iureiuran. l. ait prætor, eius rei, in princip. Et de omnibus aliis, quæ ſic reſpiciunt proceſſum in parte, vel in totum, vt eadem l. §. 1. & ita conſuluit Dom. Richar. de Sal. Idem ſi ſtatutum diceret, nullus attentet talem inquietare, nam ſimiliter ex his verbis paratur exceptio, habens impedire litem cõteſtari, vt infra titu. t. l. ſcda. Alex. An bona vacantia ſint hæreditas, vide Bar. in l. fideiuſſor. in fi. de fidei. & Bar. per illum tex. tenentem, quod nõ, in l. ergo, §. fi. & ibi aliquid dixi poſt eum, ff. de fideicom. lib.

b §. ait ſenatus. Vide ibi om. dom. Ale. de Im. in l. ciuitas, ſi certum petat. & Pa. de Ca. in l. 1. huius ſtudii. ff. de iuſtitia, & iure. & Bal. in cep. 1. in verſic. item no. bona confiſcari, de pace tenẽda. & Ioan. Andr. in additio. hæc ſubſcriptio & But. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit. & omnino Alex. de Imo. in conſi. 924. par.

c Ale. Varia. Ciuitates nõ ſuccedunt in bonis vacantibus, uide Bar. in legibus hic per eum allegatis, & in l. infamem, de publ. vide Bald. in l. 1. de hære. dec. & limitat iſtud procedere, niſi eſſet ciuitas, quæ haberet regalia fiſci ex conſuetudine, vel priuilegio, ſm eum videas, quod ponit, quid in iſtis nobilibus qui habent homines ſuos, an eis ſuccedãt legitima ſucceſſione deficiente. & concludit per illum tex. quod ſic, & idem dicit in collegio, quod ſuccedit illi de collegio ſua ſobole legitima deficiente, quod etiam voluit Bar. in l. ſi qa filio, §. eius qui. de inuſto teſta. vbi dixit per illum tex. quod præfertur fiſco in ſucceſſione, & idem dicit in eccleſia, quæ ſuccedit ſuo clerico excluſo fiſco, quando non extat eius legitima ſucceſ. l. ſi quis presbyter, J. de Epiſc. & cler. & voluit Bal. in l. 1. vbi ponit rationem diuerſitatis inter collegium, & eccleſiam, & ciuitatem. Adde in materia Bar. & ibi reaſſumpſi in l. acta, §. ad ampliandum, ff. de re iud.

d Alex. Tenui. Adde Bar. in d. §. an bona, qui diſtinguit hæreditatem ſibi obuenientem iure hæreditario, vel iure bonorũ obueniẽtiũ ex delicto. dic vt ibi per Ang. in l. 1. ſupra ad l. Iul. de vi. & de differentia inter hæreditatem iacẽtẽ. & bona vacãtia, vide Bar. in l. fideiuſſor obligari, §. fi. de fideiu. & ad Bar. dic, ꝙ in bonis, vel hęreditate fiſco acquirẽda, nõ requiritur aditio, adde gl. in l. recuſare, §. meminiſſe, in ver. fiſco, in fi. ad Trebel. & gl. in ver. tradere, et ibi Doct. in l. eam quam, ſupra, de fideic. in l. ſi ſequẽs, in prin. ad Syll. & probat tex. in l. cũ fiſco, in verbo, vacãtia. iuxta l. 1. §. diuus, de iure fiſci. per Bar. in l. 1. in 4. q. principali. ver. itẽ quæro, quid ſi hæres, ff. de vul. & pup. Sed an tranſeat in fiſcũ hæreditatis, ſ. cũ ſuo onere, puta legatorũ, vide Bar. quem ſequitur ibi Imo. in d. l. ſi ſequens, quod ſic, per d. l. cum fiſco, potiſſime quãdo culpa hæredis applicatur fiſco, vt quia nõ vindicauit mortem defuncti, d. §. meminiſſe. Sed ſi aliquo caſu eueniebant bona fiſco, tanquam vacantia, dicit Pet. de Bellapert. & Imo. in l. quidam reſt. §. quoties, de leg. 2. quod nõ applicatur fiſco cũ onere, per d. l. eam quã, circa 14. ſol. Pro cuius opi. allego tex. in l. 1. §. fi. de cad. tol. & ibi gl. continuando illum tex. ad præcedentia. Et hoc vr̃ mihi verum, quia non videtur, quod hæreditate non adita, debeat cõſiderari hæredis culpa, quia non debet hæredis culpa nocere legatariis, arg. ſancimus, de pœnis. Ang. Non ob. hæc glo. quia non loquitur in eo caſu, ſed cã intelligo cum dominium debeat fiſco applicari ex cauſa delicti, ita quod in fiſcum, & delinquentẽ ex maleficio obligatio eſt contracta, vt l. ex maleficiis, ff. de act. & obl. Et ſic ratione obligationis dominium quæritur fiſco ipſo iure, in l. cum duobus, §. idem reſpõdit ſocius, qui ceſſantis, cũ gl. dedit. ff. pro ſoc. & de pub. l. commiſſa. poſſeſſio autem nullo modo quæritur fiſco, niſi apprehendatur, ut in dictis legibus. Item videtur tex. in d. l. commiſſa.

e Alex. Eſt nota. Adde Bar. in l. proxime, ff. de his, quæ in teſta. delen. per quẽ tex. dicit Bal. in l. 1. §. pe. de cõmuni ſeruo manumiſſo. & no. Bar. in l. ſi vnus, ſupra, de teſta. & in l. Titio vſumfr. §. 1. de condit. & demonſtr. & in l. ſi pure, de teſta. manu. & in l. 1. ſupra, de fideicom. lib. & no. dictũ Bart. hic, quod in piam cauſam tranſit hæreditas ſine aditione, de quo dixi poſt Bar. in l. 1. §. ſed quoties, ff. ad Trebellia.

f Menoch. Accipere. Dec. conſi. 357. nu. 1.

g Alex. Cap. 1. Verum ciuitates habeant ius cõfiſcandi. * Vide tu quæ ad hoc p Bal. habenť in l. 1. ſupra, de her. inſt. in ver. 4. quæritur. & in l. hæreditas, in fi. ſupra, de his, quib. vt indig. & in mer. ver. 2. & p Inn. in c. paſtoralis, de foro comp. * vide quod no. Bal. in l. 2. ſupra, cõmunia, de vſuc. & quod no. Bar. in rub. ſupra, de iu. fiſ. & in l. item. §. ait ſenatus, de pet. hære. Quid autem in Epiſcopis. Adde tu quæ per Fel. habentur in c. irrefragabili, §. 1. in prin. de offi. or. * an habeant ius confiſcandi, Bal. notat ꝙ nõ, in auth. bona damnatorum. ſupra, de bo. dam. Et etiam an habeant Epiſcopi bona obligata ſicut fiſcus? Bal. dicit, ꝙ non, ſup. in rub. de priuil. fiſci. & ibi etiam quod municipia non habeant fiſcum. & an populus habeat fiſcum, vide Bal. in l. 1. de iu. fiſ. quid in Regib. vide Bal. in l. 3. ſupra, ad Treb. quid in nobilibus, an ſuccedant hominibus decedentibus ſine legitimo ſucceſſore, Bal. in l. 1. ſupra, de hær. decu. decidit, quod ſic, & ibi aſſignat rationem, quare magis collegium ſuccedat ab inteſtato viri de collegio, vt hic. No. Adde Bal. in l. 1. ſupra de hære. decurio. & ſcripſi ſupra in prin. huius l. poſt Bar.

h Ale. Lege. Intellige in volumine corporis ſcrip. alias dic, vt infra de pet. bo. ſublat. in l. 2. & ibi no. Ang. Vide hoc limitatũ per Alex. in l. 3. in pr. n. quod quiſq; iu. Alex. Priuilegium cõceſſum, an in dubio intelligatur cõceſſum ad partis poſtulationem. de hoc aliquid tangitur per Bar. in l. 3. in prin. ff. quod quiſque iur. & ibi late per Scribentes, & Iac. Butr. & Bal. in l. quod fauore. ſupra, de leg. d. Are. Inſt. de act. §. tripli. in ver. in ea. ibi, de ſinctib. & lit. expẽ. & hoc no. gl. & Bar. clarius, in auth. quas actiones. ſupra, de ſacroſan. eccle.

LEX II.

1 *Beneficia Principis ſunt latiſſime interpretanda, & nu. 4.*
2 *Verbum vnum, quod accipiatur pro una oratione.*
3 *Statutum, quod pro quolibet verbo iniurioſo, imponatur tantum pęna, intelligitur pro una oratione.*
5 *Verba, integro ſtatu, appoſita in contractu, vel vltima voluntate, quid importent.*
6 *Caſtrũ ſi cõcediť, quod intelligitur cõceſſum cũ ſua curia, & iuriſdictione.*

a Si quando. a Si res cõcediť in integro ſtatu p Principẽ,
intelligitur cum pertinentiis, & cum oi iure
ſuo, & cũ inſtris, & omnibus fructib. & mancipiis, q̃ in ea ſunt.
1 h d. Vel breuius. † Beneficia Principis ſunt latiſſime interpretan
a da, & iſta lex dedit mihi laborẽ, de hoc ẽt i l. fi. ff. de ꝯſti. Pri. † No.
h dicit gl. ꝙ hic accipiť verbũ vnũ, ꝓ vna orone. b † qđ ẽ in le ꝓ ſta-
3 tutis, q̃ dñt, ꝙ ꝓ quolibet verbo iniurioſo, imponať tanta pęna:
qđ intelligr, i ꝓ qualibet orone. dixi in l. itẽ apud Labeonẽ, §. con-
c uiciũ, ff. de iniur. c Opp. J. tit. 2. l. ſi Sol. intellige hãc donationem
4 nõ eſſe factã ad poſtulationem. † Op. J. de agr. & manci. do. l. fin.
vbi beneficium Principis non interpretatur latiſſime. gl. nõ ſol-
uit. Inn. extra, de dona. c. cũ dilectus. dicit, quod beneficiũ Princi
pis largiſſime eſt interpretandũ ꝯ ipſum Principẽ. Sed cum alius
lęderet, intelligeretur ſtricte, & ita poteſt intelligi lex contraria,
d arg. l. 2. §. merito, & § ſi quis a Principe, ff. ne quid in loco publi-
5 co. d † Quęro, quid ſi iſta uerba apponerentur in contractu. uel
in ultima voluntate, quid importarent. Reſpondeo, puto idem
ac ſi

ADDITIONES.

a Alex. Si quã. Et facit iſta l. ad arg. An publicata domo intelligant publicata ſupellectilia, & ea q̃ ſunt ad vſum domus. de quo p Bar. in l. cũ ancillis, de acquiſ. hær. Arch. in c. ſi. 12. diſt. q allegat iſtã l. quod q dat domũ, vel alia rẽ, vr̃ dare ea, quæ ipſi annexa ſunt. bene facit l. Iulianus. §. ædib. cũ l. ſeq. de act. emp.

b Verbum vnum pro vna oratione. Iac. Rebuf. hic, nu. 3. ver. no. pro aduocatis. inducit hoc ad dictũ no. ſ. vt aduocatus, qui impetrauit a iudice, vt poſſit dicere vnum ſolum verbum, poſſit infinita dicere, idem no. Bal. licet eum non alleget in l. antiquitas, ver. vlt. no. & p. 4. quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum in ver. facit pro allegantibus in palatio. ſupra, de vſur. & dixi in apoſtil. ad Dy. in reg. in beneficiis. in ver. ſubiectos.

c Ale. De iniur. Adde Bal. in l. ſi familia. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. illud. in fi. ad l. Aquil. & vide, quod ſcripſi poſt Bar. in d. §. cum vnum. adde etiam Aret. in ſua practica, in verbo, contumelioſa. & per Bar. in l. turpia. de leg. 1.

Ang. Loco publico. Et circa ipſa vide Spe. in tit. de rel. do. §. 1. ver. qđ ſi petat.

ADNOTATIONES NOVAE PETRI MANGRELLAE

AD HVNC OCTAVVM TOMVM.

De iure ſiſci. Rubrica.

L. Prohibitum.

IN *princ.*) Adde Affl in conſt.regni, pacis cultum, nu.78. Item iudex denegans iuſtitiam amittit iuriſdictionem. Item non licet debellare Regem per Prin. iuſtitiam factam, ſed adire Summum Pontificem: nam iniuſtitia facit vacillare corda ſubditorum. Par. de ſind in verbo, an ſi Rex. ſol. 40. & ꝙ acclamanti ſuccurrite, ſuccurrite, debet accurri, & ſuccurri, facit conſt.reg. rapinas, & vide, quæ addidi ad hunc in l. vt vim ff. de iuſt.& iu. Item licet de facto reſiſti habet locum, quando ſumus in caſu irretractabili, vel in aliquo caſu quando eſſet interpoſita appellatio, & eſſet etiam caſus irretractabilis, Par. de ſind. in verbo appellatio. nu. 2. fo. 45. Item ſiquis eſt indebite captus, ſiue ſit in manibus familiæ. ſiue in vinculis, poteſt ſe eximere, & frangere carceres. Item quando licita ſit, & quando illicita reſiſtentia iudici, vel eius familiæ, de facto, Par. de ſind. in verbo, reſiſtentia, vbi ad plenum, ſol. 251. vbi habes econtra, quãdo liceat officiali in capiendo ſi facta ſit ſibi reſiſtentia, ſi aliquid mali, vel offenſæ, intulit reſiſtenti, ꝙ non teneatur officialis, Par. in d. loco in fine, & in verbo, excedunt, ſol. 255. Item officiales, vel eius ſatellites, ſi in capiendo vulnerant aliquem, quem poterant capere abſque vulnere puniuntur, Grammat deciſ 41. vbi ad plenũ, quando officiales poſſunt offendere delinquentem in captura. Item nuntius curiæ debet oſtendere mandatum decapiendo, aliàs iuſtè poteſt reſiſti, Boer. deciſ. 170. vbi quãdo impunè poſſit occidere reſiſtentem. Item quando liceat aufugere, Boer deciſ. 215. vbi propter iudicis crudelitatem, famem, & nonnullas alias cauſas poteſt aufugi. *Mangrel.*

De conueniendis ſiſci debitoribus. Rubr.

L. Iuſer.

IN *ver. conuenire. ſi ſuccedat.*) Si reperitur breue, vbi notatur talẽ rem eſſe feudalem, nõ probat ꝙ ſit feudalis, Par. de reintegr. feu. in verbo, & quid, ſol. 17.

De ſi. inſtru. & iure haſtæ ſiſcalis. Rub.

L. Quod in libellum.

5 ſci, ſed † ꝓbẽdã ꝑ uetã ꝓcedit, ſi vacat, bene poteſt impetrari, vt extra. de præben. & de ꝯceſ. præben. per totũ facit ĩ. de oĩ agro deſer. per totũ illum tit. Opp. ad id, quod in præcedenti particula dr. de publicatione bonorũ, Auth. ut nulli iu. in fi. & ſ. de bo. dã. auth. bona damnatorũ. dicit gl. q hæc corrigitur, ꝑ illam auth.
6 Doc. † cõtra. cũ hic non damnetur ad mortem ciuilẽ, uel naturalẽ, ut hic no. Opp. ad ultimam particulã in eo, quod dicit, pragmatica iuſſio. ſ. de no. Cod. cõp. l. 1. §. fi. So. dicit gl. ibi erat inſer-
7 ta in corpore iuris, & † ſic maioris efficaciæ eſt ſtatutũ poſitũ in volumine ſtatutorum, q quædã reformatio extrauagans, in illa eſt enim maior ꝓſumptio, quod ſit facta ad poſtulationem alterius forte, ſicut in reſcripto, & vidiſtis ſ. co. l. proxima. & qd dixi in l. i. ſ. de bon. vac. intellige de lege in corpore iuris inſerta, alias ſecus, vt hic. Opp. ſ. de leg. l. j. §. fi. Solue, ut in gl. Opp. q in multis caſibus admittatur petitio bonorum, nam admittitur petitio hæreditatis, & petitio bonorum poſſ. & ſi. Sol. in illis petitur iure permittente, hic iure prohibente.

ADDITIONES.

a Menoch. Res delatas. Alcia. conſ. 298. nu. 45.
b Et ſic notarius non tenetur pœna falſi. Adde, quod licet hoc, quod hic dicitur, ſit uerum, punitur tamen alia corporali pœna. ita not. ille in l. iubemus. ſupra de epiſ. & cler. & Bar. in l. 2. ſupra, de eunuch.
c Alexan. Iubemus. Adde tex. §. quia vero Leonis. in Auth. de non alie. cum gloſſ. in uerbo, proferre. & no. per Bartol. & Bald. in l. iubemus § fi. ne el. de ſacroſ. ecc. de hoc etiam aliquid per Bartol. in rubr. de ſi inſti. verſi. u. dixi 3. & in l. ſuper chyrographarius ſupra, ſi cer. pet.

De his qui ſe deferunt. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Hæres non capax ſe deferẽs præmiatur, & an teneatur ſe deferre ſtatim.*
2 *Mulier in diuiſione habet optionem.*
3 *Maior an debeat dare optionem minori.*
4 *Hæres non capax inſtitutus punitur pœna de qua hic, quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicommiſſario.*

a **Eſcuius.** a Grauatus tacite de reſtituẽdo nõ capaci, ſi ſe deferat, lucrat̃ tertiã: vxor vero defuncti nõ capax ſe deferẽs, lucrat̃ dimidiã, & facta diuiſione hẽbit optionẽ, occultantes vero ſtrictiſſime puniunt. h. d. Primo loqt̃, qñ hẽs grauatus tacite de reſtituendo nõ capaci ſe defert. Scdo, qñ uxor non capax cui debet fieri reſtõ, defert ſeipſam. Tertio punit hęredem occultatem. Secũda ibi, q ſi ab vxore. Tertia ibi, & tunc occultator. Ex prima parte
1 nota † præmiũ hæredis deferentis. Secundo no. q debet ſe deferre ſtatim. Op. quod non ſtatim. d. l. edicto. §. cũ autem. ff. de iure fiſ. gl. ponit plures ſol. Doct. tenent ultimã, dic, vt dixi in l. cõtraria. Op. & videtur, q debeat lucrari dimidiã, & non tertiam, vt ff. de iur. fiſci. l. cũ tacitum. Sol. ibi loquitur de fideicõmiſſario, hic de hęrede rogato. Itẽ ff. eo. l. Senatus. vbi ẽt loquit̃ de hęre. Sol. circa iſtã materiam diſtingue, vt ibi pleniſſime per Dy. Venio ad ſecundã par. & opp. ff. de iu. fiſc. l. cum tacitum. Solu. gl. hic. tu plene dic p Dy. in d. §. Senatus. Ex iſta parte no. illud, qd
2 di. q † mulier in diuiſione hẽt optionem. Ex quo dñt vulgares,
3 † q maior dẽt dare optionem minori, quod eſt falſum, niſi in caſib. in quib. priuilegiũ cõceditur, ut hic, & l. 2. ĩ. de meta. alias diuiſio expediret̃ officio iudicis, vt Inſt. de offic. iudi. §. ſi familiæ. & §. ſeq.
b b Circa vlt. partẽ quæro, quando hæres punitur pœ-
4 na hic poſita. Rñdeo, † quando ſtudioſe celat fiſco, & fideicom-
c miſſario, q patet ex tex. dũ dicit, & fiſci, & mulieris inimicus, c

ADDITIONES.

a Alex. Eſcuius. De materia uide Bal. in l. ſenatus. §. ſenatus. ff. de iu. fiſ.
b Alexan. l. 1. §. ſeq. Adde Bar. hic, & l. pen. ſupra, de communi diui. Sed quod maior debeat facere partem minori, habemus authoritatem antiqui teſtamenti, quia Abraham fecit partem & Lot elegit. Et idem dicit Ang. ut refert Bald. in d. l. pe. & de hoc eſt gloſſ. ſing. in c. de libellis. 40. diſt. ſecundum do. Abb. in c. qualiter, & quando. de acc. qui dicit quod dictum alicuius ſancti fulcitum authoritate ueteris, uel noui teſtamenti, præfertur conſtitutioni Papali, etiam in deciſionib. cauſarum, ſecus ſi ceſſaret lex diuina, quia tunc deciſio Papalis præfertur dicto cuiuſlibet ſancti. * Vide Fel. in c. ne innitaris. de conſt. poſt prin. in uer. in tex. ibi ſanctorum. cum pluribus ſeq. * quia Papæ, & non ſanctis fuit data poteſtas legis condendæ. alle. not. in c. mandata de præſumpt. Legitur tamen teneri communiter opi. Bartol. & reſpondent ad c. 1. de parochiis, quod loquitur in diſpenſatis: uel quia eſt ſpeciale fauore fidei, ſed forte ſecundum Mod. in d. c. qualiter nulla dictarum ſolutionum eſt bona, & adeo forte contrarium poſſet teneri, cum non reperiatur pro opi. ſuſtitarum deciſio clara, unde Bald. in d. l. pe. Adde, quod idem dicit Bald. in l. 3. infra, quan. & quib. quar. pars debetur. licet Bartol. contra in l. 3. ſupra, communi diuid. Alexan. Adde Bal. in l. ſi minor. ſupra communi diuid. qui tenet illud, quod Bartol. hic. idem tenet ipſe in l. proc. ſupra de eden. ibi, modus pro quo facit l. cum quis. §. fi. ſupra de natu. libe. Bald. in l. ſenatus quoque, de hæ. inſti. in contrarium dicens, quod imò iuniori danda eſt electio. Io. An. in c. 1. de parochiis, poſt Hoſt. dicit, quod ſenior facit partes, iunior eligit, & hoc ſequitur Bald. in d. l. ſi mino. Ang. uero in l. ſancimus. ſupra, de dona. dicit conſuetudinem ſeruandam uide Bartol. in l. 3. ſupra quando & quibi quarta pars. qui tenet idem, quod hic, contrarium tenet do. Hor. in l. arbiter. fam. ercſc. Abb. in c. 1. de probat. ubi poſt alios concludit, quod maior ratione diuturnitatis adminiſtrationis tenetur dare electionem, ſecus in aliis, teſte Ruy. conſil. 19. col. 3. Are. § quædam. num. 5. prope fin. Inſtit. de actio. ubi improbat dictum plebeiorum, qui dicunt maiorem teneri dare electionem minori.
c Ang. Inimicus. No. text. ibi, pariter inimicus, pro inimicitia cadit in mulierem & ideo ſi ſtatutum dicit, quod bannitus non habens pacem ab inimico, debeat rebanniri, ita debet habere pacem a muliere ſuccedente paſſo iniuriam ſicut a maſculo. Nec ob. in Lombarda, ubi dicitur, quod in mulierem non cadit inimicitia, nec portat arma, quia dico inimicitiam dupliciter poſſe conſiderari. Vno modo, prout inimicitia concernit rancorem animi inimicantem, & iſto modo ſic cadit inimicitia in mulierem, ſicut in maſculum, & ita loquitur hic. Alio modo prout reſpicit, & concernit aliquos actus extrinſecos viriles, prout eſt arma portare, & uindictam de inimico petere, & facere, & hoc non competit mulieri poſt ceſſas uoluntates, & ita loquitur Lombarda. * Tu ad hoc uide Fel. in c. cum oporteat. uer. nunquid autem, de accu.

Si liberal. Imperial. ſocius ſine hærede deceſſerit. *Rubrica.*

1 *Decedere ſine hærede quãdo qs intelligatur, vbi quod in feudis ſine filijs.*
2 *Ius accreſcendi an habeat locum in diſpoſitionibus inter uiuos, & ante emolumentum quæſitum.*

Iubemus. Inter ſocios Imperialis liberalitatis facte, ẽt inter viuos, eſt locus iuri accre-
1 ſcẽdi, ẽt poſt dñium vtriq; q̃ſitũ. h. d. Quęro, † qũo intelligat̃ qs decedere ſine hęde: qdã dicunt ſine hærede. i. filiis, vel. ex facto. in fi. ff. ad Treb. Alii dicũt, q ſine hærede large, vt l. j. & l. vacãtia. ſ. de bonis vacãtib. Tu dic, de hoc debere perpendi ſm qualitatem rei, quæ conceditur, nam ſi concederetur feudum; intelligeretur ſine hærede, i. ſine filiis. In aliis reb. q̃ ſui natura transferunt̃ ad heredem, accipimus large, &
a dixi in d. l. ex facto. in fi. a † Op. q ĩ diſpoſitionib. inter viuos, nõ
2 ſit locus iuri accreſcendi, vt l. ſi mihi, & Titio. b ff. de ver. ob. Sol.
b Speciale in done Imperiali. Et aduerte, q ſunt duo ſpecialia, primũ, q dixi, ſcm quia ẽt poſt donõtionem iam acquiſitã vtrique ſi in perſona vnius deficiat, eſt locus iuri accreſcendi, vt hic, quod in aliis nõ eſt in proprietate. l. j. cir. fi. ff. de vſufr. accr. & oẽs concordantiæ quę dantur hic in gl. circa ius accreſcendi, habent locum ante emolumentum quęſitum, præterquam
c in iure patrona. de hoc dixi plene in l. re coniunctũ. ff. de leg. 3. c

ADDITIONES.

a Alexan. in fi. Adde Bart. in l. aut tutelius. de ope. lib. Doc. ibi, & Imo. in l. ex facto §. fi. & adde Bald. in c. 1. de alie. feu. ubi intelligit per illum text. ſine filiis maſculis, & rationem aſſignat, ut ibi per eum Alex.
b Menoch. in Titio. Et idem ad hoc Ale. & Imo. Goza. conſ. 16. nu. 37.
c Alexan. de leg. 3. Adde Bald. in l. unica, in prin. de cad. tol. ubi per illum text. dicit idem in feudo conceſſo a Princ. in quo eſt locus iuri accreſcendi, quod uoluit etiam ipſe Bald. in c. 1. de frat. de nouo benef. inueſt. & in c. 1. de duo. frat. a c. 1. o inueſt. & idem dicit in feudo a Rege conceſſo, & idem uoluit Raph. & Pau. de Caſt. in l. quod dicitur, de uer. ob. faciunt no. per Bartol. in l. re coniuncti. de le. 3.

De Theſauris. *Rubrica.*

Gl. continuat rub. duob. modis. Secunda vera, quia prima proprie eſt adaptatio ad inferiora, non continuatio, vt l. 2. ff. de ſtat. hominum.

LEX VNICA.

1 *Non licet uti arte magica, & ſimilibus ſacrificijs.*
2 *Superflue impetratur, quod iure communi conceditur.*
3 *Contractus, vel ſententia, quæ anullatur ipſo iure, quis non debet petere, quod annulletur.*
4 *Statutum continens id, quod ius commune, non ualet.*
5 *Suum an dicatur ratione directi dominij, vel utilis.*
6 *Caſus in quo dominus non poteſt permittere in ſuo, ut quis operetur, ſ. ne quis in fundo ſuo nomine, & non domini, theſaurum perquirat.*

Nemo

a NEmo. aQuærere theſaurum in proprio omnibus
licet, in alieno vero ſuo nomine nullo mo-
do licet,& ſi theſaurus inuentus fuerit a fortuna, in-
ter inuentorem,& dominum diuiditur.h.d.Primo loquitur in
genere.Secundo in ſpecie,& in volente quærere theſaurum in
ſuo.Tertio in quærente in alieno theſaurum.Quarto puniunt
contrafacientes. Quinto loquitur in inueniente theſaurum a
fortuna Secunda ibi,nam in ſuis. Tertia ibi,in alienis. Quarta
ibi,q̈ ſi nob s.Quinta ibi,q̈ ſi forte.Prima pars eſt clara. Circa
a ſecundam no q̈ † non licet vti iſtis ſacrificiis,ad q̈ ſup. de ma-
le.& mathe.l.1.Secundo not.quid eſt theſaurus proprie loquen
do,licet aliquando ſumatur improprie,vt in glo.Tertio not.q̈
2 † ſuperfluum eſt impetrare a principe,q̈ a iure communi con
ceditur.facit,ff.ad munic p l.2.in fi.Et ſic eſt argumentũ,quod
3 † quando lex annullat contractum, vel ſententiam ipſo iure,
non debet peti a iudice,vt pronunciet nullum,q̈ dic plene,vt
dixi in l.quę ſub conditione,in fi.ff de cond.inſti.& de app.l.ſi
4 expreſſim facit etiam,quod quando † ſtatutumb continet idẽ,
b quod ius commune,non valeat.quod tangit Ioan And.extra.
de conſt.c.1.lib.6 Dixi plene.ff ad legem Falc.l.1.in princ.Circa
5 iſtam partem quęro,quid eſt dictum,in ſuiscgl.intelligit † ſuũ,
c ratione directi dominii, c vel vtilis. d De ſignificatione meum,
d tuum,ſuum,dixi plene in l. Quintus §.argento. ff de au.& ar-
gen.leg Quęro quid ſi inueniatur theſaurus in loco ſacro, vel
alio loco religioſo?dic vt in gl quæro quid ſi inuenitur per ar-
6 tem.mag cam?Dic,q̈ eſt fiſci,vt in gl.Circa tertium not.† ca-
ſum, in quo dominus non poteſt permittere, vt in ſuo opere-
tur,quod alleg.gl. ad quęſtionem in l.cum fundum.ff.de vi, &
vi ar.& ibi vide.Item aduerte, quod hoc non operatur volun-
tas domini,vt alius quærat ſuo nomine, ſed alieno poterit per
conſequens,cum non ſit prohibitum.Venio ad vltimam par-
tem,& circa iſtam partem opp.vno modo,deinde quærit gl.de
e vna quæſtione Dicunt in ca. e

ADDITIONES.

a Alexand. Nemo. Ad materiam huius l. ſi quis aſſerit in fundo alieno ſe inueniſſe venam ferream, vel lapideam,& vult videre,& ingredi fundum inuito domino, an poſſit. Dic,quod ſic,quia uerſatur publica utilitas,gl.eſt in l.3.infra de metallarijs,quam allegat Romanus in ſingularib.in litera T.not.66 Secus uero ſi priuata utilitas tantum uerſaretur per illum tex.

Ang.In tex.ibi,ſtudio.No.uerbum pro ſtatutis dicentibus, ſi quis ſtudioſe percuſſerit aliquem,in tantum puniatur,quod ille dicatur ſtudioſe percutere, qui percutit certo propoſito

Vide Felyn in c præterea,de iud.4.fall.& in c.veniens circa fi.de ſym.* Vnde ſi caſu eſſet facta percuſſio,non punietur pœna ſtatuti. Pro hoc eſt gl. ordinaria, de his qui ſe defe.l.1.in fin.glo.& uide quod not.Bart.in l.1.§.1.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe ius ſue in gl 1.ibi,non ergo creditor. Nã quod creditor non poteſt in fundo ſibi obligato theſaurum quærere,tanquam in ſuo. Remanet enim pignus ſemper in bonis debitoris,vt ſupra,de pig.act.l.ſi pignus.& in eadem ibi.§ ſi fundum. Not ob l.cum poſt.§.in dotem. de iure do. ubi maritus eſt dominus rei dotalis, quia hoc eſt uerum,ſed reuocabiliter,quia debet reſtituere,ut d.§. ſi fundum. ut ibi no per gl Dy & Bar & dic,ut ibi per Bar.

b Alexand Statutum. Statutum nihil addens iuri communi non ualet, facit quod not Bart.in l 3 §.ſi rem.ff.de leg 3 authoritate illius glo ubi dicit, quod ſtatutum dictans uictum uictori in expenſis condemnari,habebit locum etiam in habente iuſtam cauſam litigandi,ut aliquid addat iuri communi alias non ualeret ſtatutum,per hic no Et idem firmauit Bart. in ſuis conſi & per Bartol.& ibi Mod. in l.properandum.§ ſin autem alterutra.ſupra,de iud.& per Bartol in l 4.§ prætor ait.ff.de damn.inf.& in glo.in c.1.de conſti.li 6 ubi dicit, quod ſtatutum continens ius commune non ſtatutum Et idem uoluit Bartol.in l.3.in fi ff de leg.1. & de hoc per Ang & Imo.in l ſtipulatio uerſicu.niſi,de uerb.obl. & per Bartol in l.1 ad l.Falc.& Bal.in l.1 de ſer.manumiſ.

c Dominii Sed an ſemper ſuum,dicat,& denotet dominium,uide Felyn. in c.peruenit el primo,de iureiur.& c 1.de ſpon.& quod dixi in d.cap.peruenit.in apoſt. Tu uide omnino Ang. Cos ſingula.ſuis, in uerſicu.meus, incip. licet uerbum meum, dixi poſt Gul.de Cu.in l omnino nu.1 & in uer. quæ tunc habebat. ſupra,de epiſc & cler.dixi poſt iſtum,conſi.121 inc.Statuto ciuita. Piſanæ. & dixi poſt Compoſtel in cap.1.§.5.in uer ſuum denotat dominium. extra de poſtula prala.

d Ang.Vtilis.Intelligo glo.ſecundum And. de Bartol. de directo, & utili. Ponitur enim ad differentiam utilis tantum,quod continetur appella.ſui,ut hac glo.Sed nunquid directum dominium ſine utili contineatur appellatio.ſui. puta præſcripſiſti longo tempore dominium rei meæ, ego habeo directum dominium ſecundum o opin.in authen.niſi tricennia c.ſupra,de bo mat.Tu habes utile, uel dedi tibi rem in feudum,nunquid potero ſicut in meo theſaurum quærere?And. prædictus dixit hanc arduam q.de facto,& uidetur, quod non contineatur appel. ſui,quia deſiit habere effectum dominii.Et conſtat,quod ille qui habet utile, poteſt uendicare,ut l.1 § qui in perpetuum.ff.ſi ager uect.uel emph pe.& ſupra,de præſcrip.30 an.l. ſi quis emptionis, ergo ille, qui habet directum non poteſt uendicare,quia duo non habent uendicationem eiuſdem rei,d.l.ſi quis, ergo nõ dicitur locus ſuus quem non poteſt uendicare,ut d §.qui in perpetuum,arg.contra quod ſic,quia poteſt uendicare ab alio poſſidente, quam ab eo cui conceſſit.ff de ſuperfi l 1 §.quod autem.Sol ſi poſſidente eo,cui conceſſit ingrediatur, uidetur ingredi locum alienum, ſed ſi alio poſſidente ſecus, ut optime patet in d.§.quod autem.

e Ang.In glo.in uer legis.No.quod uiolator legis punitur extraordinarie,quia non eſt certa pœna impoſita contemptoribus.& facit ſecundum Andr de Baru. ad q. de qua conſueuit dubitari,qua pœna afficiatur contemptor mandati Regis Nã mandatum Principis,lex eſt generalis,ſi eſt clauſum in corpore iuris, ut Auth. de man.princ. ſiue ſpecialis in ea re tantum,pro qua mandatum emanat. l 1. de leg. 1.Alias dicunt quod puniatur pœna capitali,ut infra.de uete.numiſ pot. l. fin. Sed illa poteſt intelligi de mandato contempto,in quo continetur certa pœna, alias puniunt extraordinarie,ut am & alibi lex am, quæ pœnam de donationibus,ut infra,de fun.limitro.l.3.in fi alium pœna pecuniaria.infra de agen in reb.l.ſi.* Ad de poſt ſio.hic ne fallaris,quod iſte titu.non habet locum in theſauro, in pecunia aurea,uel argentea effoſſa,quia improprie dicitur theſaurus, de quo in l peregrie.ff.de acqu.poſſ.& in l.theſaurus ad exhib.& omnino per Ang. Are in § theſauros,in fi Inſt.de rer.diuiſ.quem refert,& ſequitur Gerar.de Petra ſancta,ſing. ſuo 91 inci.& tenens,&c.

De annonis,& tributis. *Rub.*

Circa rubricam quærit gl.quid appelletur annona,& quid tri-
butum Dic vt in ea.Quę autem differentia ſit inter vectigal,&
a tributum,anot.gl.in l.1.§.1 ff.de pub.& ibi dixi Quæ eſt differẽ
tia inter cenſum,& tributum.Item quęrit,quale,ſeu quantum
eſt tributum,dic vt in eadem.

ADDITIO.

a Et tributum. Ad quod uide Fel.in c.ad audientiam.de præſcr.uide iſtum in l placet,& ibi dom meum Iaſ ſupra,de ſacroſ.eccl. Pan.in c.quod clericis, ad fi. extra,de fo compe.& in c.1.& 2 extra de cenſib.

Alexand.Quid eſt tributum,per Bal in l.fi.ſupra, de cenſu,uel reliq & quod no. Bar.in l.reſcripto.§ fi.ff.de munerib.& honorib.

LEX PRIMA.

1 *Præſtatio annonæ eſt realis obligatio,non perſonalis.*

2 *Collecta quando imponitur perſona pro rebus, inſpicitur perſona cui imponitur.*

AEs quidem. Onus ęris alieni eſt perſonale, &
ideo inter hæredes diuiditur pro
hęreditariis portionibus Onus annonæ,& tributorũ
eſt reale,prout quis poſſidet,& fructus percipit, one-
1 ratur.h.d Ex ſummario habes legis rationem.No.q̈ † præſtatio
annonæ reſpicit res,& ſic videtur,q̈ ſit obligatio realis,& non
perſonalis,quod dic,vt in l.Imperatores ff.de pub.vbi glo ian
a git.aQuærit gl.quid ſi poſſeſſor non eſt ſoluendo, dic, vt in ea.
Vlt.gl.no.ex hac lege mirabiliter,quod ſi aliquis locauerit fun
dum ſuum in penſionem percipiendam in pecunia,ita q̈ fru-
ctus omnes remaneant apud colonum,q̈ dominus ad tributa
b non tenetur,bniſi conſuetudo aliter ſe haberet, vide gl. ſuper
c verbo.fructus,& eam perpetuo tene menti. c Et hoc verum in
d oneribus realibus,d † In collectis vero,quæ imponuntur perſo
2 nę pro reb eſt inſpicienda perſona,cui imponitur. l. reſcripto.
e in fi ff.de mune.& hon.& j.eod.l.indictiones.& ibi no.& j.de
mu.pa.ſuper rub.& ſic iſtud diuiditur inter hęredes pro hære
ditatis portionibus,vt in princip.huius legis.

ADDITIONES.

a Ang.Vbi glo tangit Quid de decimis?dicit And.de Baru quod reſpiciunt res, quæ dicuntur eſſe tributa egentium perſonarum.16.q.1.cap.10 quod in tributis ſeruatur

b Non tenetur Adde notabiliter dom. Soc.in conſ.217.incip.circa hanc q.uerſic. 7. hæc concluſio,in 2.par.Menoch.Crau.conſ.145.nu.21.Barb conſ.84 lib.3 Ruy. conſ 77 nu 12 lib.1.

c Alexand Tene menti.Caſus eſt in l.ſi ſine hærede. § Lucius. ff. de adminiſt. tuto. Adde Bar.in repe l placet.ſupra de ſacroſ.ecc & in l.priuatæ infra, de excu. mu. per Bald.in c.1.per quos fiat inueſtit quod etiam intellige dato, quod dominus eſſet exemptus ratione priuilegii, uel alia cauſa ſecundum Ang. in conſil. inci. Commune Caſtrenchi,eſt ultima,& ibi uoluit, quod licet eccleſia non teneatur ad collectas pro ſuis poſſeſſionibus, tamen laicus poſſidens dictas poſſeſſiones etiam ab eccleſia non gaudet dicto priuilegio eccleſiæ. Contrarium uoluit ad literam Bal in l.1.ſupra de iure emphy.ubi uoluit quod emphyteuta teneatur ſoluere collectas,& tributa,quod tamen dicit eſſe ſecus in colono priuilegiato, per l.ſi pendente.§ ſi quid ff.de uſufr.& in fructuario adde tex.per Bartol. in l. hactenus ff.de uſufruc qui tex licet loquatur in tributis,Doctores tamen ibi intelligunt etiam in collectis,& datiis & adde unum conſilium Bald. quod eſt nu. 26.quod incipit,An mulier,& c.ubi etiam dicitur, quod fructuarius, & ſimiles poſſeſſores non tenentur ad collectas,& adde quod no.Bartol & ibi ſcripſi in l. licitatio.§.fi.ff de pub.

d Alexand.Realibus.Quid autem in feudatario, an teneatur ſoluere ipſe collectas, * uide do.Alexand.de Imo in conſi.55.2.parte.* Vide Bald.in c.1 per quos fiat inueſti.& uide And de Iſer in titu.quæ ſint regal.in uerſicu.Angariæ Quid in emphyteuta & colono,ultra hic no uide Bald.in l.1.de iu emph. Quid in creditore pignoris,uide Bald.in l.cum notiſſimi ſupra,de præſcrip.30 an.Quid in emphyteuta eccleſiæ,uide Bald.in l.priuata infra,de excu.mun.Item ad hoc uide Bar. in l.quæſitum ff de uſufruc.leg.*

In emphyteuta.Vide dom Soc.no.in conſ.217.inc.Circa hanc quæſtionem,uerſ. hæc conclu cum uer.ſeq.& uerſicu.5.confirmatur,ſed quid de illo,qui habet ad libellum de uigintiocto annis in uigintinouem annos, qui contractus non differt a contractu emphy uere ex quib.omnib in fi.conſilii ſui in 2.par.

e In collectis Onus collectarum ſubit, qui fructus recipit. l. ſi pendentes §. ſed ſi quid.ff.de uſufruc Vide Lud.in l inter quas.§ damni de damn.inf. Et adde quod pro hoc dicto uidetur caſus in l.ſi ſine hærede.§ Lucius.ff de admini. tut.* Soc. Dec conſil.286 num.12.Bello.conſil.27.nu.9 10.dixi ad l.fin. C. ſine cenſu. eſt num 3000.

LEX II.

Indictiones. Ad onera realia nõ tenetur, quis in plus
quam de re poſſideat,hoc dicit.gloſſ.hic

dicit, quod triplex eſt genus munerum, quod uidebitis plenius
in rub. infra, de mu. pa. ſuper rub. ideo hic aliquid non dico.

L E X III.

1 *Officiales non poſſunt remittere collectas, tamen propter paupertatem poſſunt.*

a **Omnes penſitare.** Omnes debent ſoluere, quod Princeps ĩponit, & officiales a
1 nõ poſſunt augere, vel diminuere. h. d. No. ꝙ † officialis non põt
remittere collectas, ſiue tributa. Circa quod dic, ut l. ſi §. ſi quis
profeſſus ff. de publ. Vlt. no. gl. quę dicit, quod officiales propter
paupertatem poſſunt remittere, quam gl. no. bene.

A D D I T I O.

a Alexand. Officiales. Officialis propter paupertatem poteſt collectam remittere. Idem Bald. in ſuo tract. de carceribus per glo. illam hic adde text. & ibi Bartol. in l. interdum. §. ſi quis profeſſus ff. de publ. & ſcripſi in l. ſi iuſta. in prin. de dona. Adde etiam de mulcta per iudicem remittenda propter paupertatem. l. illicitas. §. fin. de offi. præ. & Bartol. in ſuo tract. de iu. l. & quod dixit Bald. in l. 2. §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cau. ubi dixit per hanc glo. & per c. licet de cenſib. quod ſi ſtatutum dictat appellantem debere ſoluere gabellam, alias appellatio ſit deſerta, quod non habeat locum in illo, qui appellat, & propter paupertatem non poteſt ſoluere, quia dicitur ei remiſſa gabella ipſo iure a ſtatuto, & ita dicit de facto obtinuiſſe. Sed quid remiſſa eſt mulcta per officialem, & poſtea peruenit ad pinguiorem fortunam, an teneatur ſoluere? Videtur quod ſic, per id, quod habetur in §. fin. Inſt. de act. Contrarium determinat glo. & ibi Bartol. in d. l. illicitas. §. fin. & ſequitur Aret. in l. 2. ff. ſi quis & quo & adde etiam unum, quod dixit Bald. in l. acceptam. ſupra de uſur. quod ſi ex forma ſtatuti non ſoluens gabellam ex contractu, contractus eius ſit nullus, quod contractus non annullabitur, ſi non potuit ſoluere propter paupertatem. Et in materia adde Innoc. in c. ex ratione, de app. ubi dixit, quod paupertas excuſat a proſecutione appellationis, & ſic non currunt fatalia, quod ſequitur Bald. in d. l. acceptam, in 23. q. contrarium tenet idem in l. ſi. ſupra de cond. infer. per glo. in l. cum ita, in princip. la ſecunda, de cond. & demon. Item adde Ange. in l. non facile, ſi cui plus quam per l. Falcid. ubi remittitur reo cautio de expenſis in cauſa reconuentionis propter paupertatem, ad quam alias tenebatur ex forma ſtatuti.
Menoch. Adde Petra ſancta ſingul. 73. pauperes & Dec. l. pactum curatoris nu. 5. C. de pactis.

L E X IIII.

1 *Munus ordinarium eſt, quod a lege imponitur.*
2 *Fidelis, & deuotus dicitur, qui tributa ſoluit.*

Omnes. Omnes coguntur ſoluere publicas functiones,
cũ nõ ſit munus extraordinariũ, & ab eo nemo
excuſatur. Ad euidentiã ſcias, quod ſi alicui conceditur excuſa
tio a munerib. nõ porrigit̃ ad munera ordinaria, ſed extraordi
1 naria. Hoc pręmiſſo caſus eſt planus No. ꝙ † munus ordinariũ
eſt, qđ a lege imponit, ut hic, dũ dicit l. noſtra ſignatum eſt, &c.
2 Secũdo no. ꝙ † ille dicitur fidelis, & deuotus, qui tributa ſoluit.

L E X V.

1 *Comitatenſes, qui plus diſtant, minus grauantur.*

a **Pro locis.** Qui plus de fructib. colligit, plus ſoluit, q̃ mi-
nus, minus. h. d. hęc no. lex. Quęro, qđ eſt hoc
dictũ, pro locis? Gl. exponit i. pro magnitudine locorũ q. d. ille q̃
poſſidet magna prędia, plus debet portare, quã ille, qui poſſidet
parua, & intellige magnitudinẽ reſpectu reddituum, vt l. fin. ſ.
de allu. & palu. iũcta l. 1. de cui. & l. cũ poſſeſſor. ff. de cenſi. Que-
ro di hic ꝓximitate, qđ eſt hoc dictũ? gl. dicit, quia ſunt prope li
mina, hoc vult dicere, ut illi qui ſunt prope limina, qui minus
grauãtur in expẽſis itineris, plus grauãtur in portãdo annonã,
& illi qui magis diſtãt a liminib. quia plus grauãtur in expenſis
itineris, releuantur vt minus portent annonã, quod eſt not. pro
1 grauamin. b. quę tota die inſeruiũt † Comitatẽ lib. vt minus gra-
uentur, qui plus diſtant, vt ſic ab onere itinerum releuẽtur, nũ-
quam tamen quis cogitur exire prouinciam, ut j. eo. l. nemo.

A D D I T I O.

a Ang. Qui plus Alleg. ille tex. quod ſi ſit guerra in aliqua prouincia, propter quod ſit oppreſſa victualib. & in alia ſit fertilitas, & abundantia, quod ex illa, in qua eſt ubertas debent uictualia ad aliam portari. Facit C. de off. præfe. præt. Africæ l. in nomine domini, ibi poſtquam lectis auxilium præbeant, & quia tempore neceſſitatis omnia debent communicari. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 2. §. ſed & ſi. & in d. l. in nomine domini.

L E X VI.

In fraudem. Reſcriptum, in quo immunitas ꝯcedit̃
a munerib. ordinariis non valet. h. d. De
hoc uidetur in l. euacuatis. j. de decur.

L E X VII.

Nemo. Ad operandũ, vel ad portandum non debet quis
longius mitti, ſed dẽt ratio itineris haberi. hoc di-
cit. In tex. ibi, ad inſtruẽdas, i. reficiẽdas, ſeu de nouo faciendas
manſiones, vel caſtra. In tex ibi, cõferendas, id eſt, portãdas. In
text. ibi delegentur, id eſt mittantur. Quæro, quid eſt hoc dictũ
lõgius? dicit gl. extra prouinciã, quod facit ad id, quod not. in l.
item illa ff. de conſti. pecu. videlicet, an creditor & debitor ſint
eiuſdem fori, vel non, & ibi Guliel. alleg. iſtam. Vel dic longius,
quando expenſa itineris eſt maior, q̃ ſit ualor eius, ꝓ quo vadit,
vt j. l. proxi. Illud aũt, quod in fi. dicit habita ratione itineris, ex-
pone, vt ſ. eo. pro locis. & illud quod dicitur hic, neceſſitatis, in-
tellige, quando aliter fieri non poterit, etiam longius mittitur.

L E X VIII.

1 *Tutori non imputatur ſi non exegit debitum, in quo oportebat eum plus expendere quam id, quod perciperet.*
2 *Idem ſi non fecit inuentarium, quando plus expenderet in eius confectione, quam eſſet utilitas.*
3 *Breuiores lites dicuntur, in quibus debet procedi ſine ſcriptis & ſummarie.*
4 *Teſtes non debent citari ad locum iudicij, quando plus expenderetur in eundo, quàm ſit valor cauſæ, ſed tunc iudex delegat examinationem.*
5 *Recurſus ad ſuperiorem non poteſt haberi, quando plus expenderetur in habendo recurſum, quam ſit ualor cauſæ.*

Mediteraneę. Non eſt faciendum id, in quo plus
expenditur, quam de commodo per-
a çipitur a hoc dicit. Ad euidentiã ſcias, quod mediterraneę ciui-
tates dicuntur illæ, quæ ſunt proprie in terra multũ diſtantes a
mari. Ciuitates maritimæ dicuntur illæ, q̃ ſunt prope mare. Itẽ
ſcias, qđ antiquitus erat conſuetudo, ꝙ ciuitates mediterraneæ
mittebãt annonas ad fortilicias & exercitus, qui erãt iuxta ciui-
tates maritimas, Et econtra ciuitates maritimæ mittebãt ad me-
diterraneas, & ſic plus expẽdebatur in portãdo, quã ualeret id,
qđ portabatur, ideo princeps prohibet hoc fieri, hoc præmiſſo
iſta lex eſt clara. Not. ꝙ dixi in ſummario, & facit ad multa. Pri-
1 mo, † quod nõ imputatur tutori, ſi non exegit debitũ in quo o-
b portebat eũ plus expendere, q̃ inde perciperet. b Vel ſi non fe-
c fecit domũ, in qua plus expendiſſet, quam ualeret. c † Et ſi non
2 fecit inuentariũ eo caſu in quo plus expenderetur in confectio
d ne d eius, quam eſſet vtilitas, vt l. tutor qui repertoriũ, in prin. ff.
3 de admin. tut. Itẽ ex hoc poteſt dici, quod illę dicantur breuio-
e res lites, in quibus debet procedi ſine ſcriptis, & ſummarie. e Itẽ
4 iudex † non debet facere citari teſtes ad locũ iudicii, quando tã-
tũ diſtãt, ꝙ plus expenderetur in adeundo, quam ſit valor cau-
ſę, argum. huius l. ſed tunc iudex debet delegare examinationẽ.
l. generaliter. §. his de ꝓſentibus. ſupra, de iureiuran. & de fide in
5 ſtrumen. authen. apud eloquentiſſimum. Item facit, quod † ſi in
habendo recurſum ad ſuperiorem expenderetur plus, quam
ſit ualor cauſę tunc non dicitur poſſe haberi recurſus. Et ſic re-
præſalię poſſunt impetrari, quod plene examinaui in tractatu,
quem feci de repręſaliis.

A D D I T I O N E S.

a Menoch. Percipitur. Dec. l. pactum curatoris nu. 6. C. de pactis. Cur. iun. conſil. 59. nu. 8. cir. med.

b Alexand. No. hic, quod ſi debeo tibi tributum, debeo portare ad domum meam meis ſumptibus. Adde hoc no. in l. pro locis. ſupra eod. & Bald. in l. acceptam. in 11. quæſt. in ſupra, de uſur. quod not. Bart. in l. uemilla. de conſtit. pecu. & unde ſupra l. proxi. Circa hanc l. unde quod no. Aus. de Bu. in c. 2. de dilatio. ubi ponit de eo, qui equum poſuit in hoſpitio.
Alex. Vide omnino l. ſed an ultro. ff. de neg. geſt.

c Alex. Vide Ang. in l. ſi uacantia, de bon. vac.

d Menoch. In confectione. Loer q. 124. nu. 16.

e Alexand. Et ſummarie Vide Petr. de Suza. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. ſi libertus. ff. de in. & Spec. in titu. de ſut. uer. ſed quid, § fin autem. & de lib. concep. §. 10. uer. 7. in auth. niſi breuiores. ſupra, de ſenten. ex peri. reci. id eſt, quando plus expenditur in ſcripturis, quam ſit ualor cauſæ. No. & intellige hoc uerum ſi ponatur, quia, ſi poſtea non concederetur, iuſta eſſet appellationis cauſa. cap. cum cauſam. cap. 2. & ita ibi firmat dom. Pet. de reſta facit l. cum poſt. §. & tamen. de app. & cap. ante, 2. quæſtio. 6. cap. conſtitutus, de fideiuſſ. cap. ſtatutum. §. fin. de reſcript. in 6. idem firmat dom. Pet. in c. finem litibus. ubi bonus text. de dolo, & contra facit c. ut litigantes. de off. ord. in 6.

L E X IX.

1 *Emphyteuta, & ſimiles, ſi non ſoluũt tributa, a domino exigitur, & dominus poteſt emphyteutam ſuo iure priuare.*
2 *Poſſeſſor infra ſex menſes poteſt moram purgare.*
3 *Non percipiens fructus in defectum poſſeſſoris, tenetur ad tributa.*

a **Obſiſtere.** a Legitur tribus modis. Secundum primam
lectu. h. d. Si vtiliter dominus intra tempus
hic ſtatutum non ſoluerit tributa, dominio priuatur, & ad ha-
bentem directum dominium reuertitur. hoc dicit. Secundum
aliam lecturam. h. d. Si exactores intra tempora hic ſtatuta non
ſoluunt

A D D I T I O.

a Ang. Obſiſtere. Præmitto ad euidentiam huius legis, quod no. gl. in l. 2. in uerbo, præſtiterit. ſupra de iur. emph. Diuiditur in duas partes. Et primo ponit dictum in genere. Secundo declarat in ſpecie. Secunda ibi, unde, ut quiſquam.

ſoluunt fiſco, domini reperant ab eiſdē. h. d. Iſta lect. nō placet.
Nam tex. hic loquit̃ de his, qui recipiunt emolumenta de præ
diis, exactores nō recipiūt a prædiis principaliter, ſed a poſſeſſo
ribus, qui poſtca ſoluētes ſunt ſecuri. l. 2. j. de apo. pub & ſic ni-
hil habēt facere cū exactoribus, ſed fiſcus habet ab ipſo exacto-
re recepta exigere, vt j. tit. 3. l. pen. Secundū tertiam lect. h. d. Si
emphyteuta, vel ſimiles, intra tempora hic ſtatuta nō ſoluūt fi-
ſco, a domino exigetur. h. d. Quæro, quæ poteſt eſſe verior lect.
gl. videtur tenere iſtam lect. dum dicit, vel verius. Vel ꝯiūge vl-
1 timam cū prima hoc modo. † Emphyteuta, & ſimilibus non
ſoluentibus exigitur a dño, & dominus poterit emphyteutam
ſuo iure priuare. Hæc lect. approbat̃ in ſimili, in l. hoc amplius.
§. ſi de dam. inſec. & ff. de noxal. l. ſi noxale. hæc gl. vl. videt̃ eam
a tangere. a No. ex lege iſta, ꝙ † poſſeſſor poteſt purgare morā in-
2 tra ſex mēſes. Cōtra iſtud op. gl. j. de ero. mi. an. l. 5. Sol. hic quo
ad priuatū, ibi quo ad fiſcum, vel dic, quod alio caſu loquit̃ ibi.
3 Opp. j. ti. 3. l. fi. Sol. vt ibi dicam. Secundo no. † qđ etiam ille, qui
fructus non percipit, ꝯpellitur ad ſolutionem tributorum. con
tra ſ. e. l. 1. Sol. non compellitur ſecundum regulam ordinariā,
ſed condictione ex lege iſta, in defectum poſſeſſoris, qui perci
b pit fructus, & non ſoluit, tene menti hanc leg. b

ADDITIONES.

a Ang. Tangere. Sed nunquid ſua authoritate poterit hoc facere. glo. in l. 2. ſupra de iu. emph. dicit quod ſic, tamen, melius faceret, ſi per iudicem fieri faciat. quia alias eſſet periculoſum, patet, quia emph. habet ius in re, & poſſidet, licet in colono ſimplici poſſe, quia non habet ius in re. ſſ. loc. l. non ſolet hoc etiam quidam Moderni tangunt, ut tangit Cy. in d. l. 1. in q. 5. * Facere. Vide tu late. & not. per d. Soc. in conſi. 167. inc. non inutilis, ſed neceſſaria, uerſi. confirmantur præmiſſa, & uerſic. circa primam plures cum uer. ſeq. ubi etiam quib. actionib. & remediis breuiorib. & magis ſummariis poſſit per dominum expelli ibi, in uer. circa tertiam q. princ. cum uer. ſequ. & an requiratur libellus ſolennis, aut qualiſqualis petitio ibi, in uer. uia aūt br. Et an & qñ ꝓ eius expulſione impetrādo offm iudicis, requiratur citatio, & corā quo ibi, in uer. s. an in tali impetratione. cū uer. ſeq.
b Ang. In gl. in uerbo dignitatem. Et per hoc no. quod eccleſia tenetur ad tributa, quod concedit Pet. etiam de iure iſto, per l. placet. ſupra de ſacroſ. eccl. & l. ſacroſanctæ, ubi ponitur ſpeciale priuilegium illius eccleſiæ ergo in contrarium eſt ius commune. De hoc per Cy. in d. l. placet. in q. 1.
Quantum tempus debeat eſſe ceſſatum a ſolutione tributorum, ut bona poſſint uendi, gl. Cyn. & Bal. in l. 1. ſupra ſi propter pub. penſi.

LEX X.

1 *Iudici negligenti non debetur ſalarium ſaltem pro eo tempore, quo fuit negligens.*

a **Iudices.** a Iudicibus negligentibus totum ſalarium auſer-
tur. h. d. No. hic contra iudicem negligentem. Et
ſic uidetur caſus de illa q. quā Iacob. de Are. ponit in l. quid aūt,
de execu. tut. & l. Mæuia. ff. de ann. lega. & l. qui negotiationē. §. j.
1 & §. pen. ff. de admi. tut. uidelicet, quod † iudici delinquenti nō
b debeatur ſalariū, b quod intellige, quando iſtud delictum negli
gentiæ reſpicit vniformiter, & concernit totū tempus officii; a-
lias pro eo tēpore quo negligens nō fuit, ſibi ſalariū debetur, l.
ſi fundus. ff. loca. dixi in d. l. Mæuia. §. j. Et dic hoc ſpeciale pro-
pter magnum periculum, quod uertitur in negligendo exigi
tributa, quia publicæ neceſſitates expediri non poſſunt, in l. ob
ſiſtere. ſ. e. & in Auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. §. oportet.

ADDITIONES.

a Alex. Iudices. Adde Bar. in l. Mæuia. in princ. de ann. leg. & in l. diem functo, de officio. Aſſeſſorum.
b Menoch. Salarium. Dec. l. ſi quis in conſcrib. nu. 15. 16. C. de pactis.

LEX XI.

1 *Compoſitiones pro tributis ſunt ſeruandæ.*

Id ab vna. Compoſitio facta cū ſubditis, de tributis, eſt
ſeruanda. Item Theſſalonicenſis eccleſia hēt
immunitatē, dum tamen extranei eccleſiæ ipſius prætextu a ꝓ-
ſtatione non fugiant, localis lex eſt. Ad euidentiā ſcias, ꝙ erant
quædā prouinciæ in Græcia, quę debebāt ſoluere tributa ſecū-
dū quantitatem redituum, qui percipiebantur ex prędiis, pro-
pter quod mittebātur officiales ad inueſtigandum redditus, ex
quo illi poſſeſſores multū grauabantur, vnde venerūt ad com-
poſitionē cum præfecto illarum prouinciarum, ꝙ ſoluerēt me
dium aureum pro quolibet capite, & hoc fecerūt Macedonii,
& iubet hoc eis ſeruari. Aliæ prouinciæ quæ nō compoſuerūt,
exigantur ad ſimilitudinem Maced. quædam aliæ compoſue-
a runt ſe pro tertio aureo, & eis eſt ſeruanda. a Cætera ſunt clara.
1 Not. ꝙ dixi in ſummario, ꝙ † iſtę cōpoſitiones pro tributis ſunt
b ſeruandæ. b Ex fine no. ar. contra clericos, & ſcholares, uel alios
habentes immunitates a gabellis, qui prætextu eorum alios ex-
c cuſant. c Quæro, quæ medietas eſt iſta, quę ſoluebatur, dixi po-
nendo caſum medietas aurei: iſta eſt opi. uera. Alii dicunt me-
dietas eius, ꝙ ante ſoluebatur, quod non placet, quia ita erat ne
ceſſaria inſpectio poſſeſſionum, & fructuum pro medietate, ſi-
cut pro toto. Deuentum eſt ergo ad medietatem aurei reſpectu
capitum, non reſpectu fructuum, uel alio quocunque modo,
dummodo quo ad fructus non habeatur reſpectus.

ADDITIONES.

a Alexand. Seruanda. Et ex hoc colligo ar. cum ſit æſtimatio propter collectas, eſt credendum aſſertioni cuiuſque, nec propterea eſt mittendus, qui eorum facultates æſtimet. ar. ſupra de bo. ma. l. ſi. No. propter paupertatem debentis ſoluere tributa poſſe fieri cum eo cōpoſitionem, facit in Auth. ut iud. ſine quo ſuff. § eos. & hoc no. gl. ſupra eo. l. 3. Et ſic facit pro tutore, & curatore, ut poſſint ſe componere cum debitorib. pupillorum pauperib. ut minus ſoluant, non obſtante, ꝙ debitum ſit liquidum, & hoc modo litatur l. pactum curatoris. C. de pact. quæ dicit tutorē, vel curatorem pupilli nō poſſe debitum pupilli gratis remittere, quia intelligo vbi debitor eſt ſoluendo, ſed ubi pauper eſt, poteſt ſe cōponere ꝓ parte, & facere remiſſionem de toto, ar. huius legis. facies tñ debitor in inſtrumento quietationis apponi, & inſeri cauſam, quare pro parte recepta tutor, uel curator eū liberauit a toto, alias non ualeret, vt no. in l. 1. inf. de apo. pu. & ibi poſui. * Propter paupertatem. Adde qualis paupertas requiratur ad hoc, ut procedat, quod dicitur in gl. in l. omnes. ſup. eo. quam ad hoc alleg. Bald. in auth. defuncto. ſup. ad Tert. refert, & ſequitur Gerar. de Petra ſancta, ſing. ſuo 74 in c. pauperes.
b Ang. In tex. ibi, expeten. No. quod poteſt fieri compoſitio de functionib. & aliis tributis, & ſic pro præsbyteris parochiarum, ut poſſint componere cum ſuis parochianis ſuper ſolutione decimarum. In tex. ibi, inſpector accedat. Not. quod dicitur quis grauari, ſi uadit aliquis ad inſpiciendum fructus ſuæ poſſeſſionis, & ſic facit, quod ſi imploratur bonorum meorum deſcriptio ſine cauſa, quod iudex non debet hoc facere, quia ex hac deſcriptione ego grauor, & hic caſus, pro quo in l. 1. §. omnes. de uent. inſpi. Si uero fieret cum cauſa, tunc eſt facienda, ut ſupra de iure fiſ. l. facultas. In text. ibi, in perpetuum, no. quod cum ſit compoſitio pro annuis præſtationib. uel tributis certo modo ſoluendis, quod intelligitur facta in perpetuum, ſi ſimpliciter facta eſt & ſic præsbyteri parochiarum ſe componentes cum parochianis ſuper præſtatione decimarum, quouſque erunt præsbyteri non poterunt vltra modum compoſitum decimas petere.
c Ang. Et ſic no. quod prætextu liciti non debet fieri illicitum, ut l. qui ſub prætextu. ſup. de ſacroſ. ecc. quod facit contra clericos qui hñt priuilegium, vt morātes in ſtudio habeant fructus ꝓbendarum, & percipiant, qđ ſi nō intrant ſcholas nō debeant hēre, vt no. in d. l. qui ſub prætextu. Adde Corſet. ſingul. in uerb. gabella. j.

De indictionibus. Rub.

Super Rubtica iſta quærit glo. quid eſt indictio; dic ut in ea, & ex ea fit connumeratio indictionis, quæ fit hodie in inſtrumentis. Item ponit gl. qualiter fit connumeratio annorum domini per diuerſas ſectas, quod dic ut in ea.

LEX PRIMA.

1 *Priuilegium immunitatis non porrigitur ad munus ordinarium.*
2 *Lex, uel ſtatutum poteſt facere, quod munus extraordinarium ſit ordinarium.*
3 *Item quod collecta ſit munus reale, licet imponatur perſonę pro rebus.*

a **OMnes.** a Indictio munus ordinarium eſt, & ideo
ab hac indictione nō excuſant̃, q a mu-
neribus excuſationē habēt. h. d. Ad euidentiā ſcias,
ꝙ ego dixi tibi in l. omnes. ſ. tit. j. Hoc præmiſſo tex.
1 eſt clarus. No. ꝙ † priuilegium immunitatis non porrigitur ad
2 munus ordinarium. ſed extraordinarium. Item not. quod † per
l. poteſt fieri ordinarium, quod primo erat extraordinarium,
facit, ꝙ per ſtatutum poſſit fieri, vt collecta ſit munus ordina-
3 rium. Item, ꝙ † ſit munus reale, licet de iure imponatur perſo-
næ pro rebus, ut no. in l. indictiones. ſupra tit. j. & l. reſcripto. ff.
de mun. & hono. dicam infra de mu. pa. in rubr.

ADDITIO.

a Ang. Omnes. No. in litera huius legis caſum, in quo exigitur ſcriptura, & ſic eſt argumentum, quod ſi Archid. mittit literas clericis, quod ſoluant collectam non tenentur ſoluere niſi literæ in indictione epiſcopi fuerunt confirmatæ, & unde qđ poſui in l. 1. inf. de apochis public.

LEX II.

a **Particulari.** a Gl. conſtruendo iſtum text. ponit caſum,
& breuiter hoc intendit. Ante tempus ſo-
lutionis debet ſingulis prouinciis notificari, ut ſe præparēt ad
indictionem ſoluendam. h. d. Gl. declarat iſtam lec. dic, ut in ea.
No. verſum. Nam leuius lædit quicquid præuidimus ante. ut ſu
pra de manu. l. j. & in Auth. de colla. in prin. Not. modum noti-
ficandi indictiones.

ADDITIO.

a Ang. Particulari. De hoc uide ſupra, de manu. l. 1. & in Auth. de colla. in prin.

De ſuperindicto. Rub.

a Super Rubrica quærit gl. quid ſit ſuperindictum, a dic, vt in ea,
breuiter illud, quod ex cauſa neceſſitatis imponitur extraordi-
b narie, ſuperindictum b dicitur.

ADDITIONES.

a Ale. Quid ſit ſuperindictum. Ponit Bal. in l. fin. ſine cen. uel reli. per hanc legem determinat Ray. de For. ſi conceſſa eſt immunitas alicui a collectis, quod illa immunitas extenditur ad collectas propter guerras, & idem tenuit Fulg. in l. ſi ex toto. & ibi Ray. de leg. 1. ſed contrarium tenuit Dy. in l. 1. ut nemini liceat ſe excu. de quo uide per D. Ang. de Are. in d. l. ſi ex toto.
b Menoch. Superindictum. Aliter, Crauet. conſ. 294. col. 8. in prin.

LEX VNICA.

1 *Non creditur dicenti ſe aliquid facere mandato ſuperioris, niſi oſtendat literas.*
2 *Soli Princeps ob utilitatem publicam poteſt collectam imponere.*

Nihil. Superindictum ſolus Princeps imponit, nec ad alterius literas qs cogit exoluere. hoc d. & eſt bona tex,
& ponit practicam pulchrã. No. quod † non eſt credendum literis alicuius dicẽtis ſe hoc facere mãdato ſuperioris, niſi in ipſis inſerat licentia, ſine literæ ſuperioris, vt ibi dũ dicit, & Imperialib. nexa præceptis. Canoniſtæ tñ dicunt, quod Cardinalib. & quibuſdam præcellentibus credit, etiam ſi literas non oſten-
a dant, a nec habere ſe dicant, tamen eſt ꝯ iſtum textum, vbi non
b creditur etiã præfecto prętorio. b Secundo not. quod videtur
2 tex. quod † ſolus princeps poſſit collectas imponere, qđ eſt verũ
c pro publica vtilitate, ſed pro neceſſitate ciuitatis, vel prouincię ipſa ciuitas imponit, & cogit imponere, not. ff. quod cuiuſque vni l. 1. §. fi. in gl. ſuper verbo, procõſ. dixi in l. 4. §. actor. ff de re iudica. & ibi plene dixi, an debeat imponi per ſolidum, & librã, vel capita, vide quod ibi dixi.

ADDITIONES.

a Alex. Non oſtendant. Item dicit Bartol. in l. 2. ff ſi quis in ius voc. non ier. alleg. cap. præterea. de dila. & inde Ludo. in l. ſciendum, de uerb. obl. & in l. ſi publicanus. §. 3. de publ. ubi alleg. plures concor. & Bartol. in l. prohibitum, de iur. fiſ. in l. palatinos. infra de colla. fun. fiſc. lib. 11. Alex. Adde, quod iſte tex. non probat dictum Bartol. hic, quoniam text. hic loquitur in his, quæ erant reſeruata principi, puta quia quis dicebat, ſe habere talem permiſſionem a principe. nõ eſt dubium quod non creditur ſine literis, & maxime, quando certaretur de præiudicio alterius ſecundum Ang. in conſil. 130. & Petr. de Ancha. in cle. 1. de proba. in verſicu. ſecundo quæris utrum credatur, quod tamen intelligunt per Bald. in l. exemplo. ſupra de probat. ad fi. Sed quod non credatur Card. ſi mittitur in legationem de ſua legatione, ſine literis hoc eſt falſum, ſecundum quod volunt fere omnes Docto. in c. quod ſuper his de fid. inſtru. de qua tamen q. in c. ſicut per glo. de ſent. excom. & in cap. Apoſtolicæ de re iudi. in 6. & in c. cum olim eſſent, de priui. per Spec. in titu. de leg. §. ſupereſt uer. quid ſi dele. in titu. de teſte §. 1. verſicu. quid ſi aduocatus. glo. & Arch. in c. nobiliſſimus. 97. diſtin. per Inn. in c. cum dilectus, de appellat. per Ioan. in cap. ad audientiam. de ſenten. excommu. & in c. cum ſit. de appel. & in c. 2. de offi. deleg. in 6. plene per Pet. de Ancha. in clem. 1. per Lap. alleg. 15. & 34. & per Bal. in l. ſi qua per calumniam, de epiſc. & cler. & in l. iuriſiurandi. de teſt. & in l. 1. de man. princ. & in l. aliquando, de offi. procons. & in l. prohibitum. ſupra de iure fiſci. vide Rom. in littera T, no. 10.

b Alexand. Præfecto prætorio. Adde etiam, quod reges imponunt, ut in cap. 1. quæ ſint rega. Item qui habent ex conſuetudine ius collectandi. Bald. in l. fi. ſupra ſine cen. uel reliq. Item illi, quibus conceſſit merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſd. ſecundum Alb. in l. imperium de iuriſd. om. iud. ubi plures alios alleg. Item illi, qui ſunt loco domini, ut Priores Ciuitatis. Bartol. in l. placet, de excu. mun. cod. ſibi. Adde Rayn. in repetit. l. reſcripto, §. ſciendum ff. de muner. & hono. in verſicu. nunc reſtat uidere. & unde quod dixi poſt Bartol. in l. 4. §. actor de re iudic.

c Menoch. Collectas. Bello. conſil. nu. 1. Boer. q. 60. nu. 6. 7. & nu. 13. 15. dicit in Gallia non licere.

De exactoribus tributorum. *Rub.*

LEX I.

1 *Grauatus, ut ſoluat collectas, uel tributum, poteſt dicere exactori, ꝙ ſibi oſtendat quaternum, an ſit ibi deſcriptus.*

DVcennarii. Exactores non debent exigere, niſi eos, qui in breuibus continent, ſeu ex actis a tabellario ſibi datis. h. d. De officio illorum ta-
a bellariorum vidiſtis in l. 2. ſ. de iu. fiſci. a † Not. quod ille, qui eſt
1 † grauatus, vt ſoluat collectas ſeu tributa, poteſt dicere exactori, oſtende ſi ſum deſcriptus in quaterno, & ſi ibi non reperitur, iniuſte grauatur.

ADDITIO.

a Alexand. Fiſci. De materia. Adde an exactor tributorum poſſit officium ſuum alteri committere, & delegare, dixi de ca. largi. titu. l. 1. poſt Barto. Item not quod exigenti tributa nomine fiſci, non poteſt obiici compenſatio, nec ipſi nec fiſco, ut eſt text. not. in l. 3. de compenſatio. & in l. aufertur. § ſi compenſatio. ff. de iure fiſc. & ibi habes plures caſus in quibus fiſco non obiicitur compenſatio, quia idem dicas in ſacerdote exigente decimas, ſecundum glo. ſing. 16. diſt. q. 1. decimæ. Alexand. Not. debitorem tributorum non poſſe conueniri antequam hoc fiat a tabellione. Item no. nihil exigendum ultra id, quod debetur, ut ſupra de anno & trib. l. omnes. Item not. quod exactores non poſſunt pignorare aliquem niſi habeat bulletinum. In text. ibi, breues not. modum loquendi. Scripturam enim tabellionis, breuem appellat, de quo in l. inter chartulas. ſupra de conue. fiſc. debi. Item not. iſtum caſum, quod aliquem non ſoluiſſe collectam, uel tributum, probatur per librum exactoris, in quo ſunt deſcripta omnia nomina debitorum, qui non ſolu erunt. Pro hoc etiam uidetur caſus in l. iuſtum. ſupra de eden. facit l. Sempronia libellos. de fur. & unde in fi. ff. de rebus eo. Ange. Et per hoc ego dico, quod illa negatiua, oſtendas librum, quod non ſum deſcriptus in libro, cum ſit coarctata ad certam ſcripturam, eſt probabilis, & incumbit onus probandi illi, qui, ita negat. per illum text. Item bonus text. in l. cum lege de proba. & idem firmat Bartol. in l. ei qui, in fi. de appel. ubi ſi dico, quod ſententia eſt nulla, quia non fui citatus, quod uolo probare per inſpectionem actorum, quod poſſum. & mihi incumbit onus. De quo adde no. per Bal. in l. actor ſupra de probatio. & Ioan. in l. hoc iure. & in l. alia. de uerb. obl. & Hoſt. & Doct. in c. bonæ de elect. bonus text in c. 6. de cler. non reſid. uidetur ibi illa negatiua, quod quis nõ reſidens in beneficio, probari per diligentem inquiſitionem in loco factam, ubi reſidere debet.

LEX III.

1 *Carcerari quis non debet pro debito publico, neque nouitates in perſona pati.*
2 *Exequutio pro debito publico primo fit in perſona, ſecundo in bonis.*
3 *Detineri quis non poteſt pro debitu priuati, donec bona ſunt ſoluendo.*
4 *Mulier etiam pro debito publico non poteſt detineri.*

a Nemo carcerem. a Primo prouidet debitoribus exactis ꝯ officiales. Secũdo ꝓuidet ꝯ ipſos debitores non ſoluentes. Tertio ponit rationem. Secũda ibi, vel certa. Tertia ibi, qua facultate. Prima pars ꝯtinet duplicem prouiſionẽ, prohibet enim iniurias inferri debitoribus. Secundo eis permittit quod de iniuriis querelam exponãt ſecure coram præſide. In ſecũda parte ſimiliter ponitur duplex
b prouiſio. Primo, quod debitores contumaces b capiantur, & cuſtodiantur a familia. Secundo, ſi hoc non ſufficit, capiãtur eo-
1 rum bona, & de hoc fiſco ſatisfiat. c Tertia pars eſt clara. † No. ꝙ
c pro debitis publicis nõ dēr quis poni in carcerib. neq; nouitates aliquas, vel inſolentiã aliquam pati in perſona. Et hic no. cõtra

ADDITIONES.

a Ang. Nemo carcerem. Not. ex iſto principio coniuncto fine, quod duplex eſt carcer, unus pœnæ de quo loquitur principium huius legis, & l. 3. de cuſto. reo. Alius cuſtodiæ, de quo loquitur finis huius legis, & l. fi. de cuſto. reo. ſupra, & ff. Eſt & alius qui uocatur carcer pœnitentiæ, quo utuntur epiſcopi, & prælati contra presbyteros, & ſubiectos alios quoquo modo peccantes. In tex. ibi, omnem ſubſtantiam. No. quod pro debito fiſcali, non ſolum poteſt quis carcerari, ſed etiam ipſius carcerati bona principaliter uendi, & diſtrahi pro communi, ideo fiſcus habet optionem utrum uelit prius debitorem carcerare, an ad bona peruenire, ut hic, quod intelligo in debitore tributorum, ut hic. Contra alios uero debitores ex aliis cauſis forte eſſet neceſſe, quod prius deueniretur ad bona, quam ad carcerationem, ut l. ſacrilegii, la ſecunda. §. fin. ad leg. Iuliam pecul.
Alex. Igne punitur. Dicit tex. & ibi Cy. in l. 1. ſupra, de immun. ꝙ notarius ſcribens inſtrumentum a iure prohibitum, capite punitur, alibi notarius conficiẽs inſtrumentum ſimulatum punitur pęna manus, c. Imperialem § ſcribam. de prohib. feu. alie. per Feder. alibi notarius conficiens inſtrumentum uſurarium, eſt periurus, & poteſt pronunciari infamis, & priuari officio tabellionatus, ſecundum Hoſt. in ſumma de uſuris. §. ſi ver. quid de notarus. & refert Arch. 21. diſt. ſicut ſequitur Roma. in ſingularibus ſuis, in litera R, num. 11. alibi conficiens inſtrumentum punitur pœna exilii ſine ſpe reuerſionis, tex. eſt, & ibi Ang. in Auth. de non alie. §. hoc quoque & bonus tex. in §. hæc igitur omnia, eo tit. ubi dicitur, ꝙ eadẽ pœna punitur dictans inſtrumentum illicitum. Sed quid in notario conficiente inſtrumentum falſum, quod uere omnino nullum erat, an ſit puniendus, & qua pœna, uide Bar. in l. ſi quis legatum. in princ. ff. de fal. & Bal. & Saly. in l. 1. ſupra de ſepul. vio. & per Ioan. And. in regula, non eſt ſine culpa, & Ang. in Authen. vt nulli iu. in § quoniam uero non autem punitur notarius, niſi in caſibus a iure expreſſis ſecundum Bal. in l. fi. in princi. ff. cer. pet. alleg. gl. in Authen. de non alie. §. quia Leonis.

& tributa Gl in ˀ, honnrᶠ. de mun. & honnrib. dicit ꝙ ſic, ad or
dinaria, nõ extraordinaria. idẽ vĩ tenere Gul. in l. nemmem. ſ.
de ſacroſan eccl. Tu diſtingue latius, ꝙ quędã ſunt munera pa
trimonialia, ſeu realia, & ad illa tenẽtur, vt l. ſi §. patrimoniorũ,
& §. pe. ff. de munerib. & honorib & ſ. de exact. trib. l. fi. & de a-
po. pu. l. j. Quædã ſunt munera perſonalia, & iſtorũ ſunt quędã
in quib conſiſtit labor perſonę. Et tunc ſi quidẽ per illud onus
auocaretur ab officio, tunc excuſaretur, vt l. præcepit, in prin. ſ.
ti. 2. Si vero per illud onus non amouetur ab illo officio, nõ ex
cuſatur, vt ſ. de decu. l. curiales, quæ lex probat iſtam diſtinctio
nem ex magna tamen cauſa poſſent ab officio amoueri, vt ibi
patet. Si verò munus conſiſtit in præſtatione pecuniæ tantum,
& tunc, aut munus ordinarium eſt, & ab illo non excuſantur
vt ſupra, de exact. trib. l. exactores. ita loquitur hæc lex, quæ di-
cit neminem excuſari. Aut eſt munus extraordinarium, & ex-
cuſantur, vt d. l. honorem & l. in honoribus. §. fi. ff. de vacatio. &
excu. munc. & l. hi q. & in l. in honoribus. §. qui muneris co. ut.

LEX II.

1 *Aggeres dicuntur munitiones, quæ fiunt iuxta ripam fluminis.*
2 *Foueæ, mur, & ſteccati debent fieri pro mõ patrimonij, et nõ per capita.*
3 *Via per quem fieri debeat, & refici.*

Per Bithyniam. Munitio viarum, & aggerũ dẽt
fieri expenſis, pro quãtitate patri
1 monij poſſeſſorum. h. d. Ad euidentiam debetis ſcire, qđ † agge
res dicuntur quædam munitiones, q̃ fiunt iuxta ripam flumi-
nis, ne flumen excreſcẽs fluat p limites, & ſic in rubrica de Ni.
aggeri non rump. Et no hũc caſum, quia aſſiduus eſt. nam plu
ries fuit hic de facto hoc anno tpe guerræ, qa mandatum erat
2 tali villæ, vt facerent † foueas, muros, & ſteccatos tali caſtro, nam
pro mõ patrimonij. non per capita fieri dẽt. In tex. ibi, cęteris l.
in reparatione fontiũ, & pontiũ, foſſarũ, murorum, & ſimiliũ.
Opp quod quilibet debet munire viã ante domum ſuam non
autem debet fieri de publico. vt l. ædiles. ff. de via publ. q̃ eſt Circ
ca, & qu dam non habent cã: ideo diſtingue. quædam eſt via
3 publica, quædã priuata. Primo caſu, † ſi quidẽ via eſt intra mu
a ros ciuitatis, ql bet dẽt eam munire iuxta domum ſuam, a vt in
ɔ̃rio. Si vero eſt extra Ciuitatem, tunc debet fieri munitio, & re
fectio expenſis cõmunis, imponendo collectã pro quãtitate pa
trimonij, vt hic, & ſ. de ſacroſ. eccl. l. ad inſtructionẽ. & in Au-
thẽ. de eccl. re. § ad hæc ſancimus colla. 9. Quedã ſunt vię priua
tæ, & hęc põt duob. mod. intelligi, vno mõ in via, prout eſt ius
eundi, & dr̃ ſeruitus, & tũc refectio incũbit illi, q hẽt viã: ille n.
qui dẽt viã, ſolũ dẽt pati, vt l. refectionis ff. cõia. pdio. cũ ſim. Se
cundo mõ accipitur via priuata. hoc eſt, facta ex collationib.
priuatorum, & tunc idẽ, quia ad illos priuatos ptinet refectio.
ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. viarũ. & de hoc dicunt Doc. in
l. neminem. de ſacroſ eccl. Quęro, dr̃ hic, cęteris hmõi, & c. de
qbus loquit. Rñdeo de viis, & põtib. vt d. l. ad inſtructionẽ & d.
§. ad hęc ſancimus. Itẽ de muris, vt ſupra, de ope. publ. l. omnes,

ADDITIO.

a Suam. Adde Do. in l. ædiles. § ſtudeant, in l. fi. §. ſi de via & itin. publ. Et an tenea
tur conductor, & inquilinus ceſſante domino domus, no. iſte in alleg. §. ſtudeant
in 4. no. & ibi ponit, quid in eo, qui gratis habitat, de quo etiam per Flo. in l. ſi
pendentes. §. ſi quid cloacarii. ff. de vſufr.

Alex. Quilibet tenetur purgare viam iuxta domum ſuam. Sed an iſtud habeat lo-
cum in conductore domus? Bar. in d. l. ædiles. no. dicit ſic, ſi is gratis habitat, & te
netur etiam expenſis propriis purgare viam, & hoc eſt verum. Aut non habitat
gratis, ſed penſionem ſoluit, & expenſis penſio nis tenetur mundare. Sed pone,
quod præcepit conductori, vt ſaliget uiam lapidibus, an tunc fiet e penſis penſio
nis. Et Bar. ibi, ꝙ ſic, dato etiam, ꝙ gratis habitet, quia illud, quod ſtatuitur in
munitione temporali, non habet locum in munitione perpetua, quod etiam ſe-
quitur Io. de Platea, in § conductor. Inſti. locati. Vide Bar. in l. ad inſtructionem.
ſupra, de ſacroſ. eccle. quod onus ſpectat etiam ad eccleſiam. * qualiter autem di
gatur via uicinalis, & qualiter via publica, vide Bar. in l. 1. ff. de locis, & itiner.
pub. * Menoch. Conſ. ſuo ſing. in verbo munitio.

De conditis in publicis horreis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Frumentum nouum non debet vendi, niſi prius vendatur vetus.*
2 *Fructus corrupti licite miſcentur cum incorruptis.*

a OMnia. a Nõ dẽt tãgi de fructibus nouis, donec
conſumãtur antiqui. Item licitum eſt cõ
miſceri fructus corruptos cũ icorruptis, & ad prædi
cta p ſuperiorẽ officialis ſufficiẽs deputet. h. d. Tres
hẽt partes, vt colligit ea ſummario. Secũda pars ibi, & ſi forte.
1 tertia ibi, ad iſtud No. ꝙ † non dẽt nouũ frumentum vendi, niſi
prius vendatr̃ vetus, & ſic ſi tutor alicuius ɔ̃faceret, tenet. dẽt. n.
fructus ſm qualitatẽ tporum vẽdere; quędã primo tpe. q̃dam
ſcdo tpe ſeruari, vt l. is cui. §. qui põt. ver. q legatorũ. ff. vt in poſ.
2 leg. Scdo no. ꝙ † liceat miſcere corruptũ cũ incorrupto, qđ te-
nẽ mẽti, qa ſorte crederẽt laici, qđ eẽt pctm̃, qđ nõ ẽ verũ, ut hic.

ADDITIO.

a Omnia. No. iſtum tex. pro armentariis, qui miſcent ceram corruptam cum in-
corrupta, ad hoc vt velamento . . . corrupta vendatur, vt non dican-
tur etiam falſare, cum non peccauerint ea iis hic Item no. tex. ꝙ ille dicatur no-
bilis, qui eſt primus, & virtuoſus Sena. d. de dignitatibus l. 1. de dig. lib. 12.
* Menoch. Conſ. in verbo communio incip. hominis.

LEX II.

1 *Tutor vnius magni patrimonij, vel poſitus in magna adminiſtratione
excuſatur, ſi negocio præponat aliquem factorem ſufficientem.*

Cum ad quamlibet. Rectores dẽnt p ſeipſos
inſpicere domus, & hor-
rea publica, ne ex pluuia corrũpant publica frumenta h. d. No.
1 ꝙ † tutor vnius magni pr̃monij, vel aliqs poſitus in magna ad-
miniſtratione excuſat, ſi negocio pponat aliquẽ ſufficientem
factorẽ, vt ſupra, l. prox. in fi. & l. argentum. ff. commo. tñ inſpi-
cere debet per ſeipſum, an ſint ſarta tecta, ita quod ibi nõ pluat
aliàs non eſt diligens adminiſtrator, vt hic.

LEX III.

Nulli. Species in horreis publicis depoſitas, nullus debet in
ſuã vtilitatẽ ɔuertere, aliter deportabit. No. ɔ̃ furan-
tes lardũ, vel granũ cõis, vt deportent, & eorũ bona publicent.

Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare. Rub.

LEX VNICA.

1 *Collectum pro emendo granum tẽpore cariſtia, tenẽtur ſoluere diuites, &
pauperes, & nu. 3. & eſt onus patrimoniale.*
2 *Reſpublica ſi habet granum ad vẽdẽdũ, omnes tenẽtur emere, nec aliqs
excuſatur, licet ei neceſſariũ non ſit & nu. 4. & eſt munus patrimoniale*
5 *Munus impoſitum a ciuitate, quod quis vendere rogatur frumentum,
eſt munus patrimoniale.*
6 *Eccleſia an poſſit cogi vendere frumentum per ciuitatem.*
7 *Ciuitas quando cogit ſubditos vendere frumentũ, intelligit iuſto pretio.*

a QVoties. a De tertia pte iſtius rub. nihil in nigro,
ſed de hoc hẽtis in l. j & 2. ĩ prin ff. de va
mu. iſta rub ſummat l. & gl ponit trib mod. caſum.
1 Primo ꝙ tam † diuites, q̃ pauperes tenent ſoluere
collectã p emendo granũ tpe cariſtię, licet diuitib hoc nõ ſit
2 neceſſariũ. Scdo mo, ꝙ † ſi Reſp ub hẽt granũ b vel aliud vẽdẽ
b dũ, ꝙ oẽs dẽnt emere, nec aliqs excuſat, licet ei neceſſariũ nõ
ſit, & hoc ẽt hẽt locũ in ſale vrbis territo dic, vt in gl Op. de l. 3.
§. cura. ff d̃ munc. & hono. gl. ſoluit, ꝙ hic logr̃ d̃ munere patri-
moniali. ſ. de cura emẽdi, ibi logr̃ de cura pſonali, ſ. de expẽſã. q̃
dẽt fieri emẽdo hoc pmiſſo, ꝙ hæc lex de patrimonialib. loquat
q̃ro, de qua pparatione frumẽti logr̃ hæc lex? Rñdeo, quod in
telligit trib. mod. Primo mõ de pecunia q̃ ɔſert pro emptione
frumẽti, & aliarũ ſpecierũ, quo caſu no. ꝙ licet emptio videat
3 principlr venire in fauorẽ pauperũ, & indigẽtiũ, tñ † onus eſt
patrimoniale, & ſic ẽt diuites ɔpellunt. R õ qa ad publicã vtilita
tẽ ptinet Nã ſine pauperib ciuitas nõ eſſet pfecta. l. 2. ff de nũ
di. Scdo logr̃ hæc lex de munere, quo qs emere cogit, & munᵉ
eſt pſonale. Certe nõ credo ꝙ de tali munere loquat hic. ſed dẽt
intelligi, qñ fiſcus hẽt multũ frumẽti, ita ꝙ ɔſeruari nõ pt, tũc i-
4 ponit oĩb. ſubditis neceſſitatẽ emẽdi, & † iſtud eſt pr̃moniale,
vt ille q plus hẽt, plus emere cogat. Si. n. intelligeres de munere
pſonali. hoc eſt de cura emẽd. multi excuſarent, ꝙ eſt ɔ̃ titulũ,
& iſtũ caſum nota. qa ſæpe occurrit. Tertio loquit de munere,
5 quo qs vendere teneatr̃ No ẽt, ꝙ † iſtud onus eſt patrimoniale,
vt patet ea ſolone ɔ̃riſ facti. & ſic qui plus de frumẽto colligit
6 pluã de frumẽto vẽdere cogat. Vr̃ ẽt, ꝙ † eccleſia ad hoc poſſit
cogi vt hic in fi. ſ. de exac trib. l. fi. & eſt munus patrimoniale. ñ
7 ſordidũ. † Iſto tñ pretio dẽt qs cogi vendere, nõ viliori, vt l fi. in
prin. ff. ad l. Iul de anno Qđ dixi de eccleſia, intelli ge ſalua tamẽ
determinatione ſanctę matris eccleſiæ, & rit. de eccl. ut.

ADDITIONES

a Ang. Quoties. No quia per iſtum tex. dicit Dy. in l. ſi ex toto in prin. de leg. 1. ſi ali-
cui eſt conceſſa immunitas a collectis, non tamen cenſetur conceſſa ab his, quæ
imponuntur ex aliqua neceſſitate, puta guerræ, vt probat iſte tex.

b Menoch. Habet granum Rep. tract. de remed. ad conſerua. ab. pu. 196. Conſ. in ſuo
ſing. in verbo fiſcus. incip. ſi fiſcus.

De collatione donatorum, & releuatorum, aut tranſlatorum, ſeu adaratorum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Aeſtimum alicuius ſi eſt diminutum. poteſt per ſuperiorem augeri.*
2 *Aeſtimum ſuum nemo poteſt minuere.*

DIſpoſitionem. Caſum pone, vt ĩ gl. notat.
In hac lege dĩr dum, Prĩo,
1 ꝙ ſi aliqua pđ a ſunt releuata hoc eſt libera, & † æſti
mũ eorũ eſt diminutũ, poſtea pt augeri per ſupe-
riore, vt nunc facit Imperator No. ꝙ nõ licet alicui ſuas poſſeſſio
2 a nes releuare, hoc eſt † æſtimum minuere, a vt hic 10 ver. nulli,
a quod intellige niſi ex cauſa ſuperuenienti, vt l. forma. ff. de cẽ.

ADDITIO.

a Minuere. Sed qđ ſi p alluuionẽ decreuit, dic, ꝙ tũc diminui debet, vt p Bart. in
l. forma. & Bald in d. l. accepta, in b. & de vin & Al. de Imo. in l. Titio ad mu. &
Gul. & Doc. in l ꝙ ſi maritus § 1. de conſt. pe. & Bal in l. et ſupra de exec. rei iud.

De collatione æris. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Aurum pro ære ſolui poteſt quando Reſpublica ex hoc non læditur.*

2 AEris. Pro ære pōt ſolui aurum tanti valoris h. d. Nota, ꝙ † pōt ſolui aurum pro ære. Intelli ge, quando reſpublica ex hoc non lęditur, vt plene no. ff. de ſol. l. Paulus. & ibi.

De diſcußoribus. *Rub.*

Quæro, quis dicatur diſcuſſor. Dic, vt in gl. rubricę, ſ. ille, qui diſcutit patrimonia alterius, vt eum ponat in ęſtimo. Ita loquitur, hic in tatu.

LEX PRIMA.

1 *Aeſtimatori incumbit onus probandi, ſe iuſte ęſtimaſſe.*
2 *Arbitratores qui lædunt partes, tenentur.*

a QVoties. a Si æſtimator male ęſtimat, ipſe teneē h. d. Quęro hic dr̄ in diſceptatione, qua liter fiat iſta diſceptatio. Reſpondeo, coram ſupiore ad quem reclamat ille, qui ſentit ſe grauatum, vt j.
1 de agrico. & cenſi l. perequatores Secundo no. ꝙ † onus probā di incumbit officiali ęſtimanti, ſeu menſuranti. Vltimo no. ꝙ
2 † arbitratores, qui lędunt partes, tenentur. facit ff. ſi menſ. fal. mo. dixe. per totum.

ADDITIO.

a Ang. Quoties No. iſtum caſum, quod licet pro ſcriptura præſumatur in dubio, ſi tñ ſcriptura feratur contra me, ꝙ patr monium valeat mille, & ego nego tm̄ habere in patrimonio, quod ei, qui vult ſcripturam de æſtimo patrimonii, incumbit onus probandi patrimonium tantum valere, & non mihi, qui nego valere tantum pro hoc ff. de prob. l. cum de lege fal. ī. de iur. delib. l. ſcimus. §. licentia. Et hoc no. contra menſores agrorum, qui retulerunt 101 iugera eſſe, ſi negaretur 101 eſſe, incumberet eis onus probandi 101 eſſe.

LEX II.

1 *Pars non poteſt cogi iterum facere inſtrumentum, ſi de contractu apparet protocollum.*
2 *Pars cogitur facere iterum inſtrumentum, ſi protocollum non apparet.*

Ne caſu. Iſta lex legit in gl. pluribus modis, ſm̄ primam lect. h. d. Licet ſoluens tributa, apocham de ſolu to perdiderit, poteſt tamen ex libris cōis ſolutionē probare. h. d. Vel dic ſecundo, ſi in libris cōis de ſolutione apparet, non pōt peti ab officiali, vt iterū faciat apocham de recepto, ſi primā qs amiſit h. d. facit l. ſi qs ex argentariis. §. fi. ff. de eden. Ex ſecunda
1 lect. no. quod † ſi apparet, protocollum de ɔ̄ctu, non p̄t cogi pars vt iterum faciat inſtm̄ publicum, & illud reddat, niſi de prima pditione doceat. Vnde poteſt cogi notarius, vt iterum faciat in ſtrumētū, ſi primū quis amiſerit, vt l. ſi quis ex argētariis. §. fi. ff.
a de eden. a Secundo no. ex ɔ̄no ſenſu huius legis, quod † ſi ꝓto-
2 collum non inuenit, quod tunc poteſt cogi pars, vt de nouo fa ciat inſtrumentum, vt lex dicit. Ad hoc facit s. de lib. cau. l. ſicut inſtrumenta, ꝙ ibi no. ff. ſol. mat. l. 2. circa prin. & quod ibi no. in glo. mag. & ff. de noua l. ſi pupillus & de adminiſtra. tuto. l.
b chyrograph. §. & ibi no. b

ADDITIONES.

a Ale. De eden. Iſtum tex. alle. Bal. in l. ſeruo § ſi a primo de leg. 1. q. geminata quieta no facta debitori, facit cenſeri debitum bis ſolutum, & ideo debitorem, ſemel ſolutum repetere, & ita alleg Ludo in ſingularibus ſuis in litera Q. not 1. Ad cuius veritatem, vide Bal in l. cum centum, de adm. leg. & in l. cum tacitum, de verbor. oblig.

b Alex. in gl. ibi, ſe bis ſoluiſſe. No. ꝙ ſi debitor producit duo inſtrumenta refutationis cuiuſdam quantitatis pecuniæ, ꝙ per iſta inſtrumenta probat duplicem ſolutionem, & ſic tanquam indebitum poſſet repetere Ad quod facit l. ſolutione, cum gl. ff. ad exhiben. argum l qui tabulas. §. ꝙ ſi tā ff. de fur. Ang. An autem notarius cogatur ipſe reficere inſtm̄ deperditum. Dic ꝙ ſic, dummodo iuretur de calumnia, per no per Bar. in l. fi. de bo. Auth iudic pol. & vide Ang in Auth de hæred. & falc in prin ubi dicit, ꝙ cautela eſt quod fiat mentio in ſecundo de refectione. Et an de refecto inſtrumento, debeat ſolui gabella, vide Ang. conſi 45. & Bar conſuluit, quod non. Cui adde Anto in c. 1. in glo. 3. de iudi. quod pars tenetur reficere vnum inſtrumentum in forma deperditi, vide Bal in l. vnic. § ne autem de cadu c. tollen.

* Menoch. Neutr. conſi. 96 num 1.

LEX III.

Per ſingulas. Ab onere diſcutiendi, & æſtimādi patrimonia, nullus excuſatur, nec etiam miles, nec militans. hoc dicit.

De Decurionibus, & eorum filiis. *Rub.*

1 *Conſiliarii Ciuitatum hodie dicuntur Decuriones.*

Iſtam rubr. continua, vt in glo. Quærit gl. quare dicuntur De-
1 curiones, dic vt in ea. Nota, quod † Conſiliarii ciuitatum, dicuntur hodie Decuriones, vt in hac gl. quam no. Quæro, quid differt
a Decurio a Curiali. Dic vt in glo. a

ADDITIO.

a Ale. Sed an Decuriones hodiernis tēporibus iudicētur, prout de iſtis, quod ſic, in l. duo. ſupra de quæſtio. * Menoch. Vide late Cæpolam conſ. 40. in 1. dubio.

LEX PRIMA.

1 *Excuſſio, quod fiat contra principalem, antequam agatur contra fideiuſſores.*
2 *Pater conſentiens filio, officium ſuſcipienti, pro filio obligatur.*
3 *Fideiuſſor officialis conuenitur, non excuſſo principali.*
4 *Pater, qualiter dicatur conſentire filio officium ſuſcipienti.*
5 *Pater abſenti filio officiali poteſt conſentire.*
6 *Pater, an teneatur pro filio, magiſtratum extraordinem gerente. remiſſiue ad gloſſ.*

SI cum te. Pater ſi ad Decurionatum filii conſentit, tenet pro eo, & hęres eius, fa-
1 cta prius excuſſione de principal. h. d. No. prius † fieri excuſſionem contra principal. ꝙ veniatur cōtra
2 fideiuſſores. Itē no. quod † pater tenetur pro filio, ſi cōſenſit. Ad iſtud no. opponitur de l. iure noſtro, ſup. de fideiuſſo. Sol. dicit gl. ſpeciale hic. Ratio, quia facile pater obligatur eo ipſo, qd̄ ſcit, & nō contradicit. Ita dicit gl vlt. quam no. Certe licet in patre hæc ratio concludit, tamen idem poteſt eſſe in quolibet alio fideiuſſore, vt l. quarta. in fi. ff. de adminiſ. re. ad ciui perti. Dic er
3 go, quod ſpeciale eſt in † fideiuſſore officialis, vt not. in l. 1. ſup. de conue. fi deb. Ratio, quia tales fideiuſſores videnī indemnitatem promittere, vt d. l. 1. quid ſi indemnitas non apparet, niſi
4 principali diſcuſſo. dixi in d. l. 1. Quæro, † qualiter dicatur pater
a conſentire filio. a Dicit gl. eo ipſo, quod ſcit. Et intellige verum in munere publico, ſecus in priuato, vt no ſupra, quod cū eo. l. 1. & l. ſi filius ff. de tut. & l. Lucius Titius. ff. de adminiſt. tuto. Et ideo, ſi inſtrumentum eſſet factum inter duos priuatos, præſente patre vnius, pater alterius propter hoc non obligaretur, vt no. in d. l. Lucius, & l. 1. §. 1. in gloſ. penul. ff. quod iuſſu. Oportet enim, quod tunc pater ſpecialiter ſe obliget Hoc etiam examinaui plene in l. ſi cum dotem. § tranſgrediamur. ff ſol. ma. Quę
5 ro. † an pater poſſit conſentire filio abſente? Reſpondeo, ſic, vt l. honore. §. fi. ff. de decu. per quam legem dicunt Doct. quod filio agent in iudicio, pater abſens videtur conſentire. Quæro,
6 † quid ſi filius Decurio factus eſt magiſtratus, & geſſit Rempublicam, an pater teneatur? Dic vt in gl.

ADDITIO.

a Pariſ. Vide Soc. in conſi. 172. in. ip. Multum abunde & eleganter. ver. ſeq. vſque ad verſi. quarta difficultas, in 2. par & an, & quando pater teneatur ex contractu filii, & quomodo, & qualiter. vide per eum, in conſi. 93 inci. Circa primum huius. verſi. circa ſecundam dubitationem, cum verſi. ſeq.

LEX II.

1 *Rectores Ciuitatis poſſunt conuocare conſilium eorum authoritate, & de neceſſitate hoc facere debent, quando incumbit faciendum.*
2 *Conſilium conuocatur authoritate ſuperioris, vel antiquioris ſuperioris.*
3 *Conſilium Ciuitatis, quando non eſt conuocatum authoritate ſuperioris, quando valeat.*
4 *Conſilium Ciuitatis conuocatur, etiam ſono tubæ, vel campanæ, vel voce præconis, & ſecundum conſuetudinem.*
5 *Conſilium Ciuitatis conuocari debet in loco publico, & conſueto.*
6 *Propoſitio in conſilio debet fieri per ſuperiorem.*
7 *Magiſtratus licet proponat in conſilio, tamē ipſe nō reformat, ſed cōſiliū.*
8 *Conſilium Ciuitatis de iure communi eligit officiales, & Syndicos.*
9 *Electio facta de aliquo, debet ipſi notificari.*
10 *Nominans aliquem indebite, tenetur ad ſumptus.*

a Obſeruare. a Ad officium Rectoris Ciuitatis pertinet conuocare Conſilium, & facere eligi officiales, vt eis electis nunciare poſſint, ſi velint appellare, & ꝙ ma
1 le nominat, teneē ad ſumptus h. d. Nota ex hac l. quod † Rectores Ciuitatis poſſunt conuocare conſilium eorum authoritate, vt hic. Et ita intelligitur gl. ſuper verb. magiſtratus. Secūdo no. quod rectores Ciuitatis habent hoc facere de neceſſitate, quādo hoc faciendum incumbit, vt hic, dum dicit, oportebit. Ter-
a tio nota, quod † Conſiliū dēt conuocari authoritate ſuperioris, nam hic magiſtratus, conuocat. Vbi autem magiſtratus nō eſ-
b ſet, tūc poſſet ɔuocare ille, qui eſſet antiquior b Decurio. ille. n. vr̄ ipſo iure prior Decurionū, argumē. l. 1. inf. de conſu. ff. de albo

ADDITIONES.

a Alex. Obſeruare. Hæc lex allegatur, quod expenſæ, quæ veniunt ratione victoriæ, non debentur niſi iudicis officio, & per conſequens non debentur, niſi quis fuerit ad eas reficiendas condemnatus, vt hic, & no gl. in l. ſcienter. ſup. de excuſa. tuto, & no. Alex in l. ſi finita §. Iulia ff de dam infec.

b Antiquior. Adde Fel. in c. cum omnes, in prin de conſti. & in d. c. 1 de maioritate & obedien. alleg hic.

* Menoch. Cons conſi 4. num. 19 20. Iaſ. conſi. 71. col. 2. lib 3.

bo ſcrib.l.1.& ibi dixi. & no p Inno.extra. de maiorita. & obe-
3 diẽ.c.1.& ibi no †Quæro qđ ſi nõ apparet a Conſiliũ cõuoca-
a tũ.Reſpon. ſi qdem eſſent oẽs præſentes, valeret concilium,qñ
non eſt q̃ læditur ex hoc, quod conuocari non ſunt. Sed ſi aliq
eſſent abſentes,tunc non valeret concilium,potuiſſet n.pręſen
tia eorum abſentium trahere alios in ſuam ſententiam, argum.
b l.ſicuti.ff.de arb. b No.ꝙ hic dr̄ in tex.ſolenniter, &c. qđ intelli
4 ge†ſono tubę,c vel cāpanæ,vt dicit gl.quod dicit ſono tubæ,in-
c tellige & voce pręconis hoc dicẽtis, & dẽt conſtare,qđ præco-
ni ſit commiſſum,argum l.neminẽ.ſ.de exhib.reis.& hic dũ di
cit,dẽt fieri iuſſu magiſtratus.poſſet ẽt fieri ſono tubæ, vel cam
panæ,tñ ſi ſtatutũ,vel conſuetudo eſſet,quod tali ſono cõſilia-
rii dicerentur vocari,ſeruanda eſſet cõſuetudo, vel ſtatutũ,ita
5 poſſet intelligi hic.No.ꝙ†Conſiliũ debet vocari in loco publi-
co, vt hic dũ dicit,ad curiant.Simile in l.ſi quis in fin.de leg. &
intellige locum publicum vbi publice officiales habitant,& cu
riam tenent.Pro hoc facit tex.dum dicit,in curia.& ff.de iniur,
6 l.lex Corn.§.demũ.No.ꝙ † per ſuperiorẽ debet fieri propoſi-
d tio d in conſilio,quod colligitũ hic dum dicit, magiſtratus De-
curionum faciant nominationem.Debet ergo inter eos propo
nere maior,ſimile in l.2.ad Vel puto tñ ꝙ ſi de ꝓpoſitione non
appareret,& cõſtaret de volũtate cõcilii,qđ valeret, vt d.l.ſi qs.
7 in fi.de leg & ff.de legi.l.de qb.in fi.No.†ꝙ licet magiſtratus fa
ciant iuridõneni,tñ ipſi nõ reformant,ſed conſilium,vt patet
hic,quia magiſtratus curant qđ Decuriones faciant electionẽ:
ipſi ergo Decuriones faciunt magiſtratu inſtigante, & propo-
8 nente,quod no.Itẽ no.ꝙ†de iure communi ad Conſiliũ ciuita
e tis ſpectat facere electiones officialiũ,& ſyndicorũ. e Facit ſ.l.p
curatores,& ſic non erit opus arenga,vel adunantia gñali:arẽ-
ga tñ illud,ſeu parlamentum,vbi non eſt aliquis ſuperior, hẽt
ab initio conſilium eligere, ut l. 2. circa prin.ff de ori.iu. Iſtud
f concilium ſic electum poſtea repræſentat totũ populũ vt no.
ſ.quæ ſit lon.conſue.ſuper rub de iſtis conſilijs facit mentio
nem glo optime in l.ita tamen, in prin.ff ad Treb. Vltimo no.
9 ꝙ† electio debet notificari electo. Item no. ꝙ†ille qui nomi-
10 nat aliquem indebite,tenetur ad ſumptus.

ADDITIONES.

a Si non apparet. Adde ad hoc omnino Ala in l.nulli.ff.quod cuiuſque vni.no.num. 7 & quod ibi poſui in apoſ ad eum,in ver nomina ſingulorum, extra de his q̃ fiunt a Præla ſine conſen.cap. * Menoch Barb conſi 7 col.5.cir med lib.3.

b Ale.Vide quod no.Bar.in l.vniuerſa ſupra de prec.Impe offe. Adde l. nulli & ibi glo.& Doc.ff.quod cuiuſque vni quod no. Bal.ibi poſt Gul & Bar. eſſe verum, niſi per collegium,& vniuerſitatem fieret aliquis actus iuriſdictionis,ſed vt daretur alicui ſimplex adminiſtratio,pvta in conſtitutione ſyndici Ibidem ver niſi ille eſſet antiquior.Ad hoc vide glo in l nulli.ff quod cuiuſque vniuerſitatis.iſtud dictum glo tenet in cap cum nobis olim, de elec.D.Ant.& Bal in l fi. de ſumſtr. & nih.ſupra pro ſocio & in cap.Imperialem § præterea ducatus de prohi feu. alie.per Fred Sed aduerte,quis ego dubitem de illo dic Inno.& Bal quoniam iura, quæ allegant, videlicet l j.de albo ſcribendo, non probat, ſed ſolum ſenibus maiorem fidem eſſe dandam,ſed non probat,quod antiquior poſſit exercere actum iuriſdictionalem in reliquis,ideo fortè videtur eſſe verior opin.Inno quã poſuit in c.3.de ope no.nun quam refert,& ſequitur D.Abb in c. 2. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli. circa fin vbi dixit, quod quando non adeſt ille,ad quem de iure,vel conſuetudine ſpectat congregare, debent conuenire duæ partes,ad quas ſpectat conuocatio aliorum, quia virtus vniuerſitatis conſiſtit in duobus partib l.nulli.& l plane.ff.quod cuiuſque vni no & iſtam opi. recte ſequitur Pet de Anch in rep.c.canonum ſtatuta.de conſt.in 2.principali.quæſt.illius quęſiti.& Lapus alle.131.vbi dicit hoc procedere de rigore,ſed de æquitate ſufficit ſe concluſio cum quod maior pars conueniat,arg.l.quod maior,ad municip. ꝓ quo facit quod no D.Ant in c.cum nobis olim.de elec potes tamen ſaluare opi. Inn. in d.c.3.de maio.& obe.vt procedat,quando non eſſet modus, quod illę duę partes,de quib.loquitur Inn.in d c.2 de ope.no nun.poſſent ſimul conuenire. Vel poſſumus etiam dicere,quod ſi vniuerſitas laicorum non hẽt caput,poteſtas ciuitatis erit eius caput. Vbi uero erit vniuerſitas clericorũ, epũs erit caput. Ita voluit Bar.in l.nulli,circa prin.poſt gl ibi.ff.quod cuiuſq; vni no. Et ibi in ver.ſed ſi aliqui eſſent abſentes.hoc intellige verũ, ſi non fuerũt citati illi abſentes, ut hic ẽt vult Bar Sed qđ ſi citati ſunt & noluit uenire?Dic, ꝙ ſufficit maior pars, ſecundum Bar.in l.omnes populi.in 2.q.princ.de quo dic,ut ibi,& per Pet de Anc. in d.c.can.ſtatuta,de conſt Verum aut abſentes ſint ſpecialiter citandi,& de quo loco,unde in c.præſentium de reſcr in 6.& c.cum in electis de elec. in 6. & in c. coram eo.tit in antiquis & uide quod no Bal.in l nulli.quod cuiuſque vni. oomi-
8 ne.& Bar.in l.3.de decre.ab ord.faci & glo.in d c.præſentium,dicit,ꝙ regulariter abſentes non ſunt citandi, niſi in trib.caſib.ibi no quos limita, niſi tractaretur de aliquo faciendo in præiudicium abſentium.Ita ſolet intelligi glo. in cap. 2.de his,quæ fiunt a maiori parte capituli per cap 1.ver.conſtitutum ſed D.Abb. dixit ibi,poſſet dici,quod glo.in d.c.præſent um intelligitur in omnib caſis arduis,& grauiorib nam caſus excepti per glo in d.c.2. ſunt fauorabiles,& ideo debent extendi ex identitate rationis ad omnes caſus graues.Pro hoc tex cum glo. in c dilecto,de confirma.vtili & inutili & glo no.de cond. & demon. vbi caſus exceptus a regula,extenditur ad alios habentes eandem rationem. & idem ſentit Inno.in c 2.de ope no nunc.& D.Ant.in c.1.& fi.de maio & obe. uide Imo. in c.cum omnes de conſt.Et adde,quod abſentes non ſunt citandi,ubi eſſet pręſixus a lege,uel ſtatuto certus terminus ad aliquid faciendum.qui terminus interpellat abſentes Ang in l.ſi unt. in fi.quod cuiuſque uni.no. * Menoch.Pariſ.conſ. 47.nu 30.lib.3.

c Ale.Tubæ.No de citatione per tubam,uel campanam. Adde ea, quæ dixi in l.non poteſt.ff.de iud.& uide quod glo no.in c.grauem.de ſen. excom. An autem illi ſic citati dicantur contumaces,vide Bar.in extrauag.ad reprimendum in ver cita ri.& ibi dixi Quot autem repræſentationes habeat ſonus campanæ,& tubæ, vide Bal in l.j.ſupra,de dedi lt.1ql. * Menoch.Crau.conſ.134 nu.5 Ial.conſ.71.col. 2 lib.3.

d Ale.Propoſitio.Adde Bal.in l 3.ſupra de eden.& ibi dicit,ꝙ in actib.publicis non habeat locum proclamatio Alex.Adde an propoſitio facta per perſonam inhabilem valeat, & dic, ꝙ ſic,l. univerſis. ſupra de prec. Impe. offi. Paul. de Caſt. in l 1.in prin ad l Fal.Item adde quid ſi propoſitio eſt facta ſuper materia prohibita, vt ſi ſtatutum dicit,quod tale quid non poſſit proponi,an reformatio inde facta valeat,dic ut per Bar.in l.1.de petitio bo ſubla.

e Officialium,& ſyndicorum Tu dic breuiter diſtinguendo inter ſyndicum uniuerſitatis,& collegii,ut per Bal.in l.ſi ita,ad ſi.ff.de ſer.reipub.manumit. & no. iſte in l.actor.ver uideamus.primum ff.rem rat.hab.

f Menoch.Totum populum.Ial.conſi 71.col.2 lib.3.

LEX III.

1 *Excuſationi, quam quis habet propter maiorem ætatem, renunciare põt, ſecus quando propter minorem.*

2 *Quis ex cauſa poteſt petere ſe cancellari de matricula.*

3 *Priuilegium perditur per pactum contrarium.*

1 Cum Decurionatus. Not.† excuſationi,quam quis habet propter ætatẽ
maiorem,renunciare põt,ſecus ſi pp minorem: quia tunc ex-
cuſatur propter imbecillitatẽ conſilii,& eorum imbecillitas eſt
in renunciatione.l.doli.§.diuerſum.ff.de noua. & l. ſi iudex. ſ.
de mino.& l.ſi intra. ff. de in inte.reſt. min. No. nouum modũ
2 agendi,peto me cancellari de libro Decurionum,† vel de ma-
tricula ſcholarium, quod poſſet peti ex iuxta cauſa, alias non.
3 Not.quod | per actum contrarium priuilegio,quis perdit pri-
a uilegium,quod not.a

ADDITIO.

a Ale Quod nota Iſtud no.facit contra habentes priuilegium,quod credatur eorũ libro,nam ſi falſum dixerit,illud priuilegium a modo ſibi non ualet. C. in adde c. cum acceſſiſſent,in fin.de conſt.& in l.j.ſup de iu do.impe.Limita tamen,niſi in tali priuilegio contineatur reſeruatio principis,uel ſuperioris,nam tunc per cõtrafactionem,uel actum contrarium non admittitur,ut eſt tex in c.cum tempore.extra de arb.& uide ad hoc no per Bar. in l uſum aquæ C. de aquæ duc. & ꝙ ibi ſcripſi.l.1 c.Facit, quod dicitur, quod priuilegium amittitur authoritate cõceſſa abutentes,auth.ſtatuimus in fi.ſup.de epi.& cler ubi iudex laicus denegans facere iuſtitiam clerico,amittit iuriſdictionem quam habet.

* ✱ Not. etiam quod per actum contrarium priuilegio quis perdit priuilegium, quaſi renunciet priuilegio Adde Bal in l.2 & ibi no.C.de iu.do. impe. & Iaſ. & Alex.in l.beneficium ff.de conſt.prin in fi.& Abb in c.ſuggeſtum de decimis & Card.in cle ſæpe.§.ſi tamen.2.quæſtio.de uerbo.ſignif.& omnino D.Alex.conſi. 197.1 par.

LEX IIII.

a Cum adoptiuum. a Filius adoptiuus habet priuilegiũ filii decurionis. h. d

ADDITIO.

a Ang.Adoptiuum. Iſta lex eſt argũ quod ſi mihi fuit conceſſum feudum,& filiis per reſcriptum principis,quod illud tranſit ad filios adoptiuos. Nam uides hic, qđ priuilegium conceſſum prĩ,& filio,tranſit in adoptiuos,tene bene menti.

LEX V.

Filios. Filiifamilias poſſunt eſſe conſiliarii. & pater tenetur pro eis,ſi conſenſerit. Item militans poteſt eſſe conſiliarius.hoc dicit.

LEX VI.

1 *Illiteratus poteſt eſſe Poteſtas, & Rector Ciuitatis.*

Expertes. Illiteratus põt eſſe decurio. h.d. Iſta lex facit ad
id,ꝙ not in l fi.ſ. de ſen. ex peric. reci. ſcilicet,
1 quod † Poteſtas,& Rector Ciuitatis poteſt eſſe illiteratus. Gloſ.
formar contraria,& non ſoluit. Tu ſolue quod ibi ad executio
nem officii requiritur ſcientia literarum.

LEX VII.

a Licet. Vnus frater a non tenetur pro alio in officio deliquente,licet bona non ſint diuiſa. h d. Facit ad hoc ff. pro ſoc.l.cum duob. alias l.ſi fratres. §. idem reſpondit ſocietatem.

ADDITIO.

a Ale Frater Adde quod etiam non tenetur frater ſi eſſet ſocius omnium bonorũ, per text.in l cum duob.§ pen & fi.ff.pro ſoc. Facit l. ſi ſocietatem vniuerſorum eo tit.& voluit Dom.Mat de l.aude,in conſi.inc. Vt clarius conſtitutionem.

LEX VIII.

1 *Infamia an adimat honorem ipſo iure, remiſſiue.*

Infamia. Qui perdit viſum,non perdit officium.Secus ſi
1 infamaretur. h. d. † Quæro vtrum infamia adi-
a mat honorem ipſo iure,a gl.tangit hic. Plenius dicemus in l. 2.
infra de dig.lib.12.Facit quod no per Dyn.in c.in famis, de re-
gul.iur lib.6.

ADDITIO.

a Verum infamia adimat honorem ipſo iure. Tu vide Ro.ſententiam quod ipſo iure,rationibus poſitis per eum, conſ.306 inc. Fuit a me quæſitum.

LEX IX.

a In albo. Qui habet filios,a præfertur non habenti.h. d. No. legem,quia caſus notius eſt.& fiet iſta prælatio in ordine ſedendi,ſcribendi,arengandi. Facit infra, de conſuli.l.j. & de albo ſcriben.l.j.

ADDITIO.

a Ale.Filios. No patrem habere honorem propter filium,vt hic,& filios propter patrem.ſupra.eo l.cum adoptiuum.

Ang An iſta lex habeat locum in filiis naturalib.tantum,ꝙ.quod ſic, in l qui filium,de iure deli.& l ex facto.§.ſi quis rogatus ad Trebel & l.hæredes,eo. tit. & l.Iulianus,de ritu nup.& l generaliter.§.cum autem ſupra, de inſt et ſubſt. ſub cond fac.In contrarium tamen eſt ueritas.In caſu huius legis tex.eſt ſio in l.excuſantur.§.legiones.ff de exc.tu allegatur per Ro in ſingularibus ſuis,in litera,f in no.25. et ibi ponit quid in ſpuriis, item quid in adoptiuis. habes caſum ſingul. quod non habet locum etiam in illis Inſti.de excu tu.in prin.vel in §.j. quem allegat,vbi prox.pro ſingu Rom.

* Adde D.Alcia.in tract præſum reg pri.præſump.36.

LEX X.

Si vltra. Qui excedit annum ſeptuageſimum, habet excuſationē a muneribus perſonalibus. hoc dicit. Declara iſtam legem, vt in gl.

LEX XII.

1 *Immunitas denotat priuilegium, non pœnam.*
2 *Infamis electus iudex, non poteſt ſe excuſare.*

a **Nec infames.** a No. quod verbum † immunitas deno-
1 tat priuilegium, non pœnam. Item per
2 hanc legem dixit Inno quod † ſi aliquis infamis eligit iudex,
nō poteſt ſe excuſare, niſi ab alio opponat. Ita notat per eum,
extra de reſcrip. ca. ſciſcitatus, in prin. in glo. infamē, in fi. quod
an ſit verum, dicam infra tit. j. l. ij.

ADDITIO.

a Alex. Infames. Exceptio infamiæ non poteſt opponi gerenti officium publicum. Adde quod idem ponit Bart. in l. militib. de teſt. mil. limitatur hoc, niſi in his quę pertinent ad eius officium, ſi infamaretur pp delictum, cui poſſet opponi exceptio falſitatis, qua oppoſita ſi condemnetur, non poteſt amplius conficere inſtrumenta, ſecundum Doct. in d. § militibus, de quo per Bart. in l. ea, ad l. Iul. repet. per Ang & alios in l. ſi quis ex argentariis § j. ff. de eden.

LEX XIII.

1 *Præſes prouinciæ, quando poſſit dare excuſationem a muneribus in perpetuum.*

1 **A muneribus.** † Illud quod dicit, quod præſes ſua ſententia non poteſt dare excuſationem in perpetuum, eſt verum, niſi excuſaret propter morbū, quem conſtaret eſſe perpetuum, vt ff. de excu. tut. l. non ſolum. §. fi. & l. Idem Vlpianus. Item hoc eſt verum, qn̄ præſes principaliter pronunciat ſup hoc excuſando, ſecus ſi propter delictū. tunc enim perpetuò non permitteret ipſum ad decurionatus officium, vt infra l. proxi. & l. infamia. ſupra, eodem tit.

LEX XIIII.

1 *Quilibet iudex ordinarius ex cauſa poteſt immunitatem a muneribus concedere.*

Nemo. Nullus iudex poteſt immunitatem a muneribus concedere ſed ſolus princeps ex cauſa. h. d. Iſtam legem intelligo, quando aliquis vult concedere ex cauſa non
1 expreſſa a lege, alias † pōt quilibet iudex ordinarius, ad quem appellatur, vt infra qui ætate. & qui nu. liber. per totum.

LEX XV.

1 *Tabellionatus officium eſt vile.*
2 *Inſtrumenta confecta ab aduocato tenent, licet tabellionatus officiū exercere non deberet.*

Vniuerſos. Conſiliarii non dēnt exercere officium ta-
1 bellionatus. h. d. Ratio, quia † officium ta-
a bellionatus eſt vile. a Et ſic no. contra aduocatos, b qui officiū
b tabellionatus exercent. Puto tn̄, ꝙ ſi aduocatus fecit inſtra, va-
2 lere. licet non deberet facere. Pro hoc extra, ne clerici, vel mon.
c c. primo, & c. ſicut. c vbi plenius dicit̄, quod cleri. d non debent
d exercere officium tabellionatus tamē ſi exercuerint, valent inſtrumenta licet puniantur, quod eſt notandum, & dic vt ibi. & vide gl. no. in ſimili, in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem, in ver. depoſitione, ſupra, de teſta.

ADDITIONES.

a Alo Vile. Vide etiam per Bal in l. 1. de inſt. & in. & ibi etiam per Bar.
b Alc. Aduocatos Et ſic no. contra aduocatos, licet aduocati, & ſimiles omnino nō debeant exercere officium tabellionatus, ſi tamen exercerent, quod fit per ipſos, tenet, & per Bar in l. generali vbi gl. tangit. inf. de tabulariis. Item notarius effectus clericus an poſſit exercere officium tabellionatus limita tamen c. ſicut, hic allegatum non habere locum in inquiſitione, & ſic in cauſa inquiſitionis hæreſis, quia poteſt eſſe tabellio, vt eſt tex. in c. inquiſi. de hæreti. lib. 6 Et adde, quod licet non poſſit officium exercere, poteſt tamen illa quæ confecit ante clericatū extrahere, ſecundum Bar. in l. 1. § ſi penes ff. de tabu exhiben. Sed an valeat ſtatutum, quod clerici, qui non poſſunt alias exercere officium tabellionatus, poſſint & inſtrumentis ſuis datur talis fides, ac ſi ſcripta eſſent manu publici notarii dic quod ſic, vt Bal. dicit in l. j ſupra de ſum. trin. vbi alleg. tex. in c. dilectus, de fide inſtrum vbi optimus caſus Item adde, quod in fauorem eccleſiæ ſuæ poteſt clericus inſtrumentum conficere. Exemplum, ſi ſcribit teſtamentum vitus, qui inſtituit eccleſiam ſuam hæredem. Ita voluerunt Io And & D. Ant. in c. cum inter nos de regu. iu. de quo dicto facit ſellum D. Matheſilanus in ſuis not. no. 86. Et quid in monacho, an omnia prædicta habeant locum in eo, Vide Bar & ibi di i jit d §. ſi penes, & ad pen. dictum vide Ro. in ſuis ſing in litera N. in 6 no.
* Menoch. Adde D. Alcia. in tract præſump reg. prin præſump 36
c Et c. ſicut. Et ibi vide Panormit. ver extra gl quæro iuncto verſi ſeq. & Fel. in c. cum I. & A. de reg iu.
Ang De hoc in Spe. de inſtrum edi. §. reſtat, verſi quid de liberto. Not. quod ſtatuta dicentia, quod nullus notarius, niſi ſit in matricula deſcriptus faciat inſtrumenta, contingit quod notarius, qui non erat in matricula, fecit inſtrumentum, an valeat. Et prædictis no. quod ſic.
* Menoch Dec conſi. 17. Dec conſi. 42 nu 5.
d Alc Clerici An clericus poſſit eſſe tabellio, vide Bar. & Doc in l. ſeruus. ff. de teſt. Et ad no. hic p Bar. vide Bal in l 2 ad ſi de ſent. & interlo. om. iud. inſtrumentum tamen prius factum deberet authenticari, per no. per Bar in l. nec patronus. ſup. de oper. lib & quæ no. in l. ſi quis ex argentariis. § j ff de eden & bona gl. in Aut. de tabel. in §. j ver documentis, & gl. Io. And. in c. vt officium. §. 1 in verbo permiſſa. de hæreti. in 6 De hac materia per Ang. in l. prætor. §. is etiam, & in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff de eden.

LEX XVI.

1 *Ambaſciator quis cogi poteſt vt ſit, & debet portare literas de licentia, & mandato ſuæ Ciuitatis.*

a **Si quis.** a Conſiliarii non debent recedere a ciuitate ſine li-
1 centia, alias puniuntur. h. d. No quod † quis pōt cogi ſuſcipere ambaſciatam, vt hic not. in gl. & patet in tex. ibi dū dicit, cogitur Secundo no. ꝙ ambaſciatores debent portare literas, p quas appareat, ꝙ de licentia, & mandato ſuę ciuitatis vadunt, vt hic colligitur ſecundum vnā lect. prout dicit, quod habere literas debet. pōt tamen aliter intelligi, ſed non curo.

ADDITIO.

a Alex. Si quis. Hæc lex allegatur, quod actor accuſans contumaciam rei, non debet recedere a foro, niſi licentiatus. Facit glo. in l. ſi finita. § Iulia. de dam. infec. & ibi Ang de Are & in l. properandum. §. 1 ſupra de iu. & quod habetur in cap. 1. extra, de do. & contum.

LEX XVIII.

Si ad magiſtratum. Si acceptando officium fuerit quis contumax, loco eius alius eligitur, qui interim bona contumacis habebit, & contumax duplicato tempore habet officium exercere. h. d.

LEX XIX.

1 *Reſcriptum, quo conceditur immunitas, non valet, & quando, nu. 3.*
2 *Ciuitas, vel conſilium, non poteſt concedere immunitatem, & quando, num. 5.*
4 *Reſcriptum continens immunitatem, quid continere debeat.*

Vacuatis. Reſcripta cōcedentia immunitatē ſunt caſſa. nec valēt, etiam ſi conſenſu decurionū,
a vel curiæ fuerunt conceſſa. h. d. a Nota duo. Primo, quod † non
b valet reſcriptum, quo conceditur immunitas. b Secundo no.
1 quod † Ciuitas, vel Concilium non poteſt ciui concedere im-
2 munitatem. Ad primum opponitur † de excuſa. mu. per totū. de vac. mu. l. 1. Solu Lex bene poteſt concedere, vt in contra re-
3 ſcriptum tamen † non valet, vt hic: quod intelligo, niſi eſſet dictum, non obſtante tali lege, vt l. fi. ſi cōtra ius vel vti pub. Quæ-
4 ro, † quid debet continere reſcriptum conceſſum. non obſtante tali lege, ad hoc, vt habeatur plena immunitas. Reſp. on. debet dici a muneribus perſonalibus & realibus in dubio enim talia realia non intelliguntur remiſſa, vt l. 1. J de munc. pa. Item
c debet dici a muneribus & onerib. alias ab oneribus c non haberet immunitatem, vt l. cui muneris. ff. de muneribus, & honoribus. Item debet dici ordinariis, alias & extraordinariis, in dubio ſolum crederetur extraordinaria eſſe remiſſa, vt l. his q. & l. in honoribus. §. qui muneris. ff de va. & excu. mu. & videt tangi per glo. dixi de hoc in lege ſecunda. ff. de iure immunitatis. Venio ad ſecundum dictum: dicitur hic, quod curia vel Ci-
d uitas non poteſt concedere d immunitatem. contra ff. de pac. l. inter debitorem, & l. epiſtola. § pactum. dicit glo. fateor, quod
5 † non poteſt in præiudicium fiſci, ſed in præiudicium ſui ſic, vt in contrariis. Quod intellige, quod poſſit concedi hæc immunitas venientibus de nouo ad Ciuitatem, ſed ciuibus ſuis immunitatem concedere non poteſt, vt dicta l. ſecunda. ff. de iure immu. vbi plene dixi Poſſet etiam ſuis cōcedi ex cauſa, vt puta quia Doctor, vel Medicus, vel ſimilis: alias non, vt infra de decur. l. prima.

ADDITIONES.

a Alc. Hoc dicit. Hæc lex allegatur, quod priuilegia exemptionis debent intelligi ſine damno aliorum. Cum lege iſta concor. l. 2. §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publ & l omnes ſupra, de anno & trib. & l. actores. de exact. tribut.
b Alc Immunitas. Adde Bal. in l. omnium. per illum tex. de vect. & commi. & reſcriptum non poteſt remittere datia, gabellas, & collectas.
c Ang Item debet dici a muneribus, & oneribus. Quia licet alias quis habeat immunitatem a muneribus, non tamen habet ab oneribus, l. cui muneris ff de muneribus, & honoribus.
Alc. In hac materia adde tex. & ibi Bar. in l prima, infra, de mul. & in quo loco, & Bal. in l. ſecunda ſupra fine cen. uel reliq.
d Menoch Concedere Bello. conſ. 38. nu. 1. 2. 3. Pariſ. conſi 68. nu. 1 2. 3. lib. 1. & cōſ. ſeq & conſ. 71. num. 12. 13 eo. Iaſ. conſ. 101. col. 2 lib. 4. Ruy. conſ 196 nu 1. 5. lib. 1. & ibi. num. 6. an poſſint reuoca. Crau. conſ. 132. num. 21. late in materia. Ruy. conſ. 527 lib. 1 & quanto tempore præſcribatur.

LEX XX.

1 *Poteſtas Ciuitatis poteſt expendere de ære Communis in capiendo officiales Communis fugitiuos, quæ expenſa per captiuos reficiuntur.*

Circenſium. Iudex ciuitatis facit officiales ſuos fugientes ad curiam reuocari expenſis ip-
1 ſius fugientis h. d. No argu. ex iſta lege, † quod Poteſtas Ciuitatis poteſt expendere de ære Communis pro perſequendo, & capiendo officiales Communis fugientes: ipſis tamen captis omnes expenſæ per ipſos debent refici, & reſtitui.

LEX XXI.

Curiales. Decuriones habent immunitatem ab extraordinariis munerib. h. d. & dixi in l. 1. ſupra de immu. nemi. conce. Dic ut ibi.

LEX XXII.

Eos. Qui non ſequitur conditionem patris, ſequitur conditionem matris. h. d.

LEX

1

LEX XXIII.

1 *Succeſſor in officio non tenetur pro debito prædeceſſoris.*
2 *Venientes de nouo in Collegium, non tenentur pro debito ante cõtracto.*
3 *Ciues nouiter recepti non tenentur ad Collectas, quæ pro debitis ueteribus imponuntur.*

a Prouidendum. Nouiter creatus Decurio, nõ tenetur pro debitis a predeceſſorũ h.d.
In text ibi, ſuſceptorum.i.eorũ qui ſuſceperũt in decurionatus
ordinẽ, ſecũdum Dy. Gl. vero aliter exponit ſuſceptores, ſecũ-
1 dũ expoſitio. gl. † no. ꝙ ſucceſſor ᵇin officio, non tenetur ꝓ de
b bito prædeceſſoris Hanc q̃ſtionem ponit Ia. de Bel. in Auth. ut
c nulli iudi. §. hoc vero iubem⁹. colla. 9. dixi ĩ l. Ciuitas. ᶜff. ſi cer.
2 pet ſecundũ expoſitionẽ Dy. No ꝙ † qui de nouo ueniũt in col
d legiũ, non tenentur pro debito anteᵈcontracto, † ꝙ facit, ut ci-
3 ues nouiter recepti nõ teneãtur ad collectas, quæ ꝓ debitis ue-
teribus imponuntur. Ita no. Dy. ff. ad Municip. l. incola. & ibi al
legat hac legem.

ADDITIONES.

a Menoch. Pro debitis. Quid ad commodum, Signorol conſi. 44.
b Alex Succeſſor. Bar. in l. 1. § ſerendum. ff. de magiſtra conue. per illum text. arguit contra officiales, qui maiorem partem proceſſuum relinquunt ſucceſſoribus, ut puniatur ſi non expedierunt illos, quos potuerunt.
c Alexand. in l. Ciuitas. Et idem in ciuib. & uide Bar. in l. 1. § ſi hæredum. in fin. ff. ad l. Fal. & in l. incola. ff. ad municip. uide Bald. in l. 1. ad fi. quod cuiuſque uni. no. ubi ponit aliquas regulas, & pulchras quæſtiones. & adde Bartol. in ſuo tractatu repreſaliarum in 4. q. 1. q. pen. prope fin.
d Menoch. Ante Cortet. ſuo ſing. in uerbo, collecta. incip. qui de nouo.

LEX XXIIII.

a Si quis. Duodecim liberorum numerus ᵃ excuſat a muneribus realibus. h.d.

ADDITIO.

a Duodecim liberorum numerus Adde, an tale priuilegium durabit mortuis filiis. Alexand. plene in l. ſciendum, §. fi. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. ſi cum dotem. §. ſi cum maritus. ff. ſolu. matrim. & dom. meum Philip. Dec. conſi. ſuo 44. uerſi. quarto facit. uolum. 1.

LEX XXV.

1 *Exiſtens extra iuriſdictionem ſui iudicis, ab eo uocari non poteſt.*

Curiales. Officialis non cogitur exire locum, in quo ſeruire tenetur, niſi ex cauſa h. d. Dico tamen, q̃d
eis poſſet iniungi, ut cuſtodiã facerent in Ciuitate, uel alia per
quæ officium nõ impediretur, vt dixi ſ. de immu. ne. conce. l. 1.
1 Et not. quod ille, qui † eſt extra iuriſdictionem ſui iudicis, ab eo
uocari non poteſt.

LEX XXVI.

1 *Intrans religionem ueram, excuſatur a muneribus Ciuitatis.*

Quidam. Qui prætextu fictæ religionis onus ciuitatis euitãt, retrahuntur, & qui loco eorum ſubſti
tuũtur bona ſua capient. h. d. Hoc eſt uerum in religione ficta,
1 † ſed ſi intraret religionem ueram, tũc excuſaretur, vt l. qui ſub
prætextu. ſupra de ſacroſ. eccleſ. An aũt poſſit effici monachus?
dic, ut in gl. & not. extra, de obl. ad ratiocin. per totum. De hoc
uide in d. l. qui ſub prætextu. gl. quam ibi not. de his, qui uolunt
iſta munera euitare.

LEX XXVII.

1 *Priuilegio competenti ratione originis, quando quis renunciare poſſit.*

a Priuilegio. ᵃ Priuilegium, quod quis habet extraordinem, perditur per contrarium conſenſum,
& hoc primo. itẽ inſpicitur conditio patris potius quam aui. &
1 hoc ſecundo Op. de l. aſſumptio. ff. ad Municip. Sol. † Iuri, quod
quis habet ex origine poteſt renũciare inquantum facit pro ſe,
nõ autem in præiudicium Ciuitatis, ut in contrario. Ad ſecundam
partem oppo. gl. Dic ut in ea, dum dicit, argu. contra, ff. de
Sena. l. liberos. Gl. non ſoluit, tu dic, quod ibi pater nepotis non
fuit adſtrictus curiali conditioni, hic ſic, & ſolue etiã eodẽ modo,
ut præcedens contrarium.

ADDITIO.

a Ang. Priuilegium. Niſi ex fine huius legis, quod qui habet priuilegium ex perſona patris, & aui, patris priuilegio rem uente, ipſum perdit priuilegium, nec id conſequitur ex perſona aui. Quod intellige uerum, quando pater perdit antequam filius naſceretur. Sed ſi poſt eius natiuitatem perdiderit, tunc ex perſona aui, cũ fuerit iam adeptus, retinet priuilegium ex perſona aui. l. emancipatum in fin. ff. de Senato.

LEX XXVIII.

a Nullus. ᵃ Et proſequere legem iſtam, vt habes in gl. & dic, vt in ea.

ADDITIO.

a Ang. Nullus. Non ualet priuilegium, quod quis munera non ſubeat. h. d. No. text. ibi, qualibet prærogatiua, quia hic eſt arg. quod non præſcribitur impoſitioni, & ſolutioni collectarum, cum hic dicit prærogatiua. nam præſcriptio dicitur prærogatiua, appare. §. pe. de inoc. actuque prima, contra quod uide, quod no. in ſimili per. Dy. in l. ſi pupilli. §. fin. ff. de nego. geſt. & uide per Cy. in l. fin. ſupra noua uectig.

LEX XXX.

1 *Conſilium Ciuitatis facit ſyndicum, ex iure ſpeciali.*

a Procuratores. ᵃ Decuriones dẽnt exercere actiones Reip. h. d. Quæro qualiter intentabunt
actiones? Gl. dicit p ſyndicũ cõſtitutum ab omnib. ciuitatis, ſubaudi,
vel a duab. partib. ut ĩ eod. l. nominationũ. Et ꝓ hoc dico,
1 quod de † iure ſpeciali ſpectat ad cõſiliũ facere ſyndicũ, ad mouẽdas
actiones, & alia faciẽda, nec eſt opus adunantia generali
ſiue arenga, ut dixi ſupra, col. 2.

ADDITIO.

a Alex. Procuratores. Et no. in hac l. unam gl. ſing. ſm Ro. in litera E, no. 233. quod quando Vniuerſitas indiget procuratore ad agendum, & illi de Vniuerſitate ſunt in diſcordia in conſtituendo procuratorem, quod Decuriones Ciuitatum poſſunt agere ſine mandato. Adde gloſſ. in l. nulli quod cuiuſque uni. quæ dicit, quod tali caſu Poteſtas habet mandatum a legib. quod no.

LEX XXXI.

1 *Quis extrahi põt de domo, vt acceptet officium, etiam ſi non ſit Curialis.*

a Ex omnibus. Põt quis extrahiᵃ de domo, vt accipiat officium, & occultator punit. h. d. No.
1 q̃d † licet alias quis nõ poſſit extrahi de domo, ut l. ſatiſque, & l.
plerique. ff. de in ius uoc. l. nemo. de regu. iur. tñ vt acceptet offi
b ciũ, in quo eſt electus, poteſt extrahiᵇ, ut hic. quod nota. Idẽ in
maleficiis, vt nota. in dictis legibus. Quæro, q̃d ſi non eſt origine
curialis, an poterit de domo extrahi. Hic gl. dicit forte quod
non, puto tamen idem, quocunque modo ad publicum vocetur
officium, ar. ſupra eo. l. ſi ad magiſtratum in fine. nec refert
vtrum origine, vel quoquo modo ſit aliquis Curialis, vt l. quotieſcunque.
infra eo.

ADDITIONES.

a Alexan. Extrahi. Facit l. munerum. § defenſores. de mune. & honor. & in § indicandi. & in §. interim. in Authen. de defenſ. ciui. & in l. ſciendum §. fi. de legationib. electus in ambaſciatorem cogitur acceptare officium. Facit etiam tex. in l. 2 q̃d quiſque iur. bona gl. in l. liberto. ff. ſol. mat. quæ dicit, quod ſi aliquis eligitur ad temporalia officia ſuæ ciuitatis, per Principem eſt compellendus acceptare.
b Poteſt extrahi. Adde quod hoc dictum Bartol. alleg. pro ſing. Ro. ad hoc quod dicitur in l. 4. § prætor ait. ff. de dam. infe. ex quo dicto elicit cautelam ad extrahendum quem de domo pro debito priuato, quem ibi refert & ſequitur Alexand. & domi. meus Iaſ. May. in l. plerique ff. de in ius uoc. Par. de Puteo in ſuo trac. in uerſicu. captura. §. captus illicite. de quo per Fel. in cap. ſi. uer. limita etiam extra, de iud. & dixi poſt Phil. Fran. c. Romana. nu. 7. in uer. non poteſt. extra, de foro compe. li. 6.
Alex. Adde quod ultra hic dicta datur cautela, ut quis extrahi poſſit de domo etiam pro debito, de qua per Bart. in l. ſacrilegi § cum eo. ff. ad l. Iul. pec. quem ſequitur Petr. de Anch. & Imo. in l. 2. de iudi. & uide Rom. & Ang. late, & domi. Ale. in l. plerique. ff. de in ius uoc. & Are. Ioſti. de actio. in § fi.

LEX XXXII.

Fabricenſes. Etiam de Collegio Fabricenſium Curialis extrahitur, & Collegium punitur. h.d.

LEX XXXIII.

1 *Decuriones, & alii in dignitate poſiti, non torquentur.*
2 *Conſuetudo, quod in dignitate poſiti torqueantur, non eſt ſeruanda.*
3 *Iudici malefacienti, uel officium ſuum male adminiſtranti, licite reſiſti poteſt.*

a Omnes. ᵃ Primo dicit Decuriones non eſſe cruciãdos in corpore. Secundo punit iudices contra faciẽtes.
Tertio cæteros officiales Secunda ibi, quod ſi quis. Tertia ibi,
1 & officium. Not. quod † Decuriones, & alii in dignitate poſiti
2 non ſunt torquendi. Secundo not. quod † conſuetudo contraria
non eſt ſeruan. quod eſt notandum Facit contra officiales,
qui puniunt clericos propter conſuetudinem, nõ enim eſt ſeruanda.
3 Tertio not. † poſſe reſiſti iudici male facienti, vel alias officium
ſuum male adminiſtranti. facit ſupra, de iure fiſci, l. prohibitum.

ADDITIO.

a Ale Omnes. Limita hanc l. non procedere in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis popul. l. fallaciter ſupra, de abol. & not. Bal. in l. Decuriones. ſ. de quæſt. & ſequitur Aret. in tractatu maleficiorum, ut uerbo fama publica, in materia torturæ in 6. q. ubi ponuntur caſus, in quib. perſonæ priuilegiatæ torquentur. Item limita, ut ſupra in margine ſcripſi, quod ſubiungo. Adde tamen quod in caſib. in quib. poſſet torqueri, quod primo eſt degradandus antequam torqueatur. Tex. eſt ſing. in l. ſi exempta. de malefi. & mathe. ibi, præſidio dignitatis exuti. quem pro ſingulari alle. Ro. in quodam ſuo ſermone incipiente, manifeſtiſſimum. Et adde quod talis, & tantæ uirtutis eſt talis degradatio, quod Doctor, & miles, ac illicite ad eandem nunquam aſpirare põt. dictum ſingulare Bald. per illum text. de lib. & eor. lib. Et de iſta degradatione adde bonum text. & ibi Bartol. in l. 2. §. ignominiæ. ff. de infa. & Bartol. in l. 1. de pœnis. & Bald. in l. officiales. ſupra de epiſ. & cle. & per Bartol. in l. qui cum uno. § exerc. ff. de re mil. per Iaco. But. Cy. & Bald. in auth. presbyter ſupra de epiſ. & cler. Aret. in practica maleficiorum in uer. capus a ſpatulis. Itẽ in uer. 3. no. q̃d non ualet cõſuetudo, q̃d miles, uel decurio poſſit torqueri. Adde quod nec ualet ſtatutum dictans, quod quilibet poſſit

expi, non obſtante priuilegio, nam tale ſtatutum non extenditur ad tales perſonas, ut uolunt Aret. poſt Raph in l miles. in prin ff. de re iudic. Et eſt ratio, quia priuilegium, uel ſtatutum non intelligitur tollere priuilegia inſerta, & clauſa in corpore iuris, niſi aliud exprimatur, ut dixit gl. in auth. qua in prouincia, ubi de crim. agi opor in uer priuilegium, poſt medium, & ibi Doct. & in corpore, unde ſumitur, & in §. ſi igitur ambo in uerbo, ex priuilegio, & no. gloſſ. in l. 2. §. ſe. & in l hæres abſens. de iud. & Bartol. in extrauã ad reprimen. in uer non ob. Idem adde in eo uer quod talis conſuetudo excuſat a pœna, ut eſt gloſſ. in c denique. 4 diſt. & idem glo & Doct. in c. cum uenerabilis de conſue. & probatur in l. 2. in fi. de arb. & in l. etiam de libe. cau & per Doct. in l. pe. ff de adul. & Bar in conſi. inc. Contingamus. & Ro. in l. 1. § ſi quis ſimpliciter de uerb. obl. gloſſ. ſing. in c. quoniam contra. de reg. iur. in 6. & do. Abb. in c. de quarta, ſuper glo fi. de præſ & Imo. in cle. 1. de ſeb. eccl. non alie. Aduerte tamen quod id, quod dicitur malam conſuetudinem non eſſe ſeruandam, ho. uerum quando annullat, & prohibet actum fieri, ut hic, & expreſſe conſuetudinem in contrarium, ſecus uero ſi ſolum actum prohiberet, & non conſuetudinem in contrarium, quia conſuetudo in contrarium ualeret per d. l. de quib. de leg. Adde tamen do. Abb. in c. cum uenerabilis, qui dicit quod talis conſuetudo licet excuſet a pœna temporali, non tamen excuſat quantum ad Deum. Idem dicit, ſi talis conſuetudo eſt contra ius naturale, & contra bonos mores naturales 12 q. 2 c. hominis falſum. Et ad prædicta uide Rom. in ſingu. in litera C, in uot quinto. & eſt bona glo in c 2. & ibi Doct. de tempo. ord. Et mala conſuetudo etiam longæua, & longo tempore obſeruata, non ualet, ſeruari non debet, uolunt Ange. per illum tex. ut nulli iudi. § i.
Menoch. Chaſſa conſi. 14. præſump. nu. 26. 27. adde Ro. ſing. 488 milites.

LEX XXXIIII.

1 *Officium procuratores uiliſſimum eſt.*
2 *Procurator ad iudicia an poſſit fieri aliquis officialis.*

Si quis. Conſiliarius non dēt conſtitui procurator, & con
1 ſtituēs, & ꝯſtitutus punientur h. d. † Et forte non taciunt male Peruſini, q nolunt qd aliquis notarius, vel aduocatus habeat officium Prioratus, vel Cameræ, per rōnē huius, l.
1 No. ꝙ † officiū procuratoris eſt vilisſimū. a & ideo nullo modo
a aduocati volūt eſſe procuratores. Et aduerte, quia hæc lex vř lo-
2 qui in procuratore ad negotia, † ad iudicia vero faciens procuratorem aliquem, officialis eſſe poteſt: die vt ſupra, ne liceat potentiori. & de his, qui potentio. no. per totum.

ADDITIO.

a Alexand. Vilisſimum. Ad hoc facit bonus text in l. milites ubi cure ſe, ſupra locati. quod intellige niſi eſſet procurator Principis, quia diceretur tunc habere nobile officium. text. eſt in l. nemo præfectus. infra, de dignita. libr. 12. ſecundum Lu- do. ut ibi dixi.

LEX XXXV.

1 *Habens ius eligendi, illud non perdit ſi ſtetis per centum annos, ꝙ non elegit, quia non expediebat.*
2 *Eccleſia Romana, quæ habere poterat exercitum ab aliqua Ciuitate, illud ius non perdit, ſi ſtetit per centum annos, quod non exegit, quia neceſſitas non euenit.*

In filiis. Primo dicit, vetera iura ſeruari in filiis decurionū. Secundo, quod officiū aduocationis non liberat quem a Curia. Tertio, quod vbi nō exigiť obſequium quod nō expedit, propterea ius nō perditur. Quarto qđ filii magiſtrorū nō habent immunitatem a curia. Secunda ibi, eos. Tertia ibi, ꝙ & ſi. Quarta ibi, ipſos quinetiam. Pars prima eſt clara. Secundā partem intellige præterquam in aduocatis fiſci, & aliis de qb. di
1 cet ĵ. eo. l. fi. Tertiam partem no. multum. † ſi. n. hēs ius eligendi
a aliquem in eccleſia, & per centum annos a non elegiſti, quia nō expediebat, non perdis ius tuum, vt ibi. & ſi neceſſitas non exo
2 gerit. Item no. ad hoc † ſi aliqua ciuitas debet facere exercitum, quando facit ipſe Princeps, vt eccleſia Romana, & per centum annos ſteterit iſta ciuitas quod non fecerit, quia neceſſitas non exegerit, quod Princeps, vel eccleſia Romana, qui debent reci-
b pere, non perdit ius ſuum, vt hac l. quam no. b

ADDITIONES.

a Alexan. Centum annos. Vide gl. quæ idem tenet in c. ut priuil. §. illud. ſuper uerſicu. ſemel in anno. de priuil & Bartol. in l. cum ſeruus, ante medium. inf de agri. & cenſi. & Bald. & Ang. in l. hæc autem iura, in prin. de ſeru. ruſt. prædio & ibi Flo. & uide de uſufru. Bald. in l. arboribus. § nam & ſi agrum, & in l. item ff quemadm. ſer. amit. & in c ſi uaſallus, ſi de feu. fue. contro. & Petr. de Ancha. in c. fi. de conſue. in 6. Bartol. quem ſequitur Roma in rubr. de arb. in 21 q. uerſicu & ſi Ciuitas. & uide Ang. in l. centeſimis in prin. ff. de uer. obl. & Bald. in l. data ſupra qui accu. non poſſ & Ang. in l. male agitur ſupra de præſcrip. 30 ann. uide Bartol. qui uidetur ſentire contrarium eius qđ hic dicit in l. uſum aquæ in l. de aquæduc. lib. 11. & hic adde, quod per Ang. in conſil. 195. ubi dixit unum de repræſaliis, quod ſi repræſaliæ fuerint impoſitæ a Ianuenſibus contra Flor. & elapſi fuerunt centum anni, in quibus non fuerant executi, quod propter hoc non eſt præſcriptum ipſis. Vide etiam in materia Bald. in l. ſicut. de præſcrip. 30. ann. quod per do. Abbatem & Inno. in c. ad audientiam. de præſcript.
b Alexan. Quam nota. Adde ad hoc tex. in l. hæc autem iura, cum l. ſeq ff de ſer. urb. præd. & quæ non Bartol. & Ang. in l. 2. ad fi. de præſcr. 30. ann. & Barto. in l. cum ſeruus ff. de agr. & cenſi. Faciunt not. per Bart. in l. qui iumentis ff. de ſeru. urb. præd. & ad Bal. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud.
Menoch. Bello. conſ. 1. nu. 9. 10. & Soc. iun. conſ. 165. nu. 34 lib. 2. Barba. conſil. 68. col. 4. lib. 3.

LEX XXXVI.

1 *Reſcriptum Principis ſpecialiter conceſſum, quod quis ſequatur conditionem matris, non ualet, ſecus ſi generaliter.*
2 *Statutum, uel conſuetudo, quod quis efficiatur nobilis, uel ignobilis ex progenie materna, non ualet.*

Exemplo. Tria dicta clara hēt hęc lex. Ex ſcđa parte no.
1 † ꝙ reſcriptum Principis ſpecialiter conceſſum, quod quis ſequatur conditionem matris, non valet, ſecus ſi generaliter h. d. vt ş. eo l. eos. & ff. ad munic. l. j. Ex vltima parte
2 no. ꝙ † non valet conſuetudo, nec per conſequēs ſtatutum, qđ
a quis cenſeatur nobilis a vel ignobilis ex progenie materna. Reprobatur enim conſuetudo, quæ contrarium induceret, quod not. & perpetuo tene menti.

ADDITIO.

a Menoch. Nobilis. Tiraq. de nobilitate cap. 18. nu. 21. 22.

LEX XXXVII.

1 *Origo, & ſententia æquiparantur.*

Quotieſcunque. Per reſcriptum non poteſt, quis
1 a Curia liberari. h. d. Not. ꝙ † origo, & ſententia ęquiparantur, vt hic, & ſicut in iſto caſu ſententia faceret ius, vt ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum.

ADDITIO.

a Ang. In tex. ibi, iurum. Not. quod ſententia lata in contradictorio iudicio de ciuitate alicuius, uel etiam de popularitate eius, facit ius quo ad omnes. Et ita ſemel conſultum fuit de facto, licet notetur per hanc legem per Docto. aliter dicam infra, eo l. ſi ille.

LEX XXXVIII.

a Nequis. Pœna non debet concedi, quę habeat honorē a annexum, niſi ei, qui a curia fugit. h. d. Vide infra de mun. & hon. l. j. & qui æta. vel profeſſio. l. j.

ADDITIO.

a Ang. Honorem. No. ex iſto text quod ſi honor datur inuito, licet honor in ſe ſit honor, tamen reſpectu perſonæ cui datur, dicitur eſſe pęna. Item not quod hoc uerbum, cenſura, qua utuntur prælati, ponitur pro interdicto.
Alexan. Per illum tex. limito illam gloſſ. ſing poſitam in Auth. conſt. totio, quæ de digni. § generaliter, quæ uolunt, quod licet quis liberetur a patria poteſtate per dignitatem, puta quia Epiſcopus ſi perdat dignitatem, remanet nihilominus liberatus a poteſtate patris. Illud eſt uerum, niſi ſit depoſitus a dignitate ſui culpa, uel per delictum, quia tunc non debet gaudere priuilegio dignitatis. Pro quo facit, quia reatus omnem honorem excludit l. 1. ubi Sena uel Cla. & priuilegium uidetur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. 11. q. 1. c. priuilegiū. uide Rom. in litera P. notabili vlt.

LEX XL.

Quilibet. Decuriones, & alii officiales in officio eorū delinquentes, plumbatorum ictibus ferianť. h. d. Aliquando imponiť alia pœna, vt ş. de exac. trib. hoc lib. 10.

LEX XLI.

1 *Immunitas non tribuit excuſationem ab actu, qui breuiter expeditur.*

Decurio. Duo dicta habet clara. Not. ex ſecunda parte,
1 † ꝙ immunitas non tribuit excuſationem ab actu, qui breuiter expeditur.

LEX XLII.

Militaribus. Militantes, & alii magiſtratus nihil habēt commune cum Curialibus, & ſi eos offendunt punientur. h. d.

LEX XLIII.

1 *Laicus, qui commiſit delictum, non euitat pœnam iudicis ſecularis, licet poſtea efficiatur clericus, & ei debet reſtitui puniendus.*

Omnes. Illi, q ſunt curiales ex origine, nullo modo poſſunt habere immunitatē etiam a reſcripto. h. d.
1 No arg. ꝙ † ſi committit quis maleficium, & poſtea efficiatur clericus, quod non euadit pœnam iudicis ſecularis, & ei debet reſtitui puniendus. Nam mutata conditione perſonę, non p hoc mutatur qualitas pęnæ, nec ius dicentis facit deterius. Facit l. fi. ff. de re m. l. de quo per Dy. in l. idem Vlpianus § 1. de excu. tuto. per Cy. in auth. cauſa, quę fit cum monacho. C. de epiſc. & cler. & vide quod dixi. ff. de pęn. l. 1.

LEX XLIIII.

1 *Mulier non poteſt habere dignitatem cum adminiſtratione.*

Nullus. No. bonā rationē, quare in honorib. & dignita-
a tib. quis ſequitur patrem, a & nō matrē, quia non pot hře a matre quod mř ſua nō habet. Sed ꝯ, q a mulier mater pōt eſſe in dignitate, vt de dig. l. j. & l. fœminæ. ff. de Sena. Sol. Di
1 co, ꝙ mater poteſt habere dignitatē ſine adminiſtratione, † ſed hic requiritur, quod habeatur dignitas cum adminiſtratione, quæ in mulierem non cadit, vt hic, & l fœminę. ff de reg. iu.

ADDITIO.

a Alexand. Patrem. Dignitas cauſatur a patre, non a matre, & ideo alibi dicebat Bal. in l. fi. ſupra de ſer. fug. quod filius non eſt nobilis, quamuis mater ſit nobilis, quia cum nobilitas ſit quædam dignitas a parentibus deriuata, quæ denominatur a potentiori cauſa, certum eſt quod potentior eſt forma quam materia, cum forma ſit agens, & materia patiens, & omne agens ſit nobilius patiente, ſecundum eum igitur &c. De quo uide per Doct. in c. 2. de conuer. in fi. & alibi tamen dicitur, quod Ieſus Chriſtus denominatus eſt a matre, quia dictus eſt de ſtirpe Dauid, ut in c nouit. de iud. ad hoc tex. in c. Romana. de teſt. Sed potes dicere, quod non poteſt negari quin natus ex nobili muliere dicatur nobilis, & participet aliquid de nobilitate, cum omne compoſitum participet de materia & forma. 11 q. 4 c fi. & Spe. in tit. de fen §. quoniam. uerſicu. 5. Et ita dicit Bald. in l fi. de ſer. fug. Vide glo. no. in c. dicat aliquis. 12. q. 3. quæ ponit tres caſus, in quibus filius ſequitur patrem, & unum, in quo ſequitur matrem, ut ibi, & adde bonum text. & ibi Bal. in l. liberos. ff de Sena. Vltra illos caſus adde alium, in quo filius denominatur a matre, quem ibi ponit gl. in c 2, de conuer. infid. & alium caſum ponit Bald. in l quia contra. ſupra, de inceſt. nupt. cui adde gloſſ. in c. fin. de cland. deſpon.

LEX XLV.

1 *Cōſiliarij dēnt uocari ſono cāpanæ, & tubæ, & ſufficit duas partes adeſſe.*
2 *Maior pars Conſiliariorum ſufficit, quod conſentiat in electionibus.*
3 *Vox electi connumeratur inter eligentes.*

Nomina-

1 **Nominationum.** †Sufficit duas partes cõſiliario-
rũ adeſſe.h.d. quod no. Requiri
tur tñ, ꝙ omnes vocentur ſono tubæ, vel campanæ, vt dixi.ſ.e.
2 l.2. Pro hoc facit hic tex. qui dicit, qđ adeſſe non poſſunt. †No.
a ꝙ ſufficit, quod maior pars a præſentium conſentiant. De quo
dixi in l.nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſi. & no. etiam in l.aliud.
§.refertur. ff. de regu. iur. l. quod maior. ff ad Munic.& no.per
3 Dy.in c.quod omnes tangit. de reg.iu.lib.6. Quæro, †an vox e-
iecti connumeretur inter eligentes Et videtur ꝙ ſic, & in l.vlt.
ff.de off.præto.& ſupra de teſti.l.nimis.ſed videtur contra per l.
j.& per totum, ff.quod cuiuſque vniuer.no.& ibi plenè.

ADDITIO.

a Alex Maior pars. Et hoc ibi expreſſe uoluit gl.fi.in fin & no gl.in auth.hoc ius.in uerbo maiore.ſupra, de ſacroſ eccl.& dom Ant.in c.1 de ſyndico, & Bartol. in l.2.de decretis ab ord.fac.& Spec in titu de ſyndico § 1.circa prin. in uer. item quod non eſt dub de quo facit Lapus alleg.131 & uide gloſſ.in c.bonæ el 2. in uer.æmere, & ibi do.Ant.de poſt el præla. quod intellige uerum, quod ſufficit maior pars præſentium, niſi præſentes uellent ſtatuere aliquid in præiudicium abſentium, quia tunc requiritur præſentia omnium abſentium, & eorum conſenſus, ut in c.cum omnis.in gloſſ.de conſti. Ita concludunt Io. And.& Ant. de But & dom. Abb.poſt antiquos, in cap.1 de his, quæ fiunt a maio par. Cap. licet ibi imo multis uerbis utatur ſaltem tacita ex mente eorum, quæ no. Ino in cap. § ſi uero de clerico ægro.in 6.& do Anto.in cap.licet euitanda. de elect. & in c. cum inter uniuerſos.eo.titu per ſcribentes in d.cap.1.de his, quæ fiunt a maiori parte Cap & d. Ant.in c humilis. de maio.& obedien.& dom.Abb.in c. 1. circa fi.de oper.no nunc.

Alexand. In tex.ibi debiliter. No.quod ille actus dicitur debiliter factus, qui non fit ut fieri debet Item no.ad ſtatutum dictans, quod ſi aliquis debilitauerit alicui membrum, puniatur tali pœna, quod tunc dicatur membrum debilitatum, quando officium membri primæuum non eſt, ſed ceſſauerit. Pro hoc uide text. in l.non ſolum ff.de rei uendi.ibi, debilitatum hominem facit, quod no de uaca mun.l.1.§ corporis debilitas Ex quibus legibus etiam patet, quod membrum dicatur debilitatum non ſolum ubi membrum remanet inualidum, uel aridum ex toto, ſed etiam ſi uirtus membri eſt debilitata.

LEX XLVI.

Ad ſubeunda. Diuites, & non pauperes ſunt eligē-
di ad officia Ciuitatis, ne pauperes
a fortè non poſſint a adimplere officium. h.d.

ADDITIO.

a Ang Poſſent No.quod nominari & eligi debet ille, qui potuit, & meruit. Tene menti, quia ualet ad multa. Quæro, an inter facultates uiri computentur bona dotalia uxoris. Dic ut no.in l.Lucius.§.idem reſpondit.ad municip.ſed gloſſ. eſt hic de hoc.

LEX XLVII.

Curiales. Ad euidētiam huius legis præmitte, quod no,
in l.Alexandrinis.Ꝭ.cod.& h.d. Officiales licet
efficiantur Comites, debent obedire ſuo iudici.h.d. Alio modo
poteſt intelligi Comitatiua dignitas, vt in gl.prima verior.

LEX XLVIII.

1 *Filius Conſiliarij, poteſt ſuccedere in locum patris mortui.*
2 *Filius tenetur ratione malæ geſtionis patris factæ in officio.*

1 **In ſucceſsione.** Hæc lex eſt clara.no.†ꝙ filius Conſi-
liarij ſuccedere poteſt in loco patris
mortui in officio, arguendo de Decurionibus ad Cõſiliarios,
2 vt no.ſup.in rub.Not.† filium teneri ratione malæ geſtionis pa
tris factæ in officio.

LEX XLIX.

1 *Iudæus, an & quando poſſit eſſe Decurio.*
2 *Iudæus non poteſt Doctorari.*
3 *Doctoratus eſt dignitas.*

Omnes. Innuit hæc lex, ꝙ Iudæus poſſit eſſe Decurio,
ſed contra, quia decurionatus eſt dignitas.ſup.
eo.l.ne quis, ſed Iudæus repellitur a dignitate, vt ſup.de iud.l fi.
1 ergo, &c. Dico, quod† inquantum Decurionatus habet de one
re, bene competit Iudæis, ſed inquantum habet honorem, dico
quod non cadit in Iudæos, ſicut dixi in infami. l. infamia. ſup.
eo.& l.1.infra de infam.& l.relegatorum, circa fi ff de inter. &
2 releg. † Et ideo dixi anno præterito duobus Iudæis, qui erant
a ſufficientes ſcholares in medicina, ꝙ nullatenus recipiebant
3 Doctoratum, a quia† Doctoratus eſt dignitas.

ADDITIO.

a Doctoratum. Ad quod adde Fel.in cap.de iud.& quod ibi dixi in apoſt. Adde ultra alleg. per do. coapoſtillatorem meum in loco, ad quem remittit iſtum in proœ. C.num.2. & quod ibi remiſſiue tetigi in apoſtil.ad ipſum in uerſicu. Doctorati.

Alexand. Adde c.cum ſit.de iud.& c.nulla.54.diſt.quod procedit etiam in Iudæo effecto Chriſtiano, qui ſaltem in ſpiritualibus non poteſt habere dignitatem. text.18 q.4.conſtit.ſecundum Rom.in litera I,no.33.ubi omnino uide in fi. Idē tenet Bartol in l.generaliter.in fi ff.eo.titu & Pet.de Anch.in c. 1. de magiſtr in cle.& cum non poſſit de iure Doctorari, in 1.conſti.Codicis, & ibi ſcripſi in uer. quæro circa hoc, an Doctoratus.

LEX L.

Omnes omnino. Conſiliarii non poſſunt extra
ſuam prouinciam officium ac-
ceptare.h.d. De quo videbitis in l.Duumuirum.Ꝭ.eo.

LEX LI.

1 *Tempus unius anni dicitur breue tempus.*

Quamuis. Bona eius, q quacunq; fraude Curiā euitat,
ſi per annũ cõtumax fuerit, applicabunt Cu
riæ.h.d Hæc lex declarat in l.ſi magiſtratũ.§.fi.ſ.eo.vbi dr̃, quod
bona auferunt ꝯtumaci: hic declarat qualiter ſit ꝯtumax i mo-
do, vt in prin.legis, & in tpe, vt in fi.legis. Hoc præmiſſo caſus in
terminis eſt clarus. In tex.in ibi, in ſuſpenſo.i.in moto. In textu
ibi, repererũt, i. ad actũ fugiendi munera reliquerunt per eum
modum, qui ſequitur in litera. In textu ibi, peregrinos expete-
rent ꝯmeatus, quaſi dicat, ita de facto faciebant eundo ex fines
ſuæ prouinciæ, ſicut ſi eis vetè fuiſſet interdictus ingreſſus pro
priæ Ciuitatis, vel prouinciæ, & hoc innuit ibi dũ dixit, vel qua
libet fraude. Opp quod bona non debentur curiæ, ſed his, q lo
co ꝯtumacis ſubſtituunt, vt l.ſi ad magiſtratũ.ſ.e. Sol. Hęc deter
minat illã. Nã ſi ꝯtumax eſt p annũ, applicabit Curiæ ſine ſpe
reſtitutionis. Facit hęc lex ꝯ nobiles, q non poſſunt ingredi pa-
latiũ, niſi ex cauſa maleficii, & ipſi faciunt qđ accuſentur de a-
liquo crimine, vt poſſint ingredi palatiũ. & facit ad hoc l.j.in fi.
ff.quæ in frau. cred. Itē facit ꝯ tutorē, qui, vt euitet adminiſtra-
tionem, facit ſe accuſari de ſuſpecto, & facit interdici admini-
ſtrationi, & ſic talis fraus ei nõ proficit. Facit ſ. ſi tutor, vel cura.
1 fal.all.l.1. Itē no.† qđ tempus vnius anni dicitur breue tempus.

LEX LII.

Quis tam. Vbi alii ſunt idonei, & ſufficientes, non co-
guntur alii continuare officium. h. d.

LEX LIII.

1 *Priores Ciuitatis non poſſunt aliquod officium acceptare extra Ciuitatē ſine licentia Ciuitatis.*

1 **Duum virum.** No. quod† Priores ſeu Antiani Ciui-
tatis non poſſunt aliquod officium
a acceptare extra ciuitatem. a Idem in quolibet conſiliario, vt l.
omnes ſup.eo. nec debent diſcedere, vel ire ſine licentia ſupe-
rioris, vt l.ſi quis decurio.ſ.eo. tene menti.

ADDITIO.

a Alex Extra Ciuitatem. Lud.in litera L.no.49. dicit, quod iudex exercens iuriſdictionem extra territorium, punitur pœna arbitraria. Alibi dicit tex.in c ex parte, de uerbo.ſig quod fit iniuria iudici territorii.

LEX LIIII.

1 *Vbi non habetur copia iudicis, quis poteſt debitorem capere propria authoritate.*
2 *Repræſaliæ poſſunt concedi contra Ciuitatem denegantem iuſtitiam, ſi ſuperior adiri non poteſt.*
3 *Qui poteſt aliquem capere, ſi capit, debet illum iudici præſentare.*
4 *Captus pro repræſalijs, non poteſt in domo capientis retineri.*
5 *Cauſa quando eſt publica quilibet admittitur ad capiendum, ſicut ad agendum.*
6 *Quilibet poteſt capere homicidas, & alios malefactores fugientes.*
7 *Arbitratores non dicuntur cauſam infra tres menſes terminare ex forma ſtatuti, ſi abſoluunt partem ab obſeruatione iudicij.*
8 *Caſus in quo inſtantia finitur tribus menſibus.*
9 *Caſus in quibus quis poteſt ſibi propria authoritate ius dicere.*

Generali. Vbi non hr̃ copia iudicis põt propria authori
tate capi Curialis, & ad Curiã ducitur, & eius
quæſtio debet intra tres mẽſes terminari, alias iudices puniant.
1 h.d. No.† qđ vbi non habet copia iudicis poteſt quis obligatum
capere propria authoritate, facit l nullus. & ibi no.ſ. de Iudæis.
& l ait prætor §. ſi debitorē. ff.de his, quę in fraud.cred. & facit
a l.ſi alius §.belliſſimè. ff. qđ vi, aut clam. a Quod facit ad multa,
2 maxime† ad repræſalias ꝯcedendas, vt poſſint concedi ꝯ Ciui-
tatem, quę denegat facere iuſtitiã, ſi nõ poteſt haberi recurſus
3 ad ſuperiorem. Deinde no. quod† licet quis poſſet aliquem ca-
b pere, non tñ debet eũ retinere, ſed iudici præſentare. b Simile.
no.in l.1.ſ. vbi qs Decur. vel Cohor. Inſt. de act.§.1. & in feu. de
4 pace iu. fir.§.1 & dixi in d.l.ait ꝑtor.§. ſi debitorē. Facit† quod ſi
aliqs ſit captus pro repręſaliis, quod ille qui capit eũ non poteſt
in domo propria retinere, vt dixi in trac quē feci de repræſ. Itē
5 no quod† qñ eſt cauſa publica, ſicut quilibet admittitur ad agē
dũ, ita quilibet admittitur ad capiendũ. Ita dicit tex.hic, qđ qui-
c cũq; ꝑt mittere manũ in Epiſcopum. c Et ſic facit, quod† homi-
6 cidas, & malefactores, & ſimiles fugiētes quilibet poteſt capere.
Item

ADDITIONES.

a Alexand. Vi, aut clam. Facit text gloſſ.& Bar.in l.ſi alius. §. belliſſime ff. quod ui, aut clam.& uide omnino, quæ habes in l.miles.§.qui iudicati ff. de regu. iur. per d. Anto.de Prat. Alexand. Illud intelligo uerum, quando debitor ſuſpectus eſt de fuga, ut uoluit Rom.& dom.meus in l.2.de iuriſd.om iud.& Barto.in d.§. ſi debitorem, & Ang.in l.nemo carcerem.de exac.tribut.Iac.& Bald. & Sal in l. conſentaneum quomodo, & quando iud.uide aliquid per Are.in §.fin. Inſt. de act. in uer.prædicta ſunt uera.

b Præſentare. Adde Bald.in addi.ad Spec.in titu de renun uerſicu pen. & quæ per Fel.in habentur in ca.2.de homi.& quod ibi dixi in apoſt.ubi nonnulla ad hanc materiam.

c Alex Epiſcopum. Vide Bart.in l ſacrilegi § cum in eo.ad l Iul & in l. capite quinto.ff.de adul.in l.quitus.§.qui furem ff.de fur.

7 Itẽ no. hic caſum ad q. Statutũ dicit, quod † arbitratores debẽt
terminare cauſas intra tres menſes, ipſi abſoluunt partes ab in-
ſtantia iudicii, an uideantur terminare cauſam. Tex. hic facit,
quod non, ſed debent condemnare, vel abſoluere, vt hic expreſ
ſe dicit. Nam per abſolutionem ab obſeruatione iudicii, cauſa
8 non terminatur, licet inſtantia perimatur. Item no. hic † caſum,
vbi inſtant. a finitur trib. menſib. ſed regulariter triennio, vt l.
9 properandum. ſ. de iu. in prin. Poſtremo no † caſum, in quo li-
cet ſine iudice propria authoritate in alium ſibi ius dicere. Se-
cundus caſus, & tertius eſt ſ. quando lic. ſine iud. ſe vin l. 1. & 2.
Quartus eſt, de regul iu. l. creditor. Quintus eſt, de neg geſt. l. de
bitor. Sextus eſt, ff. de admi. tu. l. quoties. §. ſicut. Septimus mira-
bilis eſt, quia inducitur in odium illius a quo inducitur, & in
fauorem illius, contra quem inducitur. ff. de pet. hær. l. quod ſi
poſſeſſor. Octauus eſt, ff. de his, quæ in frau. cred. l. ait prætor. §.
ſi debitorem. Nonus eſt, de peric. & com. rei vend. l. 1. §. licet. De
cimus, quando maritus ei, quem habebat ſuſpectum de vxore
ſua, denunciauit ne de cætero deberet habere colloquium cũ
ea, poteſt eum impunè occidere, & in eum ſua authoritate ius
dicere, vt in Auth. vt li. ma. & auiæ. §. fi. Et ſic no. iſtos caſus con
tra regulam l. nullus. ſupra, de Iudæis.

LEX LV.

a **Si quis.** Si Decurio dedit ſe militiæ, retrahetur, nec iuuabi
tur præſcriptione.a h. d.

ADDITIO.

a Ang. Præſcriptione. In gloſſ. etiam 40. annis, niſi ſit præſcriptio annorum 30. infra de cohor in prin & in l. ſi cohortalis. & l. omnes. ſupra de præſcr. 30. ann. & hoc no. ad ſtatuta dicentia, quod in inſtrumentis conſeruationum & decimarum, nulla currat præſcriptio, intelligitur niſi præſcriptio ſit 40. ann. ut hæc gloſſ. & in l ea, alleg pro hoc tex. in l. cum ſatis, in prin. infra de agri. & cenſ. & ibi dixi, Alexan. Per illum text dicit hic Ang quod ſtante ſtatuto, quod inſtrumento cõſeruationis nulla currat præſcriptio, curret tamen præſcriptio 40. ann. facit l. uniuerſas. ſupra ne rei do. uel temp & idem uoluit Ang. in l. 1. de concuſ. & ind. l. uniuerſas alle. gloſſ. in auth. quas actiones. ſupra, de ſacroſan. eccl. facit contra no. per Bar. in l cum ſatis. de agric. & cenſ. & quæ ibi dixi in l. ius emph. infra de fun. l. patri. in fi.

LEX LVI.

1 *Doctor qui legerit per uiginti annos, efficitur Comes.*
2 *Aſſumptio ſpecialis nominis, non facit generale nomen amittere.*

Alexandrinis. Iſta lex eſt localis. Primo dicit, ꝙ decu
riones Alexandrini, etiam ſi ſint ad-
uocati non poſſunt aduocare extra propriam ciuitatem, cum
ibi debeant ſubire munera. Secundo dicit, ꝙ quando aliquis ſu
bit omnia munera ciuitatis, ita quod ſit antiquior Decurio, per
biennium incipit habere dignitatem continuam, & ſic effici-
1 tur Comes, remanet tamen Decurio, h. d. No quod † licet Do-
a ctor, qui legerit per viginti annos efficiatur Comes, aut l. 1. j. de
profeſſo. qui in vrbe Conſtantin. ſi tamen ante erat popularis,
& ſic per formam ſtatuti Ciuitatis ſuæ poterat admitti ad hono
res, & officia, vt popularis, etiam modo admitti poterit, arg. hu-
2 ius legis. Vlt. not. quod † aſſumptio ſpecialis nominis non facit
generale nomen amittere, facit ff. de pact. l. iuris gentium. §. quod
fere. tene menti perpetuo, quia ualet ad multa.

ADDITIO.

a Alex. Comes. Adde Aret in l. ſi fundum § ſi de leg. 1. Adde Bartol. in j. conſt. Cod. Menoch. Tiraq. de nobilitate. cap. 6 nu. 48.

LEX LVII.

1 *Statutum factum a Prioribus Ciuitatis, quod Poteſtas non poſſit proce-
dere per inquiſitionem contra officiales per eos deputatos, ad faciendũ
monſtram militum Poteſtatis, ualet.*

1 **Quinque.** Hęc lex & ſequens ſunt locales. Facit ad quę
ſtionem, † Priores habẽt arbitrium ſuper bo
no ſtatu ciuitatis, modo elegerũt quoſdam ſuos officiales, qui
haberent uidere monſtras equorum, & militum Poteſta. & Ca
pitanei, & fecerunt ſtatutum, quod contra eoſdem non poſſet
Poteſtas, & Capitaneus procedere per inquiſitionem, quæro,
an tale ſtatutum valeat. Facit hæc lex quod ſic, cum hoc perti-
neat ad bonum ſtatum Ciuitatis, quod no.

LEX LIX.

1 *Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus, niſi ele-
ctus eſſet indignus.*
2 *Partes poſſunt adire iudicem, ut confirmet contractum ab eis factum, &
facere tenetur iudex, & quomodo hoc procedat ibi.*

a **Si quos.** a Legitur duob. mod. Secũdum primũ. h. d. † Su-
1 perior tenetur confirmare electionẽ factã ab in-
feriorib. Hoc intellige, niſi ille electus eſſet indignus, de quo ſu-
perior, ad quẽ ſpectat ꝯfirmatio, põt inquirere, vt extra, de elec.
c. 3. Ad quod facit ſ. de defen. ciui. l. defenſores. & in Auth. de de
2 fen. ciui. §. interim. Secundũ ſecũdam lec. h. d. † Partes poſſunt
petere a iudice, vt cõfirmetur ꝯtractus ab eis factus, licet eorũ con
ſenſus ſufficiat, & ad hoc faciendũ iudex tenetur. Et not. hunc
caſum, qui non reperitur alibi, nec vnquã uidi niſi mõ. Ex qua
lect. no. ꝙ partes poſſunt petere a iudice ꝯfirmari ꝯtractũ, de quo
plene p Inn. extra, de cõfir. vtil. vel inuti. c. de cõfirmationibus.
& ibi videtur tenere, quod in contractibus iuriſgentiũ hoc nõ
ſit neceſſe. In aliis aũt ꝯtctibus ciuilibus ſic. Mihi autem vr̃, ꝙ in
omnibus caſibus in quibus dubitatur, an quis poſſit ꝯtctũ pete-
re infringi, quod põt pars petere confirmari, ſicut dicimus ĩ ſẽ-
tentia, quã quis põt petere cõfirmari, vt d. c. de confirmationib.
de confir. util. uel inut. Dixi plene in l. ſi expreſſim. ff. de appel.
Pro hoc eſt caſus hic, & in l. Iulianus §. ſi qs colludente. ff. de ac.
emp. Pro hoc optime facit c. fi. extra. de trãſac. ubi petitur trãſa-
ctio & ſimiles ꝯtctus ꝯfirmari, hoc autẽ ſuggerit ęquitas. Quid
ti. ſi timeo ne altera pars pp aliquã cauſam petat ꝯtctum reſcin-
di, ut propter deceptionẽ, & ſimilia, quare non licet mihi pete-
re confirmari; Certe non uideo quare non liceat. Hæc autem
requirerent altiorem indaginem, tene menti, quę dicta ſunt.

ADDITIO.

a Alexand. Si quos. Et ſic videtur velle Bart. quod ubi interuenit decretum in tranſa transactio illa non poſſit reſcindi. Sed an hoc caſu locum habeat l. 2. ſupra de reſcindi uendi. Bar. ibi in uer. quæro verum hæc lex, etiam tenet quantum ad rei ualorem, quod non habet locum illa lex, ſed quantum ad æſtimationem illius dubii euentus litis. Et hoc idem firmat Bal. in l. ordo. de excep. rei iudi. ſed contra Bart. do. Flo. in d. l. 2. alle. tex. l. quod ſi deferente. ff. de dolo. & l. ſi quis ſuperſtite eo. ti. & hoc etiam contra Bar. tenet Inn. in c. cum cauſam. de empt. & uendi quod imo d. l. 2. habeat locum in tranſactione quantum ad rei ualorem, imo, nullo modo habet locum ſecundum Bal. in d. l. ordo, qui indiſtincte contra Bar. tenet & dom. Flor. per dicta tua, adde Bar. in l. ſi quis cum aliter. de uer. obl. uide do. Alex. de Imo in ſuo conſ. 64. vbi concludit d. l. ſecundam non habere locum in cõtractu tranſactionis, & ibi multos, & infinitos Doct. alle. in ea. in ver. quid enim. De hoc tamen Bal. in c. 1. de controuer. inueſtit. & in l. nam ita diuus. de adop. gl. & Ang. in l. de pupillo, § qui operas de ope. no. nun.

LEX LX.

1 *Seruire per ſubſtitutum quando quis poſſit.*

1 **Nullus.** † Non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, niſi ad
a hoc habeat priuilegium, vel ſit illuſtris. a h. d. No.
b ꝙ non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, b de quo no. per glo.
in l. qui quis. la 1. ſup. de epiſ. & cler. & ff. de verb. obl. l. continuus.
c §. ſi ab eo. facit l. inter artifices. ff. de ſolu. & quod ibi dixi. c

ADDITIONES.

a Alex. Vel ſit Illuſtris Bal. hic dicit per hunc tex quod executor alicuius vltimę voluntatis relictus in teſtamento non poteſt executionem alteri committere, niſi eſſet perſona Illuſtris, puta Epiſcopus, uel Cardinalis, ſecundum eum. facit quod ſcripſi in l. pen. de priua. agen. in rebus.

b Subſtitutum. Sed quid de Doctore, an poſſit per ſubſtitutum legere inuitis illis, quib. operas ſuas locauit, ui. Fel. in cap. 1. de ſum. trinit. Item quid ubi ſit electa induſtria perſonæ, an quis poſſit per alium expedire, uide per eum in c. uno delegatorum de offic. dele. Tu uide de hoc plene per Ant. Cors. in ſingu. ſuis in uer. ſubſtitutus, incip. uolens ſeruire per ſubſtitutum.

c Ang. Ibi dixi. In text. ibi, periculo. No. quod ubi quis poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſemper debet ſubſtituere periculo ſuarum facultatum. Adde quod no. infra, eo. l. neminem & ff. de admi. tuto. l. decreto.

LEX LXI.

1 *Ciuitas Peruſina non ſubeſt Imperio, nec Eccleſiæ.*

a **Neque.** a Ad euidentiã ſcias. ꝙ filii nati ante dignitatẽ nõ
excuſantur a Curia, arg. l. fi. j. eo. Fallit hic in Do-
rotheo, & Ireneo, vt hic eſt caſus, & h. d. lex quæ dicit, ꝙ filii q
non ſequuntur patris conditionem, ſequuntur matris condi-
tionem, non habet locum in filiis, in qbus hoc ſpeciali priuile-
1 gio ꝓceditur. h. d. Facit hæc lex, ꝙ † Ciuitas Peruſina non ſubſit
Eccleſiæ, nec Imperio. Et ſi dicas, quicquid nõ ſubeſt Imperio,
eſt ſub eccleſia, ꝯcedo, niſi Ciuitas aliqua non ſubſit Eccleſiæ
ex priuilegio conceſſo, ſed ciuitas Peruſina eſt huiuſmodi, nã
Imperator donauit eam Eccleſię, ſeu permutauit cum ea, & ex
priuilegio eccleſia liberauit eam.

ADDITIO.

a Ang. Neque. No in iſto prin. quod in fauorem certæ perſonæ poteſt fieri lex ſpecialis, & ſingularis. ita quod non habeat locum in aliis. Concordat infra eo. l. Doctum. & etiam in odium uidetur, quod poſſit fieri ad utilitatem Reipublicæ, l. uenditor. §. ſi conſtat ff. communia prædio. & ibi plene per Cyn. in addit. ſuis, niſi talis lex eſſet contra contractum celebratum per Rempublicam cum priuato, quia tunc cum Reſpublica ſit obligata priuato, non poteſt ipſamet ſuam obligationem diſſoluere per ſuam legem, ut l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. faci. & per Doct. Ang.

LEX LXII.

a **Si ille.** a Duo dicit. Qui eſt obligatus Curię ratione originis,
eam declinare non poteſt, & ſi Curia non moleſta-
uerit patrem, filium moleſtare non poterit. h. d. Not. ꝙ ſi pater
alicuius habitauerit in aliqua uilla, & ipſe non fuerit uocatus
ad munera, quod filii eius inquietari non poſſunt. h. d.

ADDITIO.

a Alex. Si ille. Dicit Ang. in l. 5. ſupra, de his, qui latrones occult. quod ex iſto tex. & d. l. 5. ſunt aſſumpta illa uerba, quæ ponuntur in ſententiis maleficiorum, dũ dicitur, ſub examine domini Poteſtatis iudicis maleficiorum. de quibus per eundem Ang. in §. omnes uero maleficiorum. in Auth. de litigioſis. ubi dixit, quod per talia uerba dicitur iudex maleficiorum etiam conſenſiſſe ſententiæ, in tantum, quod ſi quid mali acciderit ipſe etiam tenetur in ſyndicatu, de quo per Aret. late in ſua practica maleficiorum in uerbo, de conſenſu omnium, & in uerſicu. ſub examine domini.

LEX

LEX LXIII.

Doctitii. Primo concedit priuilegium Doctitio, ſecundo dicit quod Illuſtris dignitas liberat quem a curia.

LEX LXIIII.

1 *Seruiens per ſubſtitutum, hoc facit periculo ſuarum fortunarum.*

Neminem. Primo ponit certas dignitates, quæ non liberant a curia Secundo indulget priuilegiũ vt poſſit quis ſeruire per ſubſtitutum. Tertio dicit quod nõ habet locũ in his, qui habent dignitatem ante Imperatorẽ conditorẽ præſentis legis Quarto ponit quaſdam dignitates, quæ omnino liberãt a curia Secũda ibi, ne tamen. Tertia ibi, eos uero. Quarta ibi, hos autẽ. Not. in ver. nec tamen † quod eo caſu,
1 ro. Quarta ibi, hos autẽ. Not. in ver. nec tamen † quod eo caſu,
a quo quis poteſt ſeruire per ſubſtitutũ ·hoc debet facere periculo fortunarũ ſuarũ. facit ff. de admini tuto. l. decreto. No. quod hęc lex determinatur per ſequentem.

ADDITIO.

a Menoch Per ſubſtitutum Ruy conſ. 161 nu. 17a lib. 1.

LEX LXV.

a *Lex facta in priuilegium alicuius, ſtatim incipit habere effectum.*

Diuæ. Primo repetit verba præcedentis conſtitutionis ad literam. Secundo caſu determinat. Secunda ibi, is enim. No. ex iſto fin. φ licet regulariter conſtitutio noua non ſumat effectũ, niſi poſt duos menſes, vt in Authen. vt nouę cõ-
1 ſtõnes tamen † ſi lex eſt lata in priuilegiũ alicuius, ſtatim inci-
a pit habere effectum. ᵃhoc dixi in l. 1. s̃. de ſumma Trinitate & ſi de catholica. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure, in quęſt. quã feci, a quo tempore ligent ſtatuta.

ADDITIO.

a Alex Effectum. Per iſtum textum. Bar. in l omnes populi in q 5. principali infert, quod ſi ſtatutum dat præmium capienti bannitum, capiens habebit præmium, etiam ſi ignoret de ſtatuto, quia ubi ſtatutum confert commodum, ſtatim operatur effectum ſuum, & prodeſt etiam ignoranti ut hic, quod intelligit uerum, ſi ille qui capiebat, ſciebat eſſe eum bannitum, alias non uidetur ſua opera captus, arg. l. ſi is qui § quod ſi ſeru. ff. de acq. rer do ſed contrarium tenuit Bartol. quod præmium quæratur ſolum ſcienti. l. fin. de condi. prius & l. qui abſenti in prin ff de acq. poſſ. pro cuius ſolutione uide Matth. in repe. l. omnes populi. i uer. ro. dicit hoc Barto uide Bar & quæ ibi ſcripſi in l. 3. ſupra de delatoribus Item per iſtum text. dicebat Abb. ut refert Ro. in l. ſi quis in grat. §. de his. ff. ad Syll, quod ſtatutum pœne imponens pęnam offendenti Decurionem, uel Antianũ, habet locum in Antiano de proximo remoto Facit l. ſi. ff. eod tit l fruſtra. ſupra de ſent. paſſ. ſed Ro. in d. §. de iis determinat contrarium, cuius opi. uidetur ſequi Are. in trac de maleficiis, in uerbo Caium Sempronium.

LEX LXVI.

1 *Caſus repertus ad aliquid faciendum ultra certos modos ad id inuentos, non uidetur de illis.*

Curialibus. Primo ponit intentionem conditoris pręſentis legis. Secũdo ponit ſuum ſtatutum connumerando duodecim dignitates, quæ liberant a curia. Tertio remouet omnes alios modos, per quos contingebat liberatio Secunda ibi, ſi quis. Tertia ibi, ex quo autem. No. quod quandocunque ſunt certi modi ad aliquid agendum, vel tol-
1 lendum, † caſus vltra dictos modos repertus non videtur de illis, vt hic, argum ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. patre furioſo. dic vt ibi dixi.

Si ſeruus, aut libertus ad Decurionatum aſpiraue. Rub.

LEX PRIMA.

SI libertus. Libertus quãdo habet ius annulorum aureorũ, nec eſt reſtitutus natalibus, cum pęna remouetur a Curia. h. d. Dicit gl. quod hęc l. hodie corrigitur, cum per ſolam manumiſſionem conſequatur ius annulorum aureorum, per auth. ſed hodie. ſup. de iure aureo. annulor. quæ ſumitur in Auth. vt liberti de cętero. in prin.

LEX II.

1 *Tabellionatus officiũ non eſt dignitas, niſi tabellionatus Cur a Principis,*
2 *Diſpenſare ſuper defectu perſonæ electi, quando quis præſumatur.*
3 *Iudex quando poſſit ſe excuſare allegando infamiam.*
4 *Fama publica dat iuſtam cauſam credendi.*

Præſes. Si ſeruus ſcienter patitur ſe ad dignitatem uocari, remouebitũ, & punieti: ſi autem ignorãter, reuocabitur tñ h. d. Opp l. s̃. qui mili. non poſſ. l. pe. & fi. Sol. hæc l. determinatur per illam ſi fuit ſciens intra 10. dies Op. infra de tab, l. generali. Sol prędicta l. loquitur quando non ad dignitatẽ vocatur, ſed qñ ad munus, ſeu ad officium. Ita dicit gl. & ſic tene
1 quod † officiũ tabellionatus non eſt dignitas, a tene menti. Item
a not. in d. l. pen. & fi. quod eſt verũ, arg. s̃. tit. j. l. vniuerſos niſi eſſet tabellio curię Principis, arg. s̃. ti. j. l. neque Dorotheũ, & s̃. de mã. princ. l. . Opponit quod ex dignitate efficiatur liber. l. Barbarius. ff. de off. prętio. Sol. Ibi loquit in populo Romano, q potuiſſet facere ſi ſciuiſſet, hic vero erat elect⁹ ab ordine decurio
2 nũ q nõ põt facere eum liberum. Ex quo no. quod † quãdo defectus eſt in pſona electa, talis ſuper quo eligens poterat diſpen
b ſare, præſumit diſpenſare, ᵇſi ſcit, vt l. quidam cõſulebant. ff. de
c re. iu. no. s̃. de nup. l. Imperialis. uel ſi eſt veriſimile, ᶜ quod diſpẽſator ſciret, vt l. Barba. pręall. Si autẽ diſpenſare non poterat, vi-
d tiatur electio, vt hic. ᵈEt p hãc l. poteſt reprobari opi. Inno. quæ
3 dicit quod † iudex non poteſt ſe excuſare allegando infamiã ni
e ſi opponatur ab alio, per l. nec infames ſupra titul j. & hoc no. in cap. ſciſcitatus. extra, de reſcr. Vnde vides, qđ iſte punitur, ſi patiatur ſe eligi indignũ, debet. n. manifeſtare cõditionem ſuam, Tex. eſt vna cũ gl. ff. de re mil. l. qui cũ vno, §. a. & 3. Nec obſtat l. nec infames. quia dico qđ infamia non eſt immunitas: nõ. n. poteſt dicere debeo eſſe immunis, quia ſum infamis, ſed dẽt dicere, non poſſum eſſe iudex, quia ſum infamis. & hoc eſt verũ, ſi eius infamia eſt cognita per aliũ, quia fuit cõdemnatus, alias non debet ſuã turpitudinem manifeſtare, vt l. & eleganter. §. j. ff de pig act. & l. q iuraſſe, §. ſi pater. ff. de iureiur. & ibi dixi. Itẽ
4 not. † φ iuſta cauſa credẽdi eſt fama publica. quod facit ad multa, & maxime ſi accuſator non probat maleficiũ, reus vero pro
f bat ſe non cõmiſiſſe malefic. ſi. & publica fama erat, ᶠquod iſte commiſerat maleficium, qđ excuſatur a calumnia & falſitate: quod eſt verum, niſi tempore accuſationis eſſet publica fama in contrariũ, nam tunc ſequens fama tollit effectum primæ, vt l. 2. §. j. ff. qs ord. in bono poſſ. & facit l. ſi. ff. de hære. inſti. Et hoc uult dicere text. hic, dũ dicit, habetur, &c. intelligitur tũc cum fuit electus facit ſupra, de teſt. l. j. & not. gl. hic in ſi. hæc omnia tene menti.

ADDITIONES.

a Alex. Loſeus Non eſt dignitas. Adde Bar in ſuo conſi. incip. Ser. Ioan. de Caſtro Durau, & in conſi. 174.
Alex. Non eſt dignitas. Vide aliquid per Bar. de tabular. l. ſi & per Bart. in d. l. eandem. Ad l. Iuli. repet. Adde quod dr officium non dignitas, vt eſt text. in cap. ſicut ne cleri. uel mona & in c. ut officium. in 6. ad cõſcribendas, de hær. lib. 6. Sed fallit in caſu hic per Bartol. poſito, & ideo dicit Ang no. in conſil. 32. quod ſtatutum requirens promotum ad officium debere ſoluere gabellam, comprehendit etiam tabellionem, & ideo tenebitur ſoluere gabellam, quod non procederet tamen in tabellione Principis, per no. per Bar. hic. Et adde, quod officium notariatus eſt ars, l. medicos infra de profeſ. & med ubi ſcientia legalis magiſteriũ. dixi poſt Bart. in l. 1. ad l Iul. repe.
b Diſpenſare. In ea l. in uer. ex quo no. adde Bar. & Ang in l. quidam conſulebant, de re iudi. ſi diſpenſans eum promouit. Secus ſi alium actum faceret, quod non videtur cum inhabili diſpẽſare, ſm Imo. ibi, per Cle. ſi de ſent. excom. Adde Ang. in l. libertus aduerſans ff. de in ius uo. per illum tex. uide Imo. in d l. quidam. adde Bald. in l. Imperialis. § ſi miles ſupra de nup. per illum text ubi dicit, ſi Papa promouet ſpurium in Epiſcopum ex certa ſcientia, uidetur eum legitimare, per tex. in d l. quidam. & in l. Barbarius.
c Alexan. Si eſt ueriſimile. Adde quod ſi ſciuiſſet ipſum ſeruum, ueriſimile eſt, quod ei libertatem donaſſet, ex quo uocauit eum ad dignitatem.
d Ale. Vt hic. De hoc dic, ut per Inn. in c. ueniens. de fil. præsbyt & per Bartol. in l. quidam conſulebant, ff de re iudi. Facit quod no. gl. & Doct. in l. ſi ſupra ſi contra ius, uel uti. pub. & uide quę no. gl. & Io And in c. 2. de ſchiſ. & in cap. 1. de ęta. & quali in 6. & tex. in l. etiam Vlpianus. ff. de excu. & Pet de Anch. in cle. 1. de præb. & gloſſ. in c literarum. in prin. uer. canonici. & gloſſ. in uer. literarum. de reſcrip. lib. 6. per Ang & Imo in d. l. quidam conſulebant.
e Allegando infamiam. In ea l. in uerſicu. & per hanc. l. adde quod dicendo ſe infamem, non excuſatur, Imo. in l quidam conſulebant, ſupra, alle.
f Publica fama erat. In ea l uerſicu. item no. & ideo ſolent dicere teſtes eſſe famam de teſtificatis per eos, de quo in d. l. ſi mater. ne de ſta. def. & in c. illud & ibi no. de præſum & l. de minore in ſi de q.

De prædiis Decurionum ſine decreto non alienandis. Rubrica.

1 *In Italia Conſiliarij, & Decuriones vendunt res ſuas libere.*
2 *Decretum quando petitur interponi, debent cauſæ ſigillatim exprimi, & ſolenniter probari, & nu. 3.*
4 *Decretũ iudicis interpoſitum in contractu venditionis, quod tollat remedium l. 2. de reſcin. vendi. Item tollit exceptionem doli, uel metus.*
5 *Occulte dicitur fieri, quod fit ſine decreto, quãdo decretum eſt neceſſariũ.*
6 *Emptor ex contractu nullo non lucratur fructus.*

SI quis. Decuriones nõ poſſunt uẽdere bona immobilia ſine decreto, alias ñ valet vẽditio, & emptor pdit pretiũ, & reſtituit rẽ cũ fructibus. h. d. Ante oĩa ſciẽdũ eſt, qđ ibi iſtas leges vſus nõ approbauit.
1 † In Italia. n Decuriones & Cõſiliarii vẽdũt res ſuas libe-
a re, ᵃput eis placet. Dicit tñ gl. no. qđ † qñ petit interponi decretũ, dẽnt cauſæ ſigillatim exprimi, vt hic, & l. magis puto. §. nõ paſ-
a ſim. ff. de reb. eor. † Itẽ no. quod † dictæ cauſæ debent ſolẽniter
3 probari, alias nõ tenet decretũ, ut l. j. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat
b ei, & l. cũ uero. §. ſubuentum, de fideicom. lib. ᵇ Item not. quod
4 † decretũ operatur, ne quis poſſit conqueri de deceptione vltra dimidiam iuſti pretij, vt hic in textu. not. ibi, ut nec immoderatus uẽditor, nec emptor cuius ſit conditionis inueniatur iniuſtus: & ad hoc eſt neceſſaria ꝯfirmatio iudicis, vt habuiſtis in l. ſi quis ſpontaneos. ſupra, titu. 2. Itẽ operatur decretum, ut quis non

ADDITIONES.

a Alexan. Eorum. Vide de hoc Bal. in c. 1. qui feu. dar. poſſ. & quod no. in l. quicunque. § ſi de publi.
b Ale. De fideic. lib. Illam l. alleg. Bal. in l ſi in octauo contrario. ſupra de edi. di. Adde quod proteſtatio iudicialis ſemper debet continere cauſam, alias non ualet. uide ibi per eum, & quæ habentur in l. non ſolum § morte. ff. de oper. nou. nunc.
• Menoch. Iaſ. conſi. 54. nu. 3. in ſi lib. 1. & conſ. 119. col. 2. cir prin lib. 1.

a non poſſit de dolo, vel metu conqueri,ᵃ vt h c. Item ſi fiat in pͤ-
b ſentia conſanguineorum. vel amicorum. ᵇl.tranſactionem ſ.
5 de tranſ.& l.nõ eſt veriſimile.ff.quod met.cau.Item no.q̃ †oc-
c culte dicitur fieri,ᶜquando aliquid fit ſine decreto,quando de-
6 cretum eſt neceſſarium,ᵈ vt habuiſtis ſup. de his, qui ex pu.ra-
d tio.l.2.& ibi dixi.Item no.quod† vbi contractus eſt nullus, em
e ptor non lucratur fructus,ᵉvt habuiſtis ſup.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſc.l.1.in fi.& quod ibi dixi.

ADDITIONES

a Conqueri. Adde Bal.in l.iubemus C. ad Treb. & Paul.de Caſt. in conſ.57. & And. Barb.in ſuo conſil.inci Primo die,&c.quod eſt poſt conſil. Ale.53.4.par.

b Item ſi fiat in præſentia conſanguineorum, uel amicorum. Adde an decretum iudicis, de quo hic, ſuppleat conſenſum conſanguinei, uel amicorum per ſtatutum requiſitum quando nolunt conſentire, uide Bald.in rubr. ſupra de contrah. emp.q.24.Et quid ſi per ſtatutum requireretur conſenſus & decretum iudicis, no.idem in l.ſi fururiſi ſupra de nup & Aut Cor. in ſing luis, in uer. conſenſus,

c Alexan.Occulte dicitur fieri. Quid dicatur occultum, uide per Bal.in l.eaqu dem, de accu.& ibi dixi Et ad Bar.adde eund.ē in l.ſciant.ſupra,de his,qui ex pu.ratio. & tenet gl.in c.ſi.in uer.clandeſtino.de cland.deſpon par Ange.in l.in tacitus in prin de le.3 per Bar.in l.non intelligitur in §. tacita. de iure fiſci per Bartol. in l. pupillus.§ ſi de auth.tuto.

Menoch Crau de antiq temp.4 parti.4 par.nu.5.6.

d Alex Decretum eſt neceſſarium. Videtur glo in contrarium.l.ſi quidem. de præd. min.uide ibi Bar niſi dicas,quod ibi erat minor, & ſic illud decretum non confirmabat contractum, ſed certe etiam hic ad ualiditatē contractus requiritur authoritas iudicis,& uide d. m.M.in l.pacta nouiſſima ſupra de pac & uide Bart. & Bal.in l.3.ſupra de præſcr.30.ann. An autem hoc ſit uerum ſi non admittatur probatio in contrarium Io.de Imo.& Mod.in l.ſi quis cum alter de uerbo. obl. tenent,quod admittatur iuxta materiam l.ſiue poſſidetis.de prob.quod tamen latius proſequere in d.l.ſi quis cum alter.de uer obl. Adde Specu. in tit. de emp & uend.§ nūc dicen.lum teſtat.uer.& breuiter ſcias,ubi dicit,quod ſemper pſumitur pro decreto iudicis,quod omnia requiſita interuenerint. quod uoluit etiam Bald.in l.cum hi § prætor.ff.de tranſ & l. quæcunque.ſupra de bo. quo lib & in l.ſi de præd min.Facit ad hoc l. ab ea parte. de prob. &c. in præſentia extra eo. Bald.in l.cam te de proba.& l.1.§.quod obſeruari,de iur cal.in uer quarto de iſta q.uide in conſil.do. Alexan.nu.4.in uer.no.pulchram limitationem ad l. 1.ſupra de reſcin uen. Sed contra hanc poteſt adduci text. in l. ſi quidem. ſupra de præd. min ubi minor reſtituitur aduerſus contractum ſuum cum decreto.Sed forte poteſt reſponderi ſecundum quod dicit gloſſ.in l.aut prætor § quod tamen.ff de minor.uidelicet quod tex.d.l.ſi quidem,loquitur in uenditione neceſſaria, puta cauſa rei iudicatæ,ideo non mirum ſi facilius reſtituitur minor. Secus autem in uenditione uoluntaria,in qua ſi iudicis authoritas interuenit, non reſtituitur cogita de ratione diuerſitatis,adde ad eo,quod dicit hic Bartol Bald. in l. ita ula. ſupra de tranſa.& cum opi. Bartol hic tranſit do.Abb in cap.dilecti. ad fin. de emp & uen.ſed Bald.tenet contra Bar.ut l.2.ſupra de reſciſ.uen in lect. & repe & Imo. & Ro in l.ſi quis cum alter,& do.Abb.in cap. non ſam.de emp & uend. tenent etiam contra Bartol.quia licet decretum excludat præſumptionem deceptionis, non tamen excludit probationem in contrarium, ſicut in minore uendente cum decreto,tamen auditur in reſtitutione,in l.ſi prædium, & l.mihis puto. §. pe. de reb.eor. Ad idem ſecundum do.Abb.in c.ſi de reb eccl non alie.in 6. cum epi. Bartol.tranſit etiam Ang.hic

e Ange.Non lucratur fructus. Hoc uerum de extantibus,ut hic. An autem teneatur de conſumptis,dic ut l.ſi fundum ſupra de rei uend.

LEX II.

Nec venditio. Vēditio rerū, & liberatio debitorum ad Curiā pertinentiū nō dēt fieri ſine decreto Curię,& quicquid redigitur,dēt reuolui ad Curiā, & eodē mō debēt fieri locationes. Scire debes qđ lex pcedēs,& ſequens,loquuntur de uēditione rerū Curialium, hæc lex loquitur de vēditione rerū ipſius Curię hoc eſt totius Collegii. Hoc
a pmiſſo caſus eſt clarus. Gl.primaᵃfacit multas remiſſiones,quā no.ſ.quaſr vēdanē res Curiæ,& res eccleſiæ, & ſimiliū locorū.

ADDITIO.

a Ang Glo 1.No ex iſta gl.omnes,in quib.eſt neceſſe decretum interponi, cum eorum res uenduntur Item adde alium ſ.minorē, cuius res ſine decreto non alienatur ſup.de præ l min per totum,niſi in caſib.quando decreto opus non eſt In eadem ibi,ied Pla.no.iſtam opi.Pla.quod licet curatori ciuitatis poſſit ſolui, & ſolutionem recipiendo liberet debitorem, tamen tunc eſt neceſſe quod decretum iudicis interueniat,per hanc l. De quo per Doc.in l.ciuitas.ff ſi cert.pet.a. Et per hoc dico quod procurator conſtitutus ad exigendum, non poteſt confitendo liberare debitorem domini,niſi forte decretum iudicis interueniat Ideo ſem per ſis cautus,ut decretum facias interponi Et licet in præiudicium fiſci, uel domini talis confeſſio nihil operetur,tamen operatur in præiudicium confitentis, ſ.de conuent.fiſ.deb.l.2.& 1.3 & ibi dixi,ſupra de fid.inſtr & iure haſ. fiſ & ſup. ne fiſ.rem quam uen.euincat.l.3.facit quod no.ff de pub.l.fi. §. ſi quis profeſſus,

LEX III.

1 *Verbum, uenditio, in caſu huius l. ſtricte accipitur, & eſt ſpeciale.*
2 *Precium proprie adaptatur ad contractum uenditionis,*
3 *Cauſę cognitionem requirentia delegari non poſſunt.*
4 *Inſtrumenta, quæ celebrantur per Conſilium Ciuitatis, debent dicere, cōuocato Conſilio ad ſonum Campanæ, in quo fuerunt oēs, vel maior pars,*
5 *Sententia iudicis requiritur in confirmatione uenditionis.*
6 *Confirmare eſt decretum interponere.*

Curiales. Decuriones nō pñt vēdere ſine decreto, alios aūt ɔ̄ctus non prohibentur celebrare.& decretum non poteſt interponi ſine conſenſu maioris partis Decu-
a rionū.ᵃNo.q̃†verbū,vēditionis,hic accipitur ſtricte,qđ eſt ſpe-
1 cialiſſimū, vt dicit gl.alias ſecus,vt l.ſtatu liberi.de ſta.liber.No.
2 q̃†verb.preciumᵇproprie ad ɔ̄ctum emp.referi: ɔ̄ in l.2.§.1.ff.
b de ɔ̄h.emp.& qđ no.in l.3.§ pe.ff.de ſuperfi. qđ tñ examina,vt
c dixi plenè ī q quā diſputaui,q̃ incipit,Publicanus quidā,&c.ᶜ
Dic ergo qđ Decuriones,quorum requirebatur cōſenſus, uel Præſes,cuius requirebatur decretū, uolebāt ab emptore aliqd ſolui nomine eius,vel ratione perſonæ. uel cauſæ, uel ad ludū theatralē,ſicut dicimus,quod domino ſoluitur aliquid qñ conſentit emphyteutæ,vt l.fi.ſ.de iure emph. qđ hic Imperator pͦbat.Quæro,quid vult dicere tex cū dicit,nec ex tabella decretū
3 recitari,dicit gl i.per delegatū,quia†cauſę,quę cognitionē deſiderant,nō pñt delegari,vt l.nec quicquā.§.ubi decretum. ff. de offi.procōſ.ſed recordor me aliter inueniſſe hūc text. poſitū in quibuſdā ſcriptis antiquis,ſ.quod olim ɔſueuerūt uocari Decuriones ad ſonum tabellę,ſicut facit eccleſia die Veneris ſancti. Dicit ergo Imperator,qđ non ſufficit decuriones eſſe uocatos ad ſonū tabellę,niſi ſaltem duę partes ſint pręſentes. Vnde facit
4 qđ †non ſufficitᵈin inſtrīs.ſi dicatur, cōuocatis & ordinatis de
d curionib.ad ſonū campanę,&c.ſed requiritur quod dicatur in
e quo fuerunt oēs,uel maior pars,ᵉvt ſ.iii. proxi.l. nominationū. An autē nomina Conſiliariorum debeant ſcribi,dixi in l.1.ff de albo ſcriben.& ibi vide quæ dixi. Item no. quod ex hac l. datur materia inueniēdi fraudes,vt poſſint decuriones in fraudē donare,uel permutare,de qua fraude ſi cōſtaret nō valeret actus, alleg argu.l.ſed Iul.§.mutui.ff.ad Maced. ſed qa actus hu9 alienationis cōſtare nō poterat,& curiales nimis depauperabanē, facta eſt hodie vna ɔſtitutio, per quam omnes actus huiuſmodi alienationis ſunt prohibiti fieri ſine decreto, vt in Auth de nat lib.cu.depu.§.ɔdem. col.4. quam conſtitutionem quidam libri non habent,& gl.de ea non facit mentionem; vnde pone hic vnam authen.quam ibi trado per hæc verba quæ ſequunt. Hodie venditiones ſimplices, & omnem actū alienationū immobiliū contingentem,vult noua conſtitutio decreto ſubiace
5 re,exceptis donationib.propter nuptias.Item no in fi.l †ad cōfirmandū venditionem, præferri ſententiam iudicis, qđ facit ad id quod dixi.in l.ſi quis ſpontaneos.ſ. tu. 1.facit etiam quod in decreto ponantur hæc verba, Dictus iudex dictam ſententiā
6 confirmauit,& ſuam authoritatem interpoſuit.† Confirmare enim eſt decretum interponere, vt hic in ſi quod tene menti, & dictam authen.quilibet veſtrum ponat in libro ſuo.

ADDITIONES.

a Decurionum Vide per Bartol in l 2.ſupra,de uſu pro emp.& quod no. Imo. in l. filiusfa in § diui,ff.de leg 3.

b Menoch. Precium Late Dec.conſ.160 col 1.

c Quidam,&c. Adde ad hoc tex iuxta fi.ff de contrah emp & adde quod ubi eſt precium,ibi intelligi.eſſe uenditio,ut uoluit gl.hic in uer intelligi & no.Bald. in l.ſi culpa ff.de rei uen.uide Bar.in conſil.incip In Chriſti nomine amen , ſuper primo puncto dico gabella. Adde tamen quod aliquando emptio , quæ habet precium ponitur pro locatione,& hoc quando emo aliquid annuatim , uel ad certum tps,tm Bar in l cotem §.qui maximos.ff.de pub.& ibi ſumpſi. Item adde not. Bal in l.qui te patris.ſupra unde lib.quod ubi Princeps recipit precium pro feudo,& reſcriptum dicit,indulgemus tale feudum,præſumitur uenditio , adeo qđ non poteſt amplius uaſallus feudo priuari. Cui adde in materia text. & ibi gl. in l.ſi quis ante.ff.de acqu.poſ ubi uerum pretium nedum refertur ad uenditionē, ſed etiam ad locationem. Adde l apud Celſum,§.ſed cum , de doli excep. & in l. dotem.ff.de iur dot.& ibi dixit Bald. quod ſtante ſtatuto quod de pretio cuiuslibet rei deducto in contractu,ſoluatur gabella : quod ſtatutum prædictum reſtringitur ad contractum uenditionis.Quod tamen intellige,ut ibi habes per eum, & quod in dubio,ubi ſit mentio de precio,præſumitur emptio & uēditio , tenet Bal in l Gallus.§.& quid ſi tantum.ff de lib & poſth ubi alle.glo.in l.illicitas , de off Præſi.niſi eſſet precii quantitas parua,quia paruitas precii facit præſumi donationem ſecundum eum,per l.1.&.i in gl.ff. de ſuperficieb. uel niſi omnino continetur alia expreſſio ſtyli,ut in ceſſione pro aliquo precio, ſecundum Io. An in add.Spec in tit.de ceſſio.act.in add.quæ incipit , rigoroſum , de quo per Bald.omnino in l.pro diuerſis,in l.Catus.de inter. act. ubi dicit quod niſi probetur certum pretium,non eſt probata uenditio, quod not. Quæro circa ſecundam partem,quid uult dicere text.quod ille,qui comparauit,non debet diſpendium habere ratione perſonæ,uel cauſæ, uel theatralis liberalitatis Dicit gloſſ. quod emptores talium prædiorum aliquid conuenerant dare ad ludum theatra. Hoc non placet,quia ſi conuenirent dare ad ludum,licite deberent dare , ut l. legatum.ff.de uſuf leg.

d Menoch Sufficit Afflict.deciſ.245.nu.10.11. Ruy.conſ.45.nu.3.lib 1.

e Alex Omnes uel maior pars Quæ partes conuocandorum requirantur in Collegio, uel Vniuerſitatis conuocatione,adde l.mult.& ibi glo.& Bald ff quod cuiuſque uni & de hoc uide in l.1.ſupra de albo ſcri.& Spe in tit. de Synd. in princ. idem tenet Dicit tamen Ang.ibi,quod ſtatur notario dicēti Collegio interfuiſſe duas partes,alle.Io.And & ibi per eum in l fi.de oen.re.ciui.

Quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis Decurionum, & de modo diſtributionis eorum. Rubrica.

De prima parte Rubricæ tractatur in l.1. & 2. de ſecunda parte Rubricæ tractatur in l.fi.& aliquid in l.2.

LEX PRIMA.

1 *Ius optimum dicitur habere, qui habet actionem pro eo proſequendo.*
Ius bonum, qui habet exceptionem.
Ius melius, qui habet exceptionem, & iudicis officium.

Si Decurionum Si extraneus ſuccedit alicui Decurioni,dēt Curia hēre quartam,
1 h.d.No de ſignatione huius verbi,iure optimo. † Tūc.n.dr qs hēe ius optimū,cū pͦ eo pſequēdo hēt actionē. Bonū aūt ius dr hēre,cū qs pt ſe exceptione tueri,vt l.q̃uis.ſ.de vſur. Melius autē ius dr hēre,qui exceptionem,& iudicis officium habet , vt l.bonę fidei.ſup.de vſur. & hoc not. ad quæſtionem de illo,qui aliquam

a quã rẽ in alium tranſtulit, & promiſit a ſa ere bonum ius, melius, uel optimũ, ad quid teneatur, reſponſio patet ex prędictis.

ADDITIO.

a Alc. Promiſit. Nam ſi promittit bonũ cedere ius, liberatur tranſferendo tale ius, ex quo competat exceptio. Si uero promittat melius, liberatur trãſferendo ius, ex quo teneatur iudicis officio. Si uero promittit cedere optimum, non liberatur, niſi cedat actionem efficacem. Ita uoluit glo. ſing. hic, & Barto. de quo etiam hic per Ang. Adde tamen glo. huic ſimilem in l. 2. ſup. de uſur. & quod no. in l. ſi fideiuſſor. § t in uerbo. poſſit. ſupra de pig.

LEX II.

1 *Verbum, particula, intelligitur de quarta.*
Partis appellatione uenit dimidia.
Pars adiecta parti facit partem partis,
2 *Diuiſio non eſt facienda de qualibet re, ne patrimonium corrumpatur.*
3 *Debens habere quartam, non poteſt poſſeſſionem rerum hæreditariarum propria authoritate ingredi.*
4 *Filius pro ſua legitima non ſoluta, non poteſt ſua authoritate poſſeſſionem occupare.*
5 *Hæres in caſu huius legis facit diuiſionem, alias diuiſio fit iudicis officio,*
6 *Electio in diuiſione in caſu huius legis dirimitur ſorte, alias inter priuatos iudex aſſignare poteſt cui uult.*
7 *Ratio quare expediat a communione recedere.*
8 *Actio ad exhibendũ quod non datur pro immobilibus, quia de ſe patent.*
9 *Ille cuius intereſt, poteſt petere ab eo, qui diuidit pondera, uel hæreditatẽ, qualiter aſtimet partes.*
10 *Mobilia non debent pateſieri in diuitibus.*
11 *Tutor non debet dare copiam inuentarij, quando ab eo petitur, maxime mobilium, & quando.*
12 *Iuramento hæredis creditur de mobilibus, & rebus minutis hæreditatis,*
13 *In diuiſione mobilium partes debent eſſe præſentes.*

Meminimus. Curiales debẽt habere quartam extra neptu ſuccedente curiali, non tamen de ſingulis reb. ſed facta oĩum diuiſione, prout hæc lex exprimit.
1 h. d. vſque ad §. filiorũ. No. 1. quod dicit† particulam. i. quartam rei, vt dicit gl. & Idẽ in l. ſi qs in ſuo. ſupra de inoff. teſt. ubi appellat minuſculã, quod procedit ea ratione, quia appellatione par-
a tis intelligit de dimidia, aut l. nomen filiarum. § portionis. ff. de ver. ſig. ſed particula, & ſimilia diminutiua important medietatem partis, vt hic. Pro hoc facit, quod pars adiecta parti facit partem partis, vt l. 5. §. ſi plures. ff. de damn. infec. & ibi dixi. Prædicta uera, niſi
2 ratione adiuncti aliud appareat. Secundo no. quod† non debet fieri diuiſio cuiuslibet rei, ne patrimoniũ corrũpatur. ff. de leg. j. l. non amplius. §. ſi cũ l. ſequẽ. facit quod no. ſupra ad l. Fal. l. 2.
3 Itẽ no. ꝙ† ille, qui debet habere quartam, non poteſt propria authoritate poſſeſſionẽ ingredi, vt hic, cum dicit, curiam nõ poſſe ſua authoritate occupare. Sed ꝯ hoc op. de eo, quod no. s. in l. non dubiũ de legib. vbi licet hæredi vniuerſali totũ occupare propria authoritate nemine poſſidente, vt l. cũ hęredes in prin. ff. de acq. poſſ. facit no. in l. fi. s. de edi. di. Ad ſol. ergo eadẽ rõne ei cui ꝯpetit pars bonorum, vt l. item ueniunt. §. ait ſenatus, de pet. hær. & l. 1 ſi pars hęred. pe. Sol. Illud eſt verũ, quando alicui eſt debita certa portio rei ſimpliciter & ĩdeterminatè, ſecus ſi nõ ſimpliciter & determinate, vt hic. Non enim debet curia hẽre partem cuiuslibet rei, ſed hęres debet facere diuiſionem. Item eſt in electione hęredis, vtrum velit noĩa apud ſe retinere, data alia parte curię, an velit ea communiter exigi, vt in verbo, exigendi. Ad idem qđ dicitur de legatario, qui non poteſt licite occupare legatũ imminente Falcidia, vt s. quo. legat. l. 1. & ff.
4 eo. per totũ. Ex his puto quod† filius pro ſua legitima non ſoluta, non poſſit poſſeſſionẽ ſua authoritate occupare, quia nõ debet ſibi ſimpliciter, & indeterminate in qualibet re, cũ debeat ſibi ære alieno deducto, & neſciuur quantum ſit, ideo dico qđ ſi ingrediatũ, nullius partis poſſeſſio ei quæritur, qa ſua legitima incerta eſt rõne loci, quia pro indiuiſo, vt l. Mæuius. §. duob. ff. de leg. 2. Item rõne quotæ, quia neſcitur utrũ quarta, tertia, uel milleſima pars hẽditatis ei debeatur propter incertitudinẽ æris alieni, ut in l. fideico. ff. de vſur. & l. 1. § hæc verba. ff. ſi cui plus quã per l. Fal. ergo poſſeſſio non quęritur l. 3. §. incertam. & l. lo
b cus. ff. de acq. poſſ. b Not. etiã quod † hæres debet diuidere, hoc
5 puto ſpeciale, alias totũ hoc expediretũ officio iudicis, ſi partes non ꝯcordant, vt d. l. non amplius. §. ſi. cum l. ſeq. de leg j. & In-
6 ſti. da iud. § ſi familiæ. Itẽ not quod † cuius ſit electio dirimitur
c ſorte, c hoc põt dici ſpeciale hic, in aliis autem diuiſionibus, inter priuatos iudex põt aſſignare quam partem vult, cui vult, vt
d §. ſi familiæ: non tamẽ debet dare electionem minori, d niſi in caſu, s. de his qui ſe deferunt l. 1. j. de met. l. 2. Cuius tamẽ ſit electio põt in ſorte ponere, arg. l. fi. in prin. s. com. de leg. Not. † rationem quare expediat a cõione recedere, quia naturale vitiũ eſt, vt in tex. iſta tamen rõ non viget, quia ex hoc minor poſſet
e prouocare ad diuiſionẽ, ſed non poteſt, e vt l. ſi pupillorum. in prin. ff. de reb. eo. niſi habeat ſocium vltra cõmunem modũ rixoſum, vt s. de ſacroſ. eccl. l. iubemus ĩ prin. ibi, ꝑdia diuidunt,
8 &c. & ibi per Cy. No. etia in ver. ſed vbi, quod† res immobiles ꝑ ſe patent, & pro eis nõ põt agi ad exhibendum. dicit gl. ex hoc ſeqtur ꝙ leges loquentes de oblatione, & conſignatione non habẽt locũ in rebus immobilib. ut s. de donat. ante nupt. l. dos data. & de uſu. l. acceptam, & quod ibi no. gl. j. & ff. ſol. ma. l. mo
9 ra. & ibi gl. Item no. quod † ab eo qui facit partem alicuius ponderis ſeu hæreditatis, poteſt petere is cuius intereſt, qualiter ęſtimat dictas res ſeu partes rerum, & debet ei dici ut in hoc uerſi.
10 ibi, ſub aſpectu, &c. Item no. ex uer. mobilis &c. quod † mobilia non debent pateſieri: ratio, ne in diuitibus pompa, in pauperi-
11 bus manifeſtetur utilitas, vt hic in ter. Ex hoc verſ. dixi, qđ † qñ a tutore petitur copia inuentarii nõ debẽt dari in ſcriptis res mobiles. Caſus eſt hic. de immobilibus uidetur caſus in contrariũ in præcedenti verſi. Puto tamen quod etiam de his non eſt facienda copia. arg. l. j. s. de alim. pupil. præſt. ſufficit enim parti, ꝙ detur ſibi inuentarii inuiſũ, & finis, vt ex hoc appareat ꝙ tutor poſſit adminiſtrare, & hæc pars tuta eſt, arg. l. 1. §. defendi. ff. q. ex cau. in poſ. plus enim ſibi non expedit edi de inuentario, vt
f l. argentarii. § edi. ff. de eden. f No. ꝙ hic dicit † iuramento hære-
12 dis, cui eſt credendũ in iſtis reb. minutis, & mobilibus, & facit quod habemus in l. ſcimus. §. in computatione. ſupra de iure delibe. & de his qui ad eccle. confug. l. præſenti. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. l. diuus. & quod ibi dixi. Not. ex verſi. quod ſi ſæpe. mo
13 dum diuidendi res mobiles, & quod † quando fiunt diuiſiones debent eſſe partes pręſentes, quæ omnia tene menti.

ADDITIONES.

a Dimidia. Adde Pal. in l. ſancimus. in prin. & in § illud. C. de inoff. teſtam. & Card. in Cle. 1. § 2. de æta. & quali. Fel. in c. paſtoralis. de off. dele. & do Soci. in conſil. 215. inci. Viſa prædicta facta uer. oec obſt. circa fi.
Adde ad hoc Io. Ant. Cor ſing ſuis, in uer. pars, incip. licet appellatione partis: ibi limitat hoc dictum, & uide, quia ſua limitatio eſt multum ſing.
b Alex. De acq. poſſ. Adde Bald. in l. ſi quis in ſuo. de inoff. teſta. & quod no. Bald. in l. iubemus. ad Treb.
c Dirimitur ſorte. Adde de hoc per Bald. in l. ſi duob. in 1 no. & ibi iſtum & Alex. ſupra, com. de leg. & in l. ſi duo. ff uti poſſid. Flor. in l. iter. ff. de ſeru. ruſt. pd. Spec. in tit. de iud. § 4 uerſ. & ſcias. Canoniſtas in c. fi. & Pap. in c. 1, extra, de ſortile, & omnino Fel. in c. 1. ad fi. extra, de reſcrip.
Alex. Cum ſorte dirimitur cuius ſit electio, adde Bald. in l. iubemus. ſupra de ſacro. eccl. & Lud. in ſuis ſing. in litera S, no. 21. Adde actus fortuna fortis non appellatur. Bald. in l. fi. in prin. ſupra com. de lega. & ibi ponit, an ſit peccatum ſortes apponere & dicit, quod non, pro quo bona glo. in c. quoniam Abb. in gl. 3 in fi. de off. dele. & Io. An. noſtra in glo. 1. extra, de teſtib.
d Alex. Minori Sed Bald. in l. ſancimus ſupra de do. tenet quod pręferatur habens maiorem partem, dixi in l. 2. ſupra de his, qui ſe def. & in l. pen. §. ſimilique modo poſt Bal. ſupra eo. tit. de dona.
Alexan. A communione recedere. Expedit inter conſortes diuidere. & l. communione recedere, quod not quia communio conſueuit exercitare diſcordias, & ideo ſolet concludi, qđ licet cõſortes inſimul ſteterint per 30 annos, non per hoc dicitur diuiſioni præſcriptum. ſecundum Bald. in l. fi. finium regund. & oo. in gl. in l. fi. commu. diu. Item non ualet pactũ, quod inter conſortes nõ fiat diuiſio l. ſi non ſortem § ſi centum ff. de cond. indeb. Item nec ualet præceptum teſtatoris, quod filii ſtent in cõiõne l. ſi. 4. Lucius. ff de leg. 2. l. ſed ſi hoc §. fi. ff. de cond. & dem. ſecundum Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obli. l. ſi conuener. per illum tex. ff pro ſoc. & l. Mæuius § in fundo. de leg. 2. de quo per Barto. & Bal. in l. Lucius. §. Imperator eo. ti. Dixit tñ gl. no. in l. pen. cõmu. diuid quod ex quo conſortes per decem, uel xx. annos poſſiderunt diuiſum fundum, dicitur inducta diuiſio facit l. ſi filii ſup. de pet. hær. ergo eodem modo debet eſſe e cõuerſo, ſi ſteterint per 30. ann. ſimul, ut dicatur inducta communio, tamen quod ſup. dixi eſt uerum. Nec ob. glo. in d. l. pen. qm ceſſat ratio, qa cõio inſtat diſcordias, cũ diuiſio tollat. Præterea d. gl. ſecundum Docto. ibi procedit, quando tractatur de modico præiudicio, alias aũt ſi per illam diuturnam poſſeſſionem induceretur magnum pręiudicium conſortis, non haberet locum d. gl. ſecundum eos, arg. l. diuus. ff. de in integ. reſt.
e Non poteſt. Sed ab extra quæro quid ſi minor ſit prouocatus ad diuiſionem, an poterit tunc diuidere ſine tutore, uel curatore, unde no. per D. Soc. in conſ. 114. inci. Viſa, & conſiderata contingentia facti. uer. prima ratio eſt.
f Ang. De eden. Hoc procedit qñ tutor non redarguitur quod doloſe omiſerit ponere quædam in inuentario, ſed ubi doloſe redarguitur, tunc rerum immobilium ſine dubio copiam facit, ut hic. Quoniam damnum pupilli non eſt quod latere non poteſt. Mobilium autem non facit ſi tutor paratus eſt iurare, quod res quas in inuentario poſuit, ſunt tantæ æſtimationis. alias ſic, per tex. illum, & ſi tutor aliqua ponere in inuentario per dolum omiſerit, non poteſt adminiſtrare, l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. & l. tutoris. C. de admin. tut.

1 *Conditio ſi nupſerit, debet impleri infra triennium poſt pubertatem.*

§. Ad filiorum. Deſcendẽtes maſculi Curiales, vel fœminæ nuptæ curialibus, vel ex-
a nei Curiales ſuccedunt in totũ, a non curiales, vel curialib⁹ nõ nuptę quartã dare curię debent, & cui nubent trienniũ expectatur. hoc dicit. No. qđ iſta conditio, ſi nupſerit, habet tempus limitatũ, in quo debet impleri triẽnium poſt pubertatẽ: quod not. Secũdo nota caſum mirabilẽ, ſicut ĩ quibuſdam partibus ſunt quędã monaſteria habentia magna territoria, & dant in emphyteuſim poſſeſſiones vſque ad tertiã generationẽ maſculinã, vel fœmininam nubentem in territorio monaſterii. Hic habes caſum, quod expectatur triẽniũ poſt pubertatem, an nubat, & cui, quod no.

ADDITIO.

a Ang. Succedũt in totũ. In tex. ibi, integras opes. iſte tex cõiũcto tex. inf. primo, ibi nullaq; pte facit ad qõnẽ, dicit teſtõr, iſtitu. mihi Titiũ, & ſi Titius ſine hæ

rede deceſſeris,integra portio deueniat ad talē modo eſt quæſtio, an Titius inſtitutus poſſit quartam Trebellianicam detrahere?Videtur quod non,quia integritas eſt contraria diminutioni.
Item hoc uidetur probari per iſtum tex nam, quando lex uoluit ad filios Curialium integras opes peruenire, ſtatuit, quod diminutio non poſſet fieri per diminutionem quartæ,ita etiam in caſu propoſito. Et ita hoc anno fuit conſultū per quoſdam Doctores,licet non per hanc l.& ego dicam, & dicebā contrarium, quia Trebellianica non poteſt prohiberi,niſi certa forma, ut in authen. ſed cum teſtator.ſup.ad l.Falc. Cum ergo illius auth forma non ſit ſeruata,patet quod detractioni locus erit Hoc probo per l.qui totam.ff.ad Treb.ubi rogatus reſtituere totam hæreditatem, Trebellianicam deducit, per l.cum uirum ſupra de fideicom cum gl.ſua, ubi rogatus reſtituere quicquid de hæreditate ad eum peruenit,detrahit Trebellian Per prædicta patet, quod illa lex non obſt oīdē l.decem.cum glo.ſi.ff de fideic.lib. quæ fortiter determinat illam quæſtionem, & uide quod dicitur per Doct in l.prætor ait.ff. de oper.no.nunc. & quod dixi in Auth. de hære & falc. in §. ſi uero expreſſim.
Alex.Vide Bal in l. ſancimus ſupra de nup.

L E X III.

1 *Filius excluſus a quarta per priuilegium non obſtat alijs,*
2 *Filius qui eſt Frater Minor,non facit partem alijs.*
3 *Decedens cum filia Minore,an uideatur decedere ſine filiis,*
4 *Mulier quæ tenetur ad aliqua perſonalia Curiæ, uidetur Curia per maritum ſeruire.*

1 SI quis. Hęc lex ſeipſam ſummat, ideo non ſummo eam. Ex ver.nullo obſtaculo,&c.no.quod † filius exclu,
2 ſus a Curia per priuilegiū,non ob.aliis.Et pro hoc facit qd † filius,qui eſt Frater Minor, q ꝓpter arctitudinē regulę nō ſucce
a dit,ut in c.exiui de paradiſo.extra,de verb.ſig.in Cle. non propter hoc facit partē aliis filiis, ſicut illis qui propter pęnam eximuntur,ut l ſi.in fi.ff de bon.poſſ.cōtratab. & l.ſi necē.§.ſi de-
3 portatus,ff de bo.lib Per hoc dico qd † ille,qui decedit cum filio Fratre Minore,videtur decedere ſine filius, & ſic cōditio fi-
b deicōmiſſi^b ſub conditione uidetur uerificata: Hoc potui plenius in libro Minoricarum,quē compoſui.& Spe.tāgit de ſtat. in uerſ.tertio q̄ro,& in verſ.quarto quæro.Not.ex verſ. ad hoc
4 ſancimus,ibi,per maritū eius,&c. quod † mulier quæ tenetur ad aliqua perſonalia Curiæ,videtur ſeruire Curiæ per maritū.

A D D I T I O N E S.

a Ange.Non ſuccedit. Sed ſalua reuerentia ego credo contrarium pro nunc, Paria enim ſunt filium non poſſe ſuccedere,uel nolle ſuccedere.
Sed ego uideo quod ſubſtitutio facta alicui,ſi deceſſerit ſine filiis,euaneſcit, ſi deceſſit cum filio, qui noluit eſſe hæs,l ex facto § ex facto ff ad Treb Ita euaneſcit ſi cum filiis deceſſerit,qui inſucceſſibiles fiut abſque ſuo delicto,ut in caſu propoſito Non obſt quod filius frater minor habetur pro mortuo, quia uerū eſt ad quædam,naturaliter tñ uiuit. Vnde cum conditio fuerit concepta in caſu ſi ſine filiis deceſſerit, & naturaliter ſit uerum filium ſupereſſe, patet quod illa conditio deficit,& ſic ſubſtitutus non admitteretur,debet enim conditio in forma ſpecifica impleri,ut l.hæredi ff. de cond & demon. Venient ergo proximiores eius,cui eſt facta ſubſtitutio talis,hoc caſu.
b Alex.Conditio fideic.Conditio,ſi deceſſerit ſine filiis,non dicitur deficere, ſi filius efficiatur frater minor. Adde quod no.Dy.& Barto in l.cum pater.§.hęredi. in ultimis uerbis, de leg 2.uide Ang.hic tenentem contra Bar.

De imponenda lucratiua deſcriptione. *Rub.*

Vide gl.rubricæ,& eam nota.

L E X P R I M A.

1 *Statutum,quod de contractu ſoluatur gabella,comprehendit etiam cōtractus factos inter aſcendentes,& deſcendentes,& ibi quando non.*
2 *Extraneus quis dicatur.*
3 *Status rei uendita non mutatur,ubi perſona non mutatur.*
4 *Vnus ex fratribus, qui accepit ab eccleſia emphyteuſim, poteſt alteri fratri rem in emphyteuſim acceptam alienare,*
5 *Tituli lucratiui qui dicantur remiſſiue.*
6 *Dos,& donatio propter nuptias dicitur tituli lucratiui reſpectu eius pro quo dantur.*
7 *Reuocans donationem propter ingratitudinem, non dicitur illam habere ex cauſa lucratiua,*
8 *Res eccleſiæ prohibita alienari,ſemel alienata dicitur effecta alienabilis.*
9 *A primordio tituli formatur euentus.*
10 *Decuriones,an alienare poſſint uel donare ſine decreto.*
11 *Actus non priuilegiatus,ſi cauſatur ab actu non priuilegiato ratione contractus ſumit naturam illius,a cuius primordio emanauit,ſecus ſi ſumit primordium ab eo,qui eſt cauſa honoris inducendi.*

DEſcriptionis. Diuiditur in duas partes. Primo ponit ſummarium.Secundo illud declarat. Secunda ibi, ut ſi pater. Secunda ſubdiuiditur,quia primo ponit,quando relinquitur cōiunctis pſonis aſcendentib.vel deſcendentib.Secundo quādo relinquitur aliis. Tertio declarat,q̄ ſint cauſæ lucratiuę,& q̄ non. Quarto ponit quanto tēpore durat onus ſiliquarum. Secunda ibi,cęteri. Tertia ibi,lucratiua.Quarta ibi,res vero. Ad euidētiā ſcias qd olim curialis nō poterat vendere,ſed donare ſic,vt l.fi.ſ. tit. 2.& qñ donabat, fuit impoſita vna gabella q ille, q recipiebat ex donatione,vel alio titulo lucratiuo, dēbat ſoluere quatuor ſiliquas.& iſta eſt deſcriptio,q̄ imponit titulis lucratiuis.Hoc p̄m ſto Imperator dicit, q iſta deſcriptio īponitur poſſeſſionib' tñ,nō hoībus,i.mācipiis ſi alienent,nec aliis reb. modtlib. Itē nō hēt locū in ꝯtib⁹ qui fiunt inter aſcendentes & deſcen-
dentes,in aliis autē ſic,vt hic dicit in princ. huius legis.Ex quo
1 no.ar.q † in ꝯtib⁹ inter aſcendētes & deſcendentes non dēt
a ſolui gabella.tñ ſi recte inſpiciatur,ꝯriū innuitur hic Nam ver
b ba generalia,p quę talis gabella eſt impoſita, ^b cōprehendunt aſcēdentes,& deſcēdentes,ſed Imperator hoc ſtatuendo eos liberauit,vt ibi,liberamus.ergo ante tenebantur,argum. l decē. de verb.obl.Et ideo niſi ſtatutū eos exciperet,tenerentur.& ita eſt Peruſii ſtatutū.Fateor tñ, quod ſi gabella eſſet impoſita de eo,quod transfertur titulo lucratiuo tantū,tūc inter eos nō haberet locū,per rationem huius legis in ſin quia non videtur lucrari,ſed magis videī recipere ſolutionē debiti.facit ſ̄.de codicill.l.fi.Secūdo no.q † licet alias dicitur, quod omnis extrane' eſt,q nō eſt in poteſtate, vt l.vnica.§.extraneum ſ̄.de rei vxoriç
2 actione.tñ hic dicitur † extraneus omnis, q nō eſt de aſcendē-
c tib.Itē no.quod † vbi non mutatur perſona,non mutatur ſtatus
3 rei venditę.Hic videtur caſus talis q̄onis.† Duo fratres accipiūt
4 ab eccleſia emphyteuſim.Vel accipit pater,q deceſſit duob.fi-
d liis relictis.Queritur, an vnus poſſit alteri alienare partē ſuam.
Videtur quod ſic.Nā ratio,propter quam nō licet alienare,eſt, quia ille,in quē alienatur, nō obligatur eccleſię actione perſonali,vt ſ̄.de iur.emph.l.fi.Sed iſta rō ceſſat hic,quia alter frater, cui alienatur,eſt æque obligatus eccleſię actione pſonali,ergo licet ſibi alienare.facit l.volūtas.ſ̄.de fideic.dixi ī l.ſi mihi,& Titio,de verb.obl.Gul.de Cu.ponit iſtā quæſtionē in l.cū hi. §. ſi vni.in 2.reſpon.ff.de tranſact.q tamē §.facit ꝯtra prędicta.Facit quod no.in l.frater a fratre.de ꝯd.indeb.Itē op.ea §. lucratiuas,
5 † q dicātur tituli lucratiui.De hoc plene dixi,& ibi gl.in l.apud Celſum.§ de authoris. ff. de doli exce. & ibi ponūtur quędam
6 cāæ,quę dicuntur quaſi lucratiuę No.qd † dos & donatio pp
e nuptias,non dicūtur tituli lucratiui, quod eſt verum reſpectu accipientis,ſed reſpectu eius pro quo datur,bene eſt titulus lucratiuus,vt l.fi.§.i ff.quæ in fraud.cred.& not. in l.Mæuia ff. ſo
7 lu.mat.Item no.quod † ſi quis propter ingratitudinē reuocat donationem,nō dicitur illam retrahere ex cauſa lucratiua. Et ſic repetēs rem,quam dedit ſine nouo contractu,non dicitur illā habere ex cauſa lucratiua.Materiam autem cauſatū lucratiuarū plene expoſui in l.Mæuius.§.duobus ff de leg.i.in repet.
8 quā feci de illo §.Item no.ex verſ.res vero,† q res eccleſię,quę ſemel eſt facta alienabilis,eſt ſemper alienabilis.Idē in omni re ꝓhibita alienari,vt l.pater.§.vndecim.ff de leg. 3. Not.tex.ibi,ad
9 primordiū tituli,ad id,quod quotidie allegatur, quod † a primordio titu. poſterior formatur euentus.Itē no.q res, quæ ſemel eſt facta emphyteutica,ſemp durat emphyteutica. Vltimo
10 ſcias,qd † Decuriōes poſſunt alienare,vel donare ſine decreto, quod eſt hodie correctū.ſ̄.tit.2.l.fi.per illam authen quam feci
11 ſignari.Itē no.ex ver.contra quoque,quod † quoties actus non priuilegiatus cauſatur ab actu priuilegiato,ratione contractus ſumit materiam illius,a cuius primordio emanauit,ſecus ſi ſumitur primordium ab eo,qui eſt cauſa honoris inducendi.

A D D I T I O N E S.

a Menoch.In contractibus.Tiraq.de retract.conſang.§ 1 a gl.9 nu 47.
Alex.Vide Ang.& Imo.in l.in ius ff.de libe.& poſthu.& in l.ſeruo.de hær. inſtit.& Bar.in l ſi emancipata de iur.& fac.igno.
b Alex.Gabella eſt impoſita Gabella, an ſolui debeat de contractib factis inter aſcendentes,& deſcendentes,uide Imo in l.in ius de libe & poſthu. & ibi Ange.facit quod habetur in c.paſtoralis.de decimis ubi dicitur,quod licet de omni lucro debeat ſolui decima,non tamen ſoluetur de hęreditate patris.Adde Ang. in Auth.de nup in §.ſi uero expectet.Menoch. Aliter uiſus eſt ſentire Barto. in l.3.in ſi C.de iuris & facti igno.ubi apoſtill.
c Alex.Extraneus.No quod extraneus tribus modis dicitur, primo in materia ſucceſſionum dicitur omnis ille, qui non eſt de aſcendentibus, uel deſcendentibus,ſecundum Bar, hic,& eſt tex.in l.ſcripto.ff.unde liberi.& uoluit Are. in l ex facto.§ ſi quis rogatus.ff.ad Treb.Item ſecundum l.primam.§. extraneum. ſup. de rei uxor actio Item dicitur omnis ille,qui non eſt de cognatione,ut l ſi emancipati.ſupra de colla.facit l.3.ſupra communia utri.iudi.adde Bartol. & ibi dixi in l.ſi domus §.ſi ff de leg i.in l.communi diuidundo.in prin.ff. communi diuidun & Bald.in c.1.uerſic u ſed pone,quibus modis feu.amitt.Ludo in l. ſtipulationes non diuiduntur,ff.de uerb.obl.
d Menoch Pater.Ruy.conſ.10.nu 9.lib.i.
e Ang Not quod dos.In uer.ſi uero.in text ibi,reuertatur ad lucrum no quod maritus, qui lucratur dotem propter adulterium uxoris, non dicitur eam habere ex cauſa lucratiua.
Iſte tex.probat aperte,quod maritus,qui ex forma ſtatuti lucratur tertiam partem dotis muliere decedente ſine filiis in matrimonio, non dicitur eam habere ex cauſa lucratiua, & ideo non erit neceſſe quod illud lucrum inſinuari faciat,neque etiam quod ſoluat gabellam, quæ ſoluitur pro rebus prouenientibus ad aliquem ex cauſa lucratiua.

De prabendo ſalario. *Rubrica.*

L E X V N I C A.

1 *Habens arbitrium generale,non poteſt ſalarium conſtituere.*
2 *Bannum factum a Poteſtate, quod qui capit maleſactorem habeat centum,non ualet.*

Nulli

NVlli ſalarium. Hęc lex ſummat ſeipſam ex qua no. ꝙ requirit̃ ſpecialis ↄ
1 ceſſio Principis Et ſic † ſi alicui ↄceditur arbitrium
gn̄ale, nō pōt eius vigore cōcedere ſalariū. Sed opp.
ff. de decu. l. Decurionibus, & ff. de decre. ab ord. fa. l. ambitio-
ſa. Sol. conſtituere ſalarium Medicis & Doctorib. & ſimilib. pt,
vt in contrario, non autem aliis, niſi ex ſpeciali cauſa concede
a retur. Gui. de Cn. allegat hanc l. † Quidā Poteſtas fecit mitti ban
num, quod ſi aliquis capiat talem malefactorē, habeat centū, ꝙ
a tale bannum, non valet, a niſi fiat per Cōe. De hoc dixi in l. 1. ff.
de iuſti. & iu. facit ĩ. de naui. l. cū nauarchorū. hic nō ſunt alia.

ADDITIO.

a Alex. Non valet. Vide Barto. in l. 3. inf. de nauicularijs, lib. 11 qui ſimpliciter tenet quod valeat, licet tamen non valeat, nec detur aliquod præmium capienti, tamē ſi poteſtas fecit ſumptus in capiendo, pōt repetere, ſecundū Bar. in l. 1. in ſi prin. de iuſt. & iu. per l. milner. ff. de capt. Ad quod Bar. & Bald. in l. ſi. ſup. de ſtatuis & imaginibus. Adde ad hoc Bal. in c. domino guerrā. in tit. hic finitur lex, deinde in cipiunt conſuetudines feudi. vbi dixit quod hoc etiam habet locum in priuata perſona faciente expenſas in capiendo, & vide in l. 3. de nauicularijs.

Si Curialis relicta ciuita. rus habita. maluerit. Rubrica.

LEX VNICA.

1 *Habitans ruri ne vocetur ad Conſilia, poteſt reuocari, & puniri.*

CVriales. Oēs Curiales reuocat ad Ciuitatem, &
ad Curiam, & locus, in quo ruri habi-
a tāt publicat. h. d. Et nota quod † qn̄ qs ad hab. tandū
rus, ne vocetur ad Conſilia, pōt reuocari & puniri.

De Municibus & originarijs. Rub.

Sup Rubrica querit gl differentiam inter Municipē & origi
nariū. Reſpondet gl quod Municeps eſt genus, originatiua eſt
ſpecies. Idem no. in l. eius, inf. tit. 1. & dicam latius ibi.

LEX PRIMA.

1 *Idem eſt dicere Florentinus, & natus de Florentia.*
2 *Ciuitas originis præfertur in muneribus.*
Forum ſi quis ſortitur in ciuitate origNis & domicilij, ad quid ſortitatur, remiſſiuè.

CVm te. In loco originis & incolatus cogitur,
qs ſubire munera. Not. ex eo qđ di Bi-
1 blū origine, quod † idem eſt dicere Florētinus, vel
Peruſinus, & natus de Florentia, vel de Peruſio: ꝙ
declara, vt dixi plenè in l. 1. ff. e. ti. Quęrit gl. qđ ſi in vtraq; Ciuita
te vocet qs ad munera & honores, q̄ Ciuitas preferatur. dicit
2 gl. † qđ Ciuitas originis, de quo dic, vt dixi ĩ. tit. 1. l. ciues. & l. cū
neq;. ĩ. ti. px. Sed q̄ro quo ad q̄ ſortit̃ qs forū in vtraq; Ciuitate,
gl. tractat ff co. l. aſſumptio. §. fi. & ibi plenè dixi, & l. a. ſupra de
iuriſd. om. iud. & ibi Iacobus de Are.

LEX II.

1 *Ratio quare quis ſortiatur forum ratione manumiſſionis.*
2 *Verbum, ciuis, reſpicit ciuitatem: Verbum, Lombardus, prouinciam.*
3 *Ciues eiuſdem Ciuitatis, quod duo eſſe poſſunt, & tamen non erunt prouinciales.*

Si vt proponis. Sortitur qs forum ex perſona ſui ma
numiſſoris, licèt de neceſſitate ma-
1 numiſerit. h. d. † Rō legis eſt, quia ſicut ex origine ſortitur quis
forum ex perſona eius, ex qua naſcitur, vt ĩ. l. prox. ita ille, qui
manumittit me, vr̃ in mundum producere ciuiliter, quia ante
nō erā, vt l. quod attinet. ff de reg. iu. merito ex eius perſona ſor
2 titur qs forum. Secūdo opp. quod hęc † dictio, ciuis, propriè re-
ſpicit Ciuitatē, verbū autem per quod ſignificatur prouincia
eſt, vt dum dr̃, Lombardus, Tuſcus, & ſimiles nō ↄgruūt huic
dictioni, ciui, ſed dr̃, quędā ↄditio pſonę. vt hic, dum dr̃ eius ↄ
ditionis, &c. Sed ſicut a Ciuitate dr̃ quis Ciuis, ita a prouincia
dicitur quis prouinciales, vt l. prouinciales. ff. de verb. ſignifi. &
ideo poteſt eſſe, ego & tu ſumus ciues eiuſdem ciuitatis, & nō
ſumus eiuſdem prouincię, vt contingit in hac Ciuitate Peruſij,
quę habet caſtra quę ſunt in Ducatu Spoletano, & Ciuitas eſt
in Tuſcia, & natus ex iſto caſtro eſt Peruſinus, vel. ſi qui ex vi-
co. ff. eo. non tamen eſt Tuſcus, & hoc plenè declaraui. ff. e. l. 1.
Sed quęrit gl. De duab. queſtionib. Dic vt in ea.

LEX III.

1 *Filius ſequitur originem patris non aliorum. Idem in adoptiuo.*
2 *Filius non ſequitur domicilium patris, non conſtitutum origine.*
3 *Filius an ſequatur conditionem patris facti ciuis ex cōuētione, remiſſiuè.*
4 *Natus in aliqua ciuitate, quando ſequatur illam originem vt propriam.*
5 *Caſus, in quib. filius non ſequitur conditionem matris, remiſſiuè ad gloſ.*
6 *Filius legitimatus per Principem ſequitur patris conditionem.*

a FIlios. † Filius ſequitur originem patris, non matris, niſi ex
1 alia cauſa Ciuitati matris ſit adſtrictus. h. d. Sed op.
quia ſequit̃ quod quilibet ſit ciuis illius loci, vnde Adā vel Noe
natus eſt, qui fuerunt patres noſtri, quod eſt abſurdū, dicit glo.
ſequitur originem tantū patris, non aliorū, vt plene dixi ff. eo.
l. aſſumptio. in fi. & verum eſt, quod ſequitur originē patris &
aui nō aliorum, vt ibi plene dixi. Sed hic q̄rit̃ qd ſit in filio ado-
a ptiuo. & dic idem, vt in gl. Itē querit glo. † vtrum filius ſequat̃
patris domicilium non conſtitutum origine. glo. dicit, ꝙ no. &
3 bene. Sed hic quærit, † vtrum quis ſequatur cōditionem patris
qui eſt ciuis ex conuentione? & de hac q. dixi in l. aſſumptio. ff.
4 e. in fi. dic, vt ibi. Ad ſecundum dictum opp. qđ ſi † aliquis eſt
natus ex origine matris ex aliqua ciuitate, ſequit̃ illam ciuitatē
ex origine propria, vt l. ciues. ĩ. tit. j. Sol. Glo. concedit, quod illā
ſequit̃ vt propriam, quod tene menti. Poſſet tamen dici, quod
b nec vt propriā ſequit̃ b ſi ibi fuit natus, vel fortuito, vel vt moris
eſt, cum mater ad domum propriam rediret. Ad hoc ergo, vt
qs rōne propriæ originis ſequat̃ locum, oportet ꝙ ſit natus in a-
liquo loco, in quo parentes conſtituerunt domiciliū, nec erant
c ibi tanquam tranſeuntes. c facit ſ. de capt. & poſtlimi. reuer. l. j.
vbi reuerſus cū matre recuperat ciuitatē, licet mater fuerit apud
5 hoſtes, & repetit, hoc autē non firmo. † Item oppo. quod ſequat̃
conditionē matris, vt infra de mutile. l. hi qui. Sol. Fallit in qbuſ
6 dam caſib. quos dic vt in gl. † Quærit gl. d quid in filio legitima
d to per Principem. gl. dicit idem, quod in adoptiuo, & videcā,
de quo dixi in l. aſſumptio. ff. ad Muni.

ADDITIONES.

a Filios. Ad huius tex. materiam Vide Alexan. de Imo. in l. libertus. §. fin. ad mu. vbi etiam vide Bald. & adde Bald. in l. 3 C. de pat. qui fil. diſt. & in l. a. C. de lib. & eorum lib.
b Menoch. Sequitur. Adde latiſſime per D. Rip. in tract. peſt. in pri. parte ſub num. ſeq. 181. cum
c Tranſeuntes. Adde Fel. in c. Rodulphus. de reſcrip. ver. hanc concluſionem.
d Alc. Quærit gl. De hac q. ſi. Bald. & Ang. & Raph. in l. hmōi §. ſi legatum. de leg. 1. vbi tenent quod non ſit ciuis, de quo in l. cætera. §. ſed ſi paruerit de leg. 1. per Are & Raph. quod non ſit ciuis, quoniam aſſumptio originis veritate, nō fictione contrahitur. ſecundum eum in l. aſſumptio in prin. ad municip. Not. pro eo ꝙ hic dicitur, facit l. ex facto. §. rerum ff. de hæredib. inſtituen. & l. quæſitum, de leg. 2. l. hæres abſens. de iudi. in Clemen. ne Romani de elec. gloſſ in c. Romana, de foro competen. in 6.

LEX XII.

1 *Mulier alibi nupta deſinit eſſe ciuis ciuitatis proprię.*
2 *Renunciare origini, vel incolatui, an quis poſſit.*

Origine. Iſta lex ſeipſam ſummat Sed opp. infra de muli.
& in quo lo. l. j. Sol. Dicit gl. hoc fallit ibi pp ma-
1 trimonium: No. quod † mulier nupta alibi deſinit eſſe ciuis ci-
a uitatis proprię originis. a quod intellige quātum ad ea munera,
quę habent eam auocare a ſeruitiis viri, quo ad alia autē rema-
net ciuis, vt ff. eo. l. fi. item reſcripſerunt mulierem, quam q. ha-
b bui de facto qn̄ repetij illam l. ideo & poſui. b Sed quęro † vtrū
2 renunciare poſſit origini patriæ, vel incolatui. Et reſpondeo, vt
in gl. quam vide, & no. eam bene.

ADDITIONES.

a Deſinit eſſe ciuis ciuitatis propriæ originis. Coruſcant. n. mulieres radiis maritorum, vt l. fœminæ. ff. de Sena. cum mult. concord.
b Ale. Poſui. Adde no. per Bar. in l. fi. §. idem reſcripſerunt ff de mu. & ho. & per hoc limita. Bar. in l. 3 infra, de priui. ſcholarium lib. 12. ſecundum do. Mat. in tractatu de Principe, in tit. de priui.

Si quis. Hæc lex dicitur idem, quod prima, ideo eam vide
per te.

De incolis, & vbi quis domicilium habere videtur; & de ijs, qui ſtudiorum cauſa in aliena Ciuitate degunt. Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Domicilium quæſitum conſtitutione, mutari poteſt, & domicilium mutans tenetur ad onera iam impoſita, non ad onera noua.*

NOn tibi. Qui domicilium tranſtulit non pōt
1 reuocari ad munera. h. d. No. ꝙ † do
micilium quæſitum conſtitutione pōt mutari: &
poſtq̄ qs mutuauit, non pōt vocari ad munera, ꝙ
intellige ad munera noua, ſed ad collectas, & ad munera iā ĩpo
ſita tenet̃, vt l. incolæ. ff. e. & ibi dixi. Quęrit gl. đ vna q. dic vt ĩ ea.

LEX II.

1 *Scholaris qui cauſa ſtudij ſtat in aliqua Ciuitate, etiā ſi per mille annos ſtaret, non adipiſcetur domicilium.*

Nec ipſi. Scholares non dn̄r ↄſtituere domiciliū in loco
in quo ſtudent, niſi in illa ciuitate p decem an-
a nos ſteterint, a vel alia rōne conſtituerint. Idem in parte filium
viſitante. h. d. Dixi in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. Intel-
1 lige hanc l. ſm Dyn. in dubio. † nā ſi eſſet certum ꝙ ſtaret in iſta
b ciuitate, vt ſcholaris, b cā ſtudēdi, tunc etiam p mille annos nō
adipiſceret̃ hic domicilium, vt ff. de leg. 3 l. q̄ſitum. in prin. &
dixi in d. §. domū Glo. quærit de duab. quæſtionib. Dic vt in ea.

ADDITIONES.

a Steterint. Ad qđ vide in omnino Fely. in c. dilecti. 2 ver. limita dupliciter. de reſcr. & adde Spe. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. ver. 45 & omnino vide no. in c. ex parte. de foro compe. paulo poſt prin. vbi pulchre loquitur Ad quod facit etiam quod volunt Aug. in conſi. incip. Quidam victor de Caſtro. quem vide, & adde Abb. & alios in c. ſi de paroch.
b Menoch. Vt ſcholaris. Bal. de præſcriptio. 5. partice. 7. partis prin. q. 14.

LEX

LEX. III.

1 *Habitantes in territorio, non vocantur ad munera vt ciues, ſed vt Comitatenſes.*

Eſt verum. Breuis eſt hæc lex, & iō nō eget ſummario Et op. de l. pupillus §. incola ff. de ver. ſign.
Dicit gl. intellige, quod habitant in territorio non tanquam ſtantes,
ſed tanquam receſſuri, alias eſſet idem quod habitare in ciuitate.
1 Et idē tenet glo. vbiq; Vel dico † quod habitantes in territorio
a nō vocant a ad honores, & munera, vt ciues, vt l. ciues. ff. e. incolę tamen ſunt, & vocant ad honores, vt comitanſes ſecundum
formam l. j. infra, ne ruſti. ad aliquod officium. lib. 11.

ADDITIO.

a Menoch. Vocantur. Pariſ. conſi. 53. nu. 11. lib. 3.

LEX IIII.

1 *Forenſi poſſidenti aliquid in Ciuitate, vel territorio quando poſſint indici munera, & ad collectas teneatur.*

1 Cum neque. Propter ſolam poſſeſſionē, quis non vocat ad munera. h. d. No. q † forenſi
poſſidēti aliquid in ciuitate, vel comitatu, non pt indici onus
a cuſtodię, neq; pōt indici collecta, a quod eſt verum, vt l. reſcripto in fi. ff. de mu. & hon. no. j. tit. j. ſuper rub. fallit in vſurario,
vt l. fi. §. patrimoniorum. ueri ſi. ſed & eos. ff. de mu. & honor. Itē
fallit in aliquibus ciuitatib. q̄ fecerunt aliqua tributaria pdia pp
collectas, vel alia onera, ita quod collecta ſit on' reale, vt d. l. fi.
§. patrimoniorū, cū §. ſequen. & infra, tit. 2. l. 2. Itē fallit in ciuitatib. quæ de hoc habuerunt priuilegium, vt d. §. patrimoniorum
cum §. ſeq. & iō ciuitates, quę hoc habuerūt ex conſuetudine
cuius contrarij memoria non extat, q imponerent collectas forenſibus poſſidētibus in territorio ſuo, hoc poterunt facere, cum talis vſus ſit ſimilis priuilegio, vt l. hoc iure. §. ductus aquę ff. de a-
b qua quotid. & ęſti. & l. fi. ſupra, noua. vectig. inſtit. non poſſ. b

ADDITIONES.

a Alc. Neq. poteſt indici collecta. Tu vide rōnem huius dicti per iſtum in l. libertus. §. ſola. ff. ad munic. Et quid ſi ſtatutum dictet vide eundem in l. vni. ſupra de ſen. quæ pro eo quod intereſt, & ſecundum dictum ſuum intelligas loqui Fely. in c. quoniam. ver. & adde extra, de offi. ord. alias videtur de directo loqui contra iſtū. * Menoch. Rubens. conſi. 9. nu. 9. Soc. iun. conſi. 38. num. 15. 16. lib. 3.
b Non poſſe. Adde Bar. in l. 3. de mu. & in quo loco.

LEX V.

1 *Verbum, patria, & verbum, Ciuitas, idem important.*

a Si in patria. a Hęc lex eſt clara, & no. quod † verbum, patria, & verbum ciuitas, idem important. Simile ſupra, ti. j. l. 2. circa quod vide, quod dixi in l. vxor. §. legauerat. ff. de leg. 3. hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a Patria. Vide per Doct. in l. ſi hæres. § 3 de leg. 3 & in c. Rodulphus. de reſcri. vbi dicit duplicem eſſe patriam.

LEX VI.

Priuilegio. Clara eſt, & hr̄. h. d. Origo & domicilium faciunt quem vocari ad munera, niſi per priuilegium aliud ſit expreſſum. h. d.

LEX VII.

1 *Municeps eſt genus, ciuis & incola ſunt ſpecies.*
2 *Ciuis, alius originarius, alius non originarius.*
3 *Municeps etiam dicitur natus in aliquo caſtro libero, & exempto.*
4 *Baptizatus in aliqua Ciuitate, & ibi ſortitur etiam forum.*
5 *Poteſtas Ciuitatis efficitur ciuis illius Ciuitatis.*
6 *Abbas alicuius eccleſiæ in aliqua Ciuitate, an ibi efficiatur ciuis, remiſſiue.*
7 *Monachus, an efficiatur ciuis illius Ciuitatis, vbi fit monachus.*
8 *Capitulum alicuius eccleſiæ, an ſit ciuis Ciuitatis, remiſſiue.*
9 *Incola quis efficitur, vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarum.*
10 *Peregrinari dicitur, qui non eſt in loco ſuæ habitationis.*
11 *Vxor alicuius ratione patrimonij dicitur ciuis.*
12 *Vocatus ad honores, & munera in loco originis, & in loco incolatus cui parere teneatur, remittit ad gl.*

Ciues quidem. Hæc lex diuidit̄ in partes duas. Primo ponit qualiter quis efficiat̄ ci-
a uis. a Secundo qualiter efficiatur incola. Secūda incipit ibi, incolam vero. ſed circa primā partem quęro, quæ eſt drīa inter Mu-
b nicipes, ciues, b & incolas. Dicit gl. q † Municeps eſt genus, ci-
1 uis & incola ſunt ſpecies. Idē no. j. tit. 2. ſup ru. Ita dico. quod ci-
2 uis ſubdiuidit in duas alias ſpecies, quia † alius originarius, vt ſ. tit. j. ſup rub. alius non originarius, ſed per alios modos, qui hic
c ponunt̄. c Sed q̄ro, † aliquis eſt natus in aliquo caſtro libero nō
3 ſubiecto alicui ciuitati, quomodo appellabit̄ cum nomē ciuis
ſibi non pueniat. Reſpon. q ſtat in nomine generali, & vocabi-
d tur Municeps. Ita loquit Rub. ſ. de magiſtra. Municipa. d Sed q̄rit̄, hic dicitur origo, qualiter intelligit. Dic vt l. filios. ſ. tit. j. Sed
4 quæro † vtrum p baptiſmum quis ſortiatur forum in ciuitate.
Videt̄, quod ſic, quia ſicut per manumiſſionem quis ſortit̄ forū, & dicit naſci, ita p baptiſimum. Dic vt ff. eod. l. j. Item quęro
dicit̄, hic manumiſſio, qualiter intelligatur. Dic vt ſ. ti. j. l. 2. Que-
5 ro hic dicit̄ electum ad honorem, quia † Poteſtas, vel Capitaneus efficit̄ ciuis, & ponit glo. exemplum de quodam Poteſtate ciuitatis Bononię nomine Rufino Guaſco. Vl̄ dic electione, id eſt conuentione, quod declara vt dixi in l. 1. ff. e. Itē quęro
6 ſi † aliquis efficit̄ Abbas monaſterii S. Petri, vel alterius monaſterii, vel Eccleſię Peruſinę, an erit ciuis Peruſinus. Dic vt dixi.
7 ff. eo. l. Itē q̄ro, hic dr̄ adoptio. dicit gl. quandiu durat, † an idem
8 in monachatione, ſi aliqs efficiat̄ monachus. Itē † an ipſum capitulum totum iudicabitur vt ciuis, vel vt forenſis. Dixi in d. l.
9 1. ff. eo. tit. Venio ad ſecundam partem, ex qua nota, qd † qs effi-
c citur incola d vbi habet maiorem partem fortunarum ſuarum.
Item vbi conſtituit ſedem ſuam, quod eſt notandū. Nam ſi probo, q tu habes in ciuitate iſta aliquid, pręſumeris incola, niſi p-
f bes, quod alibi habes plus. f Item not. quod † quis dr̄ peregina-
10 ri, qn̄ nō eſt in loco ſuę habitationis. Item quęro † vtrū vxor alicuius rationes patrimonii dicat̄ ciuis vel īcola. Et dicit gl. quod
11 ciuis dr̄ de quo dixi in l. fi. § item reſcripſerunt. ff. eo. & ibi ple-
12 ne. Itē qd † ſi qs vocatur, ad honores & munera in ciuitate originis, & incolatus. Dic vt in gl. & facit quod habuiſtis. ſup. tit. 1. l. 1. quod dixi in l. ordinem. §. fi. ff. e. & no. gl. hic poſitam notabilem, & magiſtram in materia ſua.

ADDITIONES.

a Ciuis. Vide tu Soc. in conſi. 129. inci. Pręſtantiſſimi iuris. ver. circa ſecundam dubitationem circa fi.
b Menoch. Ciues. Soc. iun. in conſi. 7. nu. 5. 9. lib. 2.
c Alex. Ponuntur. De hoc per Bar. in l. 1. § habitare. ff. de iis qui deie. vel eff. Et quis dicatur legitimus ciuis. Vide Bal. in l. 1. de patr. qui filios diſtrax. qui alleg. text. in l. ſed ſi acceptos. §. fi. de iure fiſci. ff. Alex. Vide Acto de But. in proœmio Decre.
d Alex. Municipa. Vide Bar. in l. 1. ad municip.
e Alex. Efficitur incola. Adde Bar. in l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad muni. & no. in l. ſi duas. in prin. de excu. tut. Et iſta gl. alleg. Ang. in l. contra. §. 1. de re iud. & cum gl. concor. l. 3. §. cum omnes. ad Syl. vide And. Barb. idem tenentem in tractatu repræſaliarum in 5. q. principalis, & no. Bal. in materia ſyndicatus, & Bar. in l. 1. ad muni. Item adde quod miles dicitur ciuis illius ciuitatis, in qua militat, & habet ſtipendium, l. municipes. §. miles. ff. ad munic. In Doctore legente dicas idem ſecundum Barto. ibi, & quid in ſcholari, vide per Docto. in præallega. l. & in quæſtio de monachatione, & etiam ibi, quod de expoſitis infantibus. vbi concluſiūt, quod tales expoſiti dicuntur ciues illius ciuitatis, vbi expoſiti ſunt. idem Barto. in d. l. 1. Adde etiam Pet. de Anch. in c. Rodulphus. de reſcrip. do. Card. in rub. de paroch. & per alios in capitu. fina. de offic. deleg. in 6. Abb. in capitu. poſtulaſti. de fo. competen.
f Alex. Plus. Vide Bar. in l. aſſump. § fi. ad munic.
Alex. Adde quod habetur in l. 1. ad municip. & l. aſſumptio. Et qualiter cognoſcatur quis ciuis, vel Comitatinus, vide tex. in l. cum ſatis. inf. de agric. & cenſi. & gl. in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. in 6.

LEX XI.

1 *Nobilis quod quis non efficiatur ex ipſa origine, ſed Principis ipſe nobilitat.*

Mulieres. Mulieres ex perſona maritorum ſortiūtur dignitates & forum. h. d. No. hanc l. circa quod facit, quod dixi ſ. tit. 1. l. origine, & ſ. l. ciues, & l. fi. §. itē reſcripſerunt. ff. e. Item no. tex. qui dicit genere nobilitamus, &c. No. er-
1 go qd † aliquis ex ipſa origine nobilis nō efficitur, ſed ipſe Princeps nobilitat propter originem ſuam, vt l. mulieres. j. de dign. de quo plene dixi in l. 1. j. de dig. in materia nobilitatis.

De muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem, & filium. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Infans poteſt eſſe miles, & vt Rex coronari.*

Sicut honores. Cōtinuatio honorū & munerū ipedit̄ in his, q idē ſunt, vel quaſi. Interualla verò in his tm̄ qui idē ſunt verè, locū habēt. Itē in dubio fideiuſſor nō tenet̄, niſi
1 ad id qd principali pōt iniungi. h. d. † Gl. noſtra tractat hāc legē
a ſolēniter, & ideo dic vt in ea. & no. quod dixi in ſummario. † Se-
b cundo no. quod infans poteſt eſſe miles, a & coronari vt Rex. b

ADDITIONES.

a Poteſt eſſe miles. Infero poſt Barto. in l. fina. de teſta. mili. quod Doctor minor annorum 17. non poſſit creari, ut no. idem Bar. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſt. Sed ratio Fely. in ca. quanto. el 1. & ibi poſui in apoſt. ad Pan. extra, de magiſt. mihi videtur probabilior, dum dicit Doctorem habere dignitatem, quam miles nō habet per Ro. ſing. 507 incip. An ſit militia dignitas.
b Alex. Rex. Et per hoc dicebam hoc anno per hanc l. in q. facti, quod quis poteſt naſci tabellio. Nam cum tabellionatus officium concedatur per priuilegiū Principis vt Authen. de tabel. in princ. poterit concedi illud priuilegium alicui, vt ipſe, & qui naſcentur ex eo ſint tabelliones. Qua enim ratione poteſt concedi infanti dignitas, vt hic, eadem ratione poterit concedi alicui dum naſcetur. Concedo tamen quod licet naſcatur tabellio, officium tamen exercere non poterit propter lubricum ætatis, l. impuberem. ſupra de ado. vbi ponit Dy. de impubere, an eſſe poſſit tabellio, Ang. Non tamen gaudet priuilegio militari. l. ſi ſupra de teſta. mili. facit tex. in c. ex eo. extra, de elect. in 6.
Infans poteſt eſſe miles & Rex. Adde quod ideo eſt, quia regnum vadit per ſucceſſionem, ſed non poteſt eſſe Imperator, quia creatur per electionem, ut ap. venerabilem. de electio. immo iniquum eſſet ſecundum Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. Alex.

LEX III.

1 *Munera non debent in eadem reiterari, donec alij ſufficientes inueniātur.*
2 *Societas non tribuit vacationem munerum, quia venit ex conuentione propria, ex qua nullus immunitatem conſequitur.*

Inter-

Interualla. Frater propter fratrem nõ habet vacationẽ, ſed propter alios idoneos nõdum grauatos
1 recte excuſatur. h. d. Not hic, quod iuſta excuſatio eſt, † ne mu
2 nera reiterentur in eodem, donec reperiantur alij ſufficiẽtes a
Sed quærit glo quid in duob. ſocijs omnium bonorum? & videtur tenere, quod vnus propter alium habet vacationem, qđ
2 non placet. Nam ſocietas venit ex conuentione, ſed† ex conuẽtione propria nullus poteſt conſequi immunitatem, vt ſupra titu. a. l. origine, & l. fina. ergo, &c. Preterea non reperitur. l. eau tum.

ADDITIO.

a Alex. Sufficientes. Vide quod dicit Bal. in c. 1. quib mod feud amit. in ver. quarto, quid ſi ſunt duo fratres. & adde l. ſi qui duos, §. de lib. cau.

De muneribus patrimoniorum. *Rub.*

Glo ſuper rub ponit diuiſionem munerum, quem plenius ponit in l. voluntariæ. ſupra de excu tut. & plenius ponitur per Guliel. in l. neminem ſupra de ſacroſan. eccle. & ego plene examinabo. infra de mulie. & in quo loco. l. 1. & ibi dicam, & not. & ſigo a hanc glo.

LEX PRIMA.

a **Ciuilia.** Hęc lex eſt clara, quam proſequere, vt in gloſ. & etiam l. ſeq. ambæ ſunt claræ.

LEX III.

1 *Immunitas ſimpliciter conceſſa non refertur ad patrimonialia.*
2 *Onus ſuſcipiendi hoſpites, eſt munus patrimoniale.*
3 *Eccleſia non tenetur hoſpitare milites.*

a **Qui immunitatem.** No. † qđ immunitas ſimpliciter conceſſa non refertur ad munera patrimonialia, quod dic vt in gl & ſup. de decu. l va
b Alex. Aeſtimatio Adde Ang. hic, vbi dixit, q antiqua æſtimatio hodie præſumitur adeſſe. & ideo ſi reficiatur æſtimum nouum, debent regulari ſecundum antiquum & Bald in l. j. ſ. de ſent. quæ pro eo, q intereſt vbi quærit an per inſtrumẽta veterum emptionum probetur preſens rei valor. & qualiter articuletur in probando rei valorem, vide glo & Barto in l. mortis cauſa § fi. ff. de do cau mor. & adde q res dicatur parui valoris reſpectu mali vicini. l. cum ſæpe. § ſi de contrahen emptio & q no Bart in l. ſi ita. § mulier ff de fun inſtr & q habetur c. conſti. de in int. reg. & in c. quæſtiones. de re um permu facit dictum Virgilij in Bucolic Mantua veh miſeræ nimium vicina Cremonæ, & apud Lucanum O male vicinis hæc mœnia condita Gallis. De valore rei in rebus mobilib. vide Bart & quæ ibi dixi in l. ſeptem diebus. ioſta, de erog mil. annonæ. & de valore rei ſecundum quantitatem fructuum, vide in l & quidem. de euic. & de materia per glo & Doc in c. cum cauſa. el 3. de teſtib. & in l. precia rerum. ff ad l Fal. & refert Are. Inſt de act in § ſi quis agens.

c Aeſtimationem. Sed quæro numquid æſtimatio Communis per emptionem alicuius inducatur? dic quod non, vt per Do. Soc. in conſi. 8. inci. Viſis, & diligenter inſpectis. ver. & ſtant iſta ſimul.

d Alc Cõem æſtimationem. Aeſtimum cõe probat valorem rei: ſed hoc videtur verum, ſi de proximo tempore fuit factum æſtimum, alias ſecus, vt in ſimili in inſtrumento emptionis, dicit Bald. in l. j. de ſent. quæ pro eo, q inter. Et ad hoc facit qđ no. Bar in l. decem. ff. de verbo. obl. & aliud de quo hic, ponit etiam Ang. in l. precia rerum. ad legem Falcid. & quod not Mod. in § ſi quis agens. Inſtit. de act. expreſſe Bald. in l 2. ſupra, de reſcin. vend. Alc. Vide Bart. in l. j. in verb circa prin. glo ſupra, de reſcin vend. vbi dicitur de teſte. &c. & in tra de teſte. quem ſequitur Bal. in l. ſolam. de teſti. & in l j ſupra. d ſent. quæ pro eo, quod intereſt. & in l. 2 in tepe. ſupra, de reſcin vend & vide glo. & Bar in l. mortis cauſa de dona. cauſa mortis. Item ibi l precia rerum, & ibi ponitur qualiter probetur valor rei. & Bald. in d. l j & in l. j. ſupra. de ſent. quæ pro eo. adde quod probatur æſtimatio ſecundum quantitatem redituum, & fructuum, vt l. ſi fundum per fideicommiſſum. de leg j. & l ſi quis. ſupra de reſcin vend & in l. qui bona de ceſ. bo ff. & Imo. in l apud Iulianum. § hæres. de leg j. in § arbitrorum in l. ſi fundum. de rei vend. per Bald. & dicit Bald. in l. j § ſi hæres. ff. ad Trebel. & Bart. in l ſi quos, præalleg. vbi ponit an ſubhaſtatio probet valorem rei, de quo per Bald. & Ang. in l. j ſupra, de præſcrip. 30. ann. & Are. in § ſi quis agens. Inſt. de act. No. quod pactiones priuatorum non valent in præiudicium fiſci, quin habeat regreſſum contra priorem, ſed inter ſe bene præiudicant, & in præiudicium contrahentium, vt in glo II c non ſunt alia Bar. hic cum gl. videtur notare, quod quando ſcriptura æſtimi fit de conſenſu partium, probat, & fidem facit contra ipſas partes Facit l. rura. infra, de omni agro deſerto & Bald. in ſuo conſilio in capi. ſciendum eſt, quod quandoque aſſignatio fit in cataſtro & allegat l. cenſualis, & l. ſi præſes. ſupra, de dona. & idem Bald in l. ſi quis in ſuo. de cond. indeb. & Ang & Imo. in l. de eo. m. de verbo oblig. Bald in l. ſolemnibus ſupra, de rei vend & Barto in l quod quiſque. de acq rei. domi.

De nauibus non excuſandis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Ciuis ſi ſuo nomine emit pro Comitatenſe, res empta publicatur.*
2 *Titulus ſupra. de iure fiſci, quid differat a diſpoſitione huius legis.*

MVlti. Naues, q ſub nomine, & titulo alieno excu
ſant publicant. h. d. No. ar. imo caſum con-
1 tra † Comitatenſes, a q faciunt aliquem ciuẽ emere
a p eis, vt ſub titulo ciuium non ſubſint onerib. im-
b poſitis, quia tales res ſunt publicãdæ. b hæc. n. lex loquit genera
liter in qualibet re, quę ſubtrahit a publica neceſſitate non ſpe
cialiter vt in nau. h. vt in l prox. Opp. ſ. de iur. fiſ. l. qui in cõtib.
2 Sol. † Aut cõaliquem proceditur, quia celebrauit contractum
in fraudẽ fiſci, & loquitur contrarium. Aut quia rem ſub titu-
lo alieno excuſauit, & loquitur hic tit.

ADDITIONES.

a Menoch. Comitatenſes. Benue. Stracha de naurb. 2. parte aum. 2 intelligit in naui. & Soc ſen conſi 209. col. j lib 2.

b Publicandæ Adde quod non ſolum punitur, vt iſta lege, ſed etiam feudum amittit ipſo iure, vt eſt tex. & ibi domi. Benedic. de Plumbino, in l j ſupra, ne hoc poten facit l. vniuerſi, ſupra, de leg. & tex. in l j ſ. vt nemo ad ſuum patroci. & in l. j. infra, de Conſulibus. & no. Bal. in l. ſacroſanctæ. ſupra de ſacroſ. eccle.

LEX II.

1 *Non dominus nauis ſi proponat excuſationẽ, ne deferat res ob neceſſitatem publicam, quod nauis non publicatur.*
Res eccleſiæ, quando publicetur propter delictum prælati.

IVbemus. Iſtã legem habemus de verbo ad verbum in
l. iubemus de ſacroſan. eccle. nulla nauis ob
neceſſitatẽ publicam excuſat aliquo priuilegio in corpore iu-
ris inſerto, vel non inſerto, & ſi quis cõtrium attentauerit, pœna
a hic inſerta punietur. h. d. Quærit gl. a † vtrum pp excuſationem
1 alicuius qui non ſit dominus publicetur nauis, b gl. ponit opi.
b nec firmat. prima opi. eſt verior, q nõ publicetur. l. Cotẽ. § do-
2 minus. ff de publicanis. Quęritur quomodo † propter delictum
prælati res eccleſiæ publicentur cum delictum perſonæ non de
beat in damnum eccleſiæ redondare, Dic, vt not. per Cy. &
Gul. & alios in l. iubemus.

ADDITIONES.

a Alc Quærit glo. De hac q. vide tex. in l. cotem & ibi Bar ff. de publi & vide Bald. in l cum proponas. de nau. fę. & Imo. in l Maurus. § duab. ff de leg. 2. & vide d. Alc. in l. vt nemo priua. ſit. mi ſo

b Ang Publicetur nauis In glo. j ibi hoc non nocet, hæc vera per l cotem. § dñs. ff. de publ. Et hic ſume arg. ad ſtatutum, quod ſi pro rebus immiſſis in ciuitatem non fuerit ſolutum pedagium, quod omnes res debeant confiſcari. modo mulio ſuper mulum ſuum res meas portabat, fraudauit, & non ſoluit pedagium, an res meæ publicabuntur? Certe non, ſed ipſe mulio præſtabit quantum res meæ valebant, per hanc glo.

Alex. De hac q Vide Fulg & Sal. in l j. ſupra, vt ne priuatus ſitu. & glo. ibi per Bar in l. dominus Bal. in l. cum proponas. de nauis ſœnu Imo. in l Maurus § duabus. de leg 2 facit l. quicunque. § quod ſi ad prædicta ſupra, de ſer. fug & in l. j. ſupra, de falſa moneta.

Ne quid oneri publico imponatur. Rub.

LEX VNICA.

1 *Onerantes equos meritorios, & alia animalia, vltra ſolitum, quod teneantur. & nu. 2.*

ONeri. Qui cogit nautam ad ſuſcipiẽdum aliqd
vltra onus tenetur ad emendationẽ dãni,
quod inde ſequitur, & criminaliter punitur. h. d.
Not. iſtã l. hẽre locũ in duob. caſib. qñ aliquis impo-
nit ſarcinam, nec aliquid apparet de voluntate nauicularij, vel
ſi nauicularius eſt coactus, ſecus ſi ſciret nauicularius, vt in
gl. Secundo aduerte diligenter quia dicit, ſarcinam ne quis im
ponat, & ſic ſi imponeretur aliquid quod eſſet minus ſarcina,
1 non incideret in hanc conſtitutionem. & eſt ar. † contra acci-
a pientes equos ad vecturas, & eis imponunt valiſiam vltra mo-
2 dum ſolitum. a † Item facit contra eos qui onerant animalia vl-
b tra debitum. Et habes de hoc plures caſus in tit. ad l. Aquil. b

ADDITIONES.

a Solitum. Ad quod vide do. Alc de Imo. in l ſi vt certo. in prin ff commo. & Flo. in l. ſi ſeruus ſeruum § rupiſſe ad l. Aquil. & Bar in conſi. inci. In Dei nomine amen. Ioan. locauit. & in conſ inci. Com mune Luſignani locauit.

b Alc Aquil Adde tex in l. inſulam. § qui nullas. 8 ff. loc.

De naufragijs. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Nauis, quæ vi tempeſtatis, vel timore incurſionis hoſtium venit in portum, non teneatur ad gabellam.*
2 *Fugiens in territorium alienum propter timorem hoſtium, non teneatur ad gabellam.*
3 *Qui tempore æſtatis vadit in alienum territorium ad macinandum, non teneatur ad gabellam.*

SI quando. Quia hæc lex de cõſuetudine nõ
obſeruatur, ideo Fredericus fecit
authenticam, nauigia. ſ. de furtis No. ex hac lege ar.
1 imò caſum, quod † ſi per tempeſtatem maris aliqua
a nauis venit ad portum, non dẽt ſoluere gabellam, a ſeu portorium,
quia violenter venit, vt hic & l Cæſar. ff de pub. & l. fi. § ſi
2 pp neceſſitatem. ff eo. tit. Itẽ † ſi pp incurſum, vel timorem
hoſtium, vel piratarum illi qui erant in territorio vicino fuge-
rent in territorium noſtrum, quod inde poſſint res ſuas extra-
b here, & deportare non ſoluta gabella. b facit etiam in arg. quod
3 † ſi tẽpore æſtatis homines vicini territorio noſtro veniunt ad
macinandũ ad molendina, quæ ſunt in territorio noſtro, quod
poſſunt res reportare ſine gabella, quia propter neceſſitatẽ fa-
mis venerunt, q eſt magna neceſſitas. l. 1. ſupra, de pat. q ſi. diſtr.

ADDITIONES.

a Gabellam. Adde Fel. in c. querelam de iureiurando. ante finem. ibi. & nauis vi ventorum, & in c. ſignificauit. in fi. de iud.

Menoch Adde D. Rip. in tract. peſt. in j par. ſub num. 156. cum multis ſequentib. vt per eum.

b Alex. Gabella. Adde quod per iſtum text. dicit Barto. in tractatu repræſaliarum, in 9. q. 7. q. principalis. Et ex iſto text. habes vnum caſum, in quo quis pro rebus, quas defert non tenetur ſoluere gabellas, in l. ſi publicanis. § 1. ff. de publicanis.

LEX IIII.

1 *Inſtantia cœpta in cauſa naufragij, quanto tempore duret.*
2 *Teſtes ſuper caſu, quod ſint examinandi in loco, in quo caſus euenit, nec tunc partis citatio requiritur.*

a SI quis. Nauicularius, q dicit ſe ſuſtinuiſſe naufragiũ, dẽt
hoc per teſtes probare corã iudice illius loci, a & pfecto

ADDITIO.

a Coram iudice illius loci Adde Ant. Cor. in ſing. ſuis. in ver. teſtis, incip. In loco vbi aliquis patitur aliquem caſum. vbi ampliat hoc dictum, ſcilicet, vt non requiratur partis citatio.

Menoch. Soc. ſen conſi. 262. col. 5. in prin lib 2.

1 ſecto denunciare † intra annum, poſtea non audiatur. h. d. euẽ
ti, id eſt, caſum naufragij. Opp. immo intra biennium, vt ī. eo.
a l. de ſubmerſis. Sol. hic annus ſtatuitur parti, biennium a ſtatuitẽ
iudici, & iſta eſt vera. Placebat, ꝙ hic agebatur ciuiliter, ibi cri-
minaliter. Et hoc tenet Azo in ſum. huius tit. quod non eſt ve-
rum, non enim agebatur ciuiliter, nec criminaliter, vt iuſ. di-
cā. Secūdo opp. quod nauiculario ſubueniatur ꝑpetuo ad ſim
plum, vt l. in eū. ſ. de fur. Soluūt quidā, hic ad quadruplū, ibi ad
ſimplum. Vel verius dicit gl. ibi loqui de tempore, quod ſtatui
tur actioni, hic de tempore, qđ ſtatuit inſtātię. Et ſic eſt ſpecia-
le q. l. iſta cā debet finiri intra annum, licet regulariter triēnio
finiatur, vt l. properandum. de iudi. Hęc ſol. eſt ꝯ tex. qui dicit,
quod poſt annum non poſſit interpellare iudicem. Sī. n. ſola in
ſtātia periret, poſſit interim iudicem interpellare rōne rerum.
Dico ergo, quod hic contra neminem agebatur, ſed nauicula-
rius ad ſuam defenſionem volebat probare, caſum naufragij.
Dicit ergo Imperator, quod apud iudicem illius Ciuitatis, vbi
b caſus occurrit, facit probationes p teſtes b de naufragio, & illas
probationes portet ad præfectum ad quem ſpecies illas cū naui
gio exportabat, & intra annum hoc faciat, alias non poſſet alle-
gare ſe naufragium paſſum eſſe, vt hic eſt caſus in hac l. Ex qua
no. mirabilem practicam, quod † in loco vbi patitur quis aliquē
caſum, faciat examinari teſtes de caſu, & illę probationes po-
ſtea faciunt fidem coram iudice compe.

ADDITIONES.

a Ale. Biennium. Inſtantia ſuper naufragio inchoata debito tpe, durat biennio, vt l. contraria, ſed inchoari nō poteſt poſt annum ad quadruplum. ita loquitur hic Ang. Vide tex. & Bar. in l. interdum. in § ſi propter neceſſitatem. ff. de public. [illegible] & per Bar. in d. q. 9 q. principali, in tract. repræſaliarum.

b Alex. Probationes per teſtes. Vide per Barba. & Doct. in § quod diximus. in l. 2. ff. ſi quis cau. & Bar. in l. contumacia. ff. de re iud. & eundem, & Imo. in l. quæſitum eo tit. Ad idem Ant. de Butr. & Imo. in c. querelam. de procur. per gl. in cap. quiſquis. 4 q. 5. per Azo. in ſumma, ſupra, de dilat. & per Bal. eo. tit. § ſi. ver. in ſumma per Archi. & Ioan. And. in c. 1 de dolo. & con. ti. in 6. per Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de app. §. nunc breuiter verſic. quid ergo per C. y. & Sal. in l. fin. cum gl. in verbo, ſanctium ſupra, de fide inſtr. per Butr. in c. ex ratione de appel. per Ang. in l. fin. ff. de ſer. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs § pen. de eden. & Bar. in l. qui accuſare, ſup. eo. tit. Et hoc ſpe eſt verum, vbicunque neceſſitas imminet teſtes exami-
* nari* a parte propter periculum mortis, vel abſentiæ in loco longinquo, quoniā etiam in loco incompetenti poterunt examinari, ſecundum Do. de Rot. in ſua conclu. 103. & hoc ſequitur Lud. in l. ſi vero. §. de viro ff. ſol. matr. 14. fallen. alleg. iſtum tex. Et per iſtam limita not. l. cum his. §. tranſactiones. ff. de tranſa. & quod ibi addidi poſt Bar. Et ſimiliter ſi teſtes ſunt abituri, vel de morte ſuſpecti, & ſuper articulis à iudice reprobatis, vel repulſis, quia male formati, vel poſt terminum producti teſtes ſunt per iudicem examinandi, ſecundum Do. de Rot. conclu. 10. vel 9. in deci. omis. & per Lud. in locis præalleg. quod reputat valde notan. & dicit ſe ita conſuluiſſe apud Vincentiam. Et ad primum dictum adde quod voluit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. in ver. quid ſi dictum teſtis deficit ex parte examinan. & quod ibi addidi.
Alex. Et aduerte mirabile, quod in tali examinatione non eſt neceſſe citari par-
* tem,* quæ forte multum eſt a longinquo. Et ſic poteſt intelligi ff. de exer. [illegible] l. licere oportet. §. ſufficit. vbi dicit, quod ſufficit probare caſum ex naturali iuſtitia, hoc eſt, ſecundum ius gentium, in quo in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, non attenta ſolennitate ciuili. & vide quod ibi dixi, & quod no. per Gul. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. Alium caſum vide, vt ſcripſi in l. ait prætor. § ſi debitorem in fi. ff. de his quæ in frau. cred. Alius caſus vide per Ro. in litera, T, no. 12. regulariter contra l. ſi quando ſupra de teſt. & c. in nomine Domini eod. tit.
Ale. Secundo no. arg. mirabile pro his, qui dant ſuam pecuniam mercatorib. ad
* partem lucri, & damni* quod ſi mercatores dicant ſe ſuſtinuiſſe damnum furti, rapinæ, incēdij, vel ſimilium, quod mercator debet facere fidem intra annum, alias non audietur. Iſtud vltimum non eſt verum. Nam ſecundum hoc ſequeretur, quod actio de naufragio eſſet perpetua, & exceptio temporalis. quod eſt falſum & contra omnes regulas, quia omnes exceptiones ſunt perpetuæ, etiam ſi actio ſit annalis, vt l. pure §. fi. de do. excep. Item non eſt vera lect. Bar. qui tenet quod hic non agebat contra ſi aliquem, ſed tantummodo petebantur teſtes examinari ſuper naufragio. Nam ſi hoc tantum peteretur, ex hac præmiſſione nulla poſſet fieri criminis punitio, & tamen hæc litera dicit contrarium, competens diſpoſitio procedat, & attendendo contra lect. gloſ. patet, quod in hac l. eſt caſus, quod licet in cauſis criminaliter, vel ciuiliter non poſſit committi examinatio, vt in authen. apud eloquentiſſimum. de fide inſtrum. & in cor. vnde ſumitur, tamen quando agitur contra tapient. [illegible] ex naufragio poteſt bene committi examinatio teſtium, qui probent naufragium. Et hoc patet ex iſta litera, quæ dicit, quod præſes prouinciæ examinant teſtes, & poſtea examinatos remittit ad
* præfectum. Vltimo no. caſum fortuitum debere per teſtes probari,* de quo per Cyn. in l. nec creditores. de pig. act. & probatur l. præxi. & l. de ſubmerſis. Ang. Cui congruit, quod mercator debet reddere rationem omni anno, vt ſupra de ſuſcep. & Achil. l. nemine. & ibi dixi, ergo intra annum debet facere fidem de caſu, tamen licet hic tex. in argumentum [illegible], hoc tamen non firmo. Nam illa allegatio caſus fit per mercatorem ad ſuam vtilitatem, ſcilicet ad ſuā defenſionem. Nam exceptiones, ſeu defenſiones ſunt perpetuæ regul. [illegible], vt l. pure. in fi. de excep. dol. & l. licet. ſupra de exceptio. Et ſic poterit probare, & fidem facere de caſu vſque ad ſententiam. Et hoc eſt ſpeciale in fiſco & ideo hodie ex conſuetudine in partibus illis in contractu apponitur pactum, quod mercator probet caſum intra certum tempus.

* Suſpecti. Adde quod potuit in apoſt. ad Lanfran. de Ora. in c. quoniam contra §. confeſſiones in 2. ver. quia ſu. conſis ad fi. apoſt. de proba.
* Probari. Qualiter autem probetur, ita Alex. in l. 2. § quod diximus. ff. ſi quis cautio. & Spe. in tit. de pig. in prin. ver. ſed qualiter. & ver. 109 & Alcia. conſ. 54 vol. 1.
* Menoch. Examinari. Socin. conſi. 244. col. 4 lib. 2. & conſi. 262. col. 5 [illegible] eod. declarat alter Alcia. conſi. 10. in fi.
* Men. Partem. Cortet. in ſuis ſing. in verbo teſtis in c. in loco, declarat Dec. conſil. 82. & Alcia. conſi. 101. in fi.
* Menoch. Et damni. Cortet. ſuo ſing. in verbo mercatur incipiente, qui dant Benue. Strach. de mercatu. tit. de contractib. mercator. nu. 9.

LEX III.

1 *Teſtes domeſtici quod admittuntur in rebus, quæ geruntur in domo vel naui.*
2 *Teſtium refrenatio, quando fieri poſſit.*
4 *Iudex debet diligenter inueſtigare, vt veritatem habeat.*
4 *Prius examinandi, & torquendi ſunt, qui veritatem melius ſciunt.*
5 *Mors alicuius, quando probetur ex aſſertione conſanguineorum, vbi & quando agitur de modico præiudicio.*
6 *Rerum amiſſio probatur ex veriſimilitudine.*
7 *Tempus nauigationis, de qua hic, hodie non ſeruatur.*
8 *Annus licet diuidatur in hyemem, & æſtatem vera tamen & propria diuiſio eſt in quatuor partes.*

a Quoties. Cum de naufragio quærit, examinandi ſunt duo, vel tres teſtes a de naui, q melius ſcire debent veritatem, & eis deficientibus deuenitur ad alios. Et hæc nauigatio dēt fieri Kalend. Aprilis, vſque ad Kalend. Octobris. h. d. Iſtam regulam intellige, qñ nō agebatur criminaliter, nec ciuiliter ꝯ aliquem, ſed nauicularius volebat probare naufragium, & amiſſionem, rerum ad ſui defenſionem, vt dixi ſ. l. pxima. Diuide. Primo dicit, quot teſtes examinari debeant ſup naufragio. Scđo, quę perſonę. Tertio, quo tempore debeat nauigari. Scđa ibi, circa magiſtros. Tertia ibi, ſuſceptionis. In prima parte gl. intelligit, ꝙ agebatur ciuiliter, uel criminaliter, ego
3 aliter dixi ſupra. Not. ex hoc principio, quod † in iſtis rebus, q̄ gerunt intra nauem, ſeu intra domum admittuntur teſtes domeſtici, vt hic, & ſ. de repu. l. conſenſu. § ſup plagis, & extra, de teſtib. c. veniens. & c. 2. in fi. & de probat. c. tertio loco. Not. etiā
2 ad id, quod dicit de teſt. l. j. §. fi. ꝙ † refrenatur b multitudo, teſtiū
b quod intellige, quando ſufficit ſup vno articulo reducere ad
3 tres, vt hic manifeſte dicit tex. No. etiam † de ſolerti inueſtigatione iudicis. pōt enim de multis circunſtantiis interrogare, vt ad veritatē perueniat, vt hic, ibi, ſolers q̄ſitor, & facit, quod no. ſ. de teſti. l. teſtiū. illud autem, quod dicit hic de tormentis intel
c ligit hic gl. ſi vacillant, c vel ſi ſint viles perſonę. Venio ad ſecū-
4 dam partē, ex qua no. quod † prius debent examinari, & torqueri, ſi expedit, hi, qui veritatem melius noſcunt. Ad idē facit l. diuus. ff. de q̄ſtio. Venio ad ver. ſane. & opp. nam primo dicit vniuerſos eſſe perēptos, & poſtea dicit inueſtigandū a liberis eē ꝯ liberi q nō erant, nō ſunt idonei teſtes, vt l. teſtiū. ſ. de teſt. Huius rōne dicit gl. hic loquit de liberis qui forte erant in naui, ſed vt dixi ꝯ dicit text. qui dicit vniuerſos mortuos. Dico ergo intelligi prout iacet litera ſ. nauem, & omnes eſſe perēptos. Et ideo cum per eos, qui interfuerunt, probari non poſſit, recurritur ad coniecturas, ad liberos videlicet nautarū, vt ipſi examinentur, q veriſimiliter ſciredēnt de morte patris. Itē de perditione rerū poſſunt veriſimiliter teſtificari, q viderunt res immitti in
d nauē, quę poſtea perēpta eſt. Ex hoc habes duo notare. Primo,
5 ꝙ ſi quęrat de morte d alicuius, † ſufficiens ꝓbatio eſt, ꝙ inter liberos,

ADDITIONES.

a Menoch. Tres teſtes. Bocc. q. 76. in fi. & Benue. Stracha de nautis. 5. parte. ver. item quærit. Aret. conſi. 17. [illegible]
b Ale. Refrenatur. Qualiter ſit refrenanda productio teſtium, nam ius Cano. vſque ad 40. teſtes, de quo per Doct. in d. § de viro l. ſi vero ff. ſol. mat. in 45 fallen. & dicit, ꝙ pauci ſciunt. Sed cum reuerentia dictum eſt iuxta vulgatum. Vide gl. in c. cū cām, q̄ inter Archiepiſ. in ver. affrenata. extra, de teſtib. q̄ [illegible] qđ hoc eſt arbitrarium. Ale. Bal. in l. ſi quis vnde vi. & Albe. in l. conſenſu. de re pu. in l. fi. § licentia ſeruorū. ſupra de iure delib. & hoc eſt, quia lex eſt contenta ea probatione, quæ haberi poteſt, arg. l. ſi vicinis. ſupra, de nup. & Bar. in l. ſi quis ex argentarius §. pe. ff. de edendo quod eſt optimum pro limitatione l. etiam. de teſtib.
c Ale. Vacillant. Adde l. ex libero. ff. de q̄ō. & l. qui falſa. ff. de teſt. et in ciuili, ſiue ſit vilis perſona, ſiue no. 1, in c. ſuper his. de pœnis. nec vacillans fide facit l. qui falſa. ff. de teſti. Sed an talis teſtis ſit reducendus ad concordiam. Dico quod ſi ſibiipſi contradicit, nunquam reduci dēt ad concordiam, vt pœnam, ſed periurium euitet. Ita voluit Bar. in l. eos, in fi. ff. de fal. aut teſtis alii teſti contradicit, & tunc bene reducitur ad concordiam, vt periurium euitet, non vt probet. eum in. de teſt. no. Io. An. in add. Spe. in tit. de teſte. in § nunc de interrogatoriis. in addi. & Frede. in conſi. 177 alias conſi. 157. inci. Domine glo. tie, & d. Ant. in d. c. cū tu. & ibi do. Abb. & quod qū vnus teſtis ſibiipſi cōtradicit, & non reduci poſſit ad concordiam, vt voluit gl. in c. in noſtra de teſt. quam ibi ponderat ad hoc d. Ant. tenet Iac. But. in l. optimam. de contrah. & commit. ſtip. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iure. & in l. cum de ætate. de proba. & Imo. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de ver. ob. & Spe. in tit. de notorio criminis in § fama in fi. dixit, qđ imma reducuntur ad concordiam, vt periurium euitetur. De quo per Imo. & do. mcum. in l. inter ſtipulantem. §. 1 de verb. obli.
d Ang. De morte. Iſta lex dicit optime, quod mors alicuius poſſit probari non ſolū per teſtes qui interfuerunt ſepulturæ, prout dicit in l. ſi quidem ſupra, ſolu. ma. ſed per conſanguineos mortui, qui dicant, & aſſerant, quod illum habent pro mortuo, per hanc literā. Et hoc verū, niſi agatur de maximo pręiudicio, quia accuſatur aliquis de homicidio Titij, ita ꝙ per probationē accuſatus decapitaretur, tunc requiritur probatio explicata, quia de maximo pręiudicio agitur, vt l. ſciant. ſupra de probatio. Si vero agitur de magno præiudicio tunc probationes non requirūtur ita dilucidæ, vt in auth. hodie. ſupra, de rep. & in corpore vñ ſumitur. Quādo vero agitur de pręiudicio modico, vt quia agitur quod tabulæ teſtamenti aperiantur, ita quod modicum præiudicium eſt, ideo leuiſſimæ probationes requiruntur, quia per famam probari, vt l. 3. ff. quemadm. teſt. aper. Ita diſtinguit gl. magi. in l. cum quidam. § di. ff. de acq. hær. * Adde, quod no. in apoſt. ad iſtum in l. ſi quidem. in fi. in ver. formam ſupra, ſol. mat. Per teſtes. Et adde quod multis aliis modis probat, de quibus per Bal. in c. 3 quo tempore mi. & per Pet. de Su. in l. proponeb. tit. ff. de iud. & Lanfran. in c. qm contra. de proba. in ver. & teſtes. & per Io. An. in addi. ad Spe. in tit. de no. cri. § fama. ver. quę ſi agentia.

a liberos,& ꝯiunctos ᵃhabeãt pro mortuo. Item ſi inter ſocios,
& commilitones pro mortuo habeñ,vt in auth hodie.ſupra de
tepu.dixi plene in l.2.§.qui dubitet.ff.quemad.teſt aper Secun-
6 do no.arg.† ad probãdum amiſſionem rerum p veriſimilitudi
nem.De quo p Cyn.in l.ſi creditor.ſ.de pig.act.l.ſi quis ex argẽ
tariis §.fi.cum l.ſequẽ.in prin.& ibi dixi. Item op.de tex.q dicit
quod nauicularius contẽdit.& tex.ſupra,dicit omnes pereptos
Gl.dicit,ꝙ euaſit aliquis,quod eſt ꝯ tex. Ideo dic, ꝙ aliquis de
corpore nauiculariorum eſt iſte,qui contendit,non tñ erat de
illa naui,& iõ conqueriẽ,qu a ad eum ſpectat commodum,&
7 in ꝯmodum,vt ĵ.l.proxi. Vltimo no.† tp̄s nauigandi,ſed in hoc
pũto ſtandum cõſuetudini Si enim facit, quod diligens nauta
feciſſet,non teneẽ,aliàs ſecus.non enim ſeruatẽ iſta lex in tpe,vt
liquet in iſtis ciuitatibus maritimis. Vltimo ex hoc colligunt q
8 dam diſtinctiones temporum,& † totum annum diuidunt in
hyemẽ,& æſtatẽ,ſed ꝓpria diuiſio eſt in quatuor ptes, vt dt gl

CONCORDIA.

Pro ꝯcordia. Aduerte,quod optime probatur mors ſecundũ
Bar.in hac l.quoties,ſi inter liberos,& coniunctos habeat pro
mortuo.& in l generio in princ ff.de his q notan.infam.Cõtra,
allegat tenere in l 2.§.ſi dubitatur.ff.quemad.teſt.aper. Tu dic,
in d.§.ſi dubitaẽ,loquitur quando agitur de magno prçiudicio
puta da vita hominis, &c. ſecus ſi de modico prçiudicio, quia
tunc vbiq: concor.cum prima opi. uide in tracta.Bar quõ pro-
betur mors,& in tract.Bal.de teſt.Panor.in c.quoniam freque-
ter.§.porrò.vt lit.non conteſt. Adde ad Bar. in l.ſi quidem. vbi
do Alex.in apoſt.ſupra,ſol mat.

ADDITIO.

a Alex Coniunctos.Idem tenet Ang.in l.de tutela.ſupra.de in integ reſt. mi. per il-
lum tex.& hĩ facit in l ſi filium ff de lib.cau ſed in contrarium eſt tex. in l quo-
niam ſororem ſupra,de iure delib Vnde hoc pendet ab eo quo quæritur,an con-
iunctus præſumatur ſcire facta coniunctorum.de quo per Bar.in l.2 poſt ſt.ſ.de
aeq hær.Bal in l.de tutela.& in l.quoniam errorem & ibi domines meus

LEX IIII.

a Pro his. Priuatis,q ſoluerunt collectas a publico officiali,
q poſtea aufugit,vel perdiderit, non imputat. h.
d.text.hic loquitur in exactoribus,vel procuratorib, fiſci. Not.
contra officiales qui poſtea aufugiunt, vt eis tantum imputeẽ,

ADDITIO.

a Menoch Collectas.Conſet ſuo ſing.in verbo.collecta incip Si ſoluit.

LEX V.

1 *Examinatio in alio iudicio facta,facit notorium iudici.*
2 *Libellus,quod non requiratur in cauſa naufragy.*
3 *Libellus,quod non requiratur,quando quis proponit aliquid ad ſui excu-
ſationem.*
4 *Cauſa naufragij debet per iudicem infra biennium expediri.*

De ſubmerſis. Cum de naufragio quçritur,ſumma
tim examinaẽ: & ex eo, quod in illa
cognitione reperitur,poteſt per inquiſitionem procedi:& cau
ſa dẽt intra biennium determinari,aliàs nauicularius abſoluiẽ
& iudex teneẽ h.d Primo ponit qualiter iſtç cauſç examinenẽ
ga ſummatim,& leuato velo. Secundo dat poteſtatem iudici-
bus procedendi contra rapientem, & puniendi. Tertio ſtatuit
terminum illi inſtantię,& iudici pęnam imponit.Secunda in-
cipit ibi,& ſi qſquam Tertia ibi,ſi vero Circa primum q̃ro, q̃
ſint iſtç cauſæ. Reſp gl.ſcilicet criminales;accuſabanẽ enim hic
aliq de eo,quod dicebanẽ rapuiſſe aliquid de naufragio. quod
licet in ſe poſſit eſſe verum,tamen non conuenit tex. noſtro in
fi.vt infra dicam ideo dic,ꝙ hçc erat illa cauſa,qa cũ res perdi-
derit per naufragiũ nauicularius petebat ſe abſolui,vt dixi ſ.l.2.
& l.quoties.& ſic continuatur ſequens litera,quiã ſi in iſta co-
gnitione iudex reperit aliquem aliqu d accepiſſe,poterit cou-
tra illum procedere ad petitionem nauicularii,& puto, ꝙ hçc
1 ſit cauſa ſufficiens procedendi per inquiſitionem , qa † iudici
notũ eſt p examinationem in alio iudicio factã,vt no.in l.athle
tas.§.calumniator.ff.de his,q no.infa.& dixi in l.2.§. ſi publ.co.
2 ff. de adult. Venio ad tertiam partem. no. hic † quod in iſta cã
a non eſt neceſſe dare libellum,ᵃ ſed ſufficit coram iudice ꝓpo-
ni cũ libello in ſcriptis,vel ſine. Ad hoc opp.ſ.de lit.conteſt. au
then offeraẽ.dicit gl.hic ſpeciale,vel corrigitur hæc·Certe ſi in-
telligeremus, quod cauſa erat criminalis,de neceſſitate habere
mus dicere,quod hoc ſit ſpeciale,qa de iure antiquo requireba
tur libellus,vt l.libellorum.ff.de accu Sed intelligendo vt dixi,
3 dico quod non eſt ſpeciale,nec corrigiẽ: nam † quando qs pro
ponit aliquid ad ſui excuſationem, vel defenſionem , nec petit
aduerſarium ſibi ꝯdemnari ad aliquid,nõ eſt neceſſitas libel-
lus,vt l.ſcire oportet.§.oportet. ff. de auct. tut. Scdo habes hic,
4 quod † hçc cauſa dẽt expediri intra biennium,cui concordat
ſupra,vt intra certum tempus cri.q.ter.l.fin. ſi intelligas , quod
erat cã criminalis. Si verò intelligas,quod hçc erat cauſa ciuilis
eſt ꝯ l.properandum.ſupra de iudic.Sed glo.dicit,ꝙ hoc eſt ſpç
ciale. Item ꝯdicit l.2.ſupra,eod. Sed dic,vt ibi dixi , quia ibi da-
tur annus parti ad cõquerendũ,hic biennium iudici ad termi-
nandum. Ad iſtam partem opp.dicitur hic nauiculario abſolu
to.contra,cum ipſe petat quomodo põt abſolui ab obſeruatio
ne iudicij Sol. ſunt in gl.duæ expoſitiones Prima,ꝙ abſoluitur
ipſe ab obſeruatione iudicii,& ideo dicitur abſolui, qa teneba
tur,cũ naufragiũ ſua culpa accideret. Secundo exponit nauicu
lario,ideſt ei,qui res ſubripuit de naui. Et illam tenet Dy. & illã
oportet nos tenere ſecundum illos , qui intelligunt iſtam legẽ
totam loqui de criminali cauſa,tamen hæc expoſitio eſt multũ
extranea, vt dicamus nauicularium ipſum raptorem , cũ p to-
tum iſtum tit.& in pręcedentibus nauicularij appellãtur,q nier
ces portant in naui,non qui rapiunt . Et ideo tene primam ex
poſitionẽ,quod nauicularius ad ſui defenſionẽ volebat ꝓbare
naufragiũ,ſi iudex negligit hoc terminare intra biẽniũ , iudex
& eius officiũ tenebiẽ fiſco,& nauicularius ẽ abſolutus à fiſco.

ADDITIO.

a Ale. Non eſt neceſſe dare libellum. Et quod hic procedatur ſine libello , intelligit
glo in l 2 §.dies ff ſi quis or in bo.poſ.ſer. Bart in l.3.ſupra , de pig.act & per
Doct.in l.4 § ait prætor de re iud per Are Inſti de actio in princ in ver. ex quo
ſequitur,quod quando competit officium iudicis. Glo videtur velle quod ſic , in
l.1 in 1.glo.ff.de eden. Contrarium vult glo.in rub.de inter. actio. l.Papinianus,
de minoribus ad ſi.auth offeratur,per Bar.& alios in l 1.ff.de iuriſ.om iud. & in
c.fin.de offi dele.vide Cy in l.1.ſupra, quæ ſit longa conſuetu. Imo in l.ſi vero.
§ de viro.ſol matr.in 1.fallentia Et an officium iudicis ſit idem, quod exceptio,
tex in l planè,& in l ſi ff.de petitio.hær & Bar.in l. 1.& in parte ff quod vi,aut
clàm , quod ſequitur Anto.de Butr.in c item cum quis de reſti ſpol. & . ct. de
Anch.in clem. 1.de ſeque.poſſ.& fructibus,& in c.canonum ſtatuta. de conſt.
& Bal.& Ang in l planè,& l fin.prçalleg.& in l. 1.de condictio indeb. & in l ſi
non ſortem,eod.tit pro quorũ concordia vide Iano.in l.ſi.ff.à quibus appel.non
licet.

LEX VI.

Super. No.caſum ſpecialem, vbi unus de culpa alterius te
netur. Et iſtud eſt vnum munus nauiculariorũ, ꝓ
quo res eorum ſunt obligatæ,vt ſ.de prædijs naui per totũ . Itẽ
hoc intelligit gl.qñ ſua culpa naufragium cõtingit, q̃ culpa col
ligitur ex pluribus,vt in glo.quam no. Vltimo no. qualiter dẽat
recipere rationẽ ab officiali publico,qui aſſerit ſe aliquid perdi
diſſe,nã nõ debet ſibi mitti,ſi ſui culpa accideret,aliàs ſecus. De
modo autem probãdi hoc,quod ſui culpa acciderit , dicã ĵ.tit.
a.l.quod ad præſens,& ibi de hoc tangam hic non ſunt alia.

De metallarijs,& metallis,& procuratoribus metallorum, Rubr.

LEX PRIMA.

1 *Fodere metalla quilibet poteſt ſecundum formam huius legis.*
2 *Scrupulus quid ſit.*
3 *Colonus tenetur potius uendere fructus domino,quam alij.*

PErpenſa. Ad euidentiam totius tit. debes ſcire
ꝙ illi q ſodiũt metella,dñr metellarij ,
& ꝙ pro primo introitu in illud officium debẽt ſolue
re octo ſcrupulos illius metalli,quod non ſoluit amplius quam
ſemel,vt hic,& de eo,quod ad ſodiendum accedit , & de eo qđ
ſodit,debet dare quolibet anno vnã librã fiſco, quæ ſit 14. vn-
ciarum,vt ĵ.proxi.niſi aurum ſodiat,quia ſufficit tũc ſi annua
tim ſoluat ſeptẽ ſcrupulos,vt ĵ.eo.l.per annos,vltra hoc de toto
qđ pcipit,facta purificatione metalli,debet fiſco dare ſuas deci-
mas,hoc eſt de decẽ partibus duas ſi fodit in publico,ſi fodit in
priuato,vnã fiſco ſoluit,reſiduum ſibi retinet,infra eo.l.3. Qui
vult eſſe metallarius,tenetur ſoluere octo ſcrupulos,& metallũ
a qui vult vendere,debet vendere fiſco pretio ꝯpetẽti.h.d.ᵃ Not,
1 † cuique licere fodere metalla ſm formã huius legis.& glo.op-
ponit,quod plus debeat ſoluere , vt ĵ.l.proxi. vel minus, vt in l.
p annos. Solue,vt dixi in euidentialib.licèt gl.variet. Quçro qđ
b dicatur ſcrupulus ᵇAzo hic,vt refert in ſumma,hoc ꝑquiſiuit
2 a medicis,& exponit,vt in gl.ſecundum Azo & ſecũdũ eos † di
citur ſcrupulus 20.pars vncię,licet Pla.aliter intellexerit, quod
ſcrupulus dicatur tantum ponderis, ꝙ octo faciant 14. vncias.
Et ſic illa lex concordat cum iſta. Sed Hug.dixit aliter,vt no. in
l.per annos.vbi dicit,ꝙ ſcrupulus eſt pondus ſex ſiliquarũ, ſili-
qua aũt eſt quarta pars vnciæ,vt l.liberto.§. filiũ. ff.de an nu. le,
& no per gl.ſ.de epiſ.& cle.auth. ſed hodie, & ſm hoc ſcrupu-
lus eſſet vna vncia cum dimidia,quia tamen hoc dubium eſt,
ſtandũ eſt opi. Azo. quia ſcrupulũ ponit eſſe minoris põderis,
& ſic in dubio eſt contra fiſcum,vt l.non puto.ff.de iu. fiſ. Vlti-
3 mo nota ex hoc fine,quod † colonus debet potius vendere do
c mino fructus quam aliis,iuſto tamen precio ᶜ

ADDITIONES

a Alex Hoc dicit Adde ad iſtum tex.omnino no per Pau.de Ca in l.diuortio . §.ſi
vir.ff ſol mat.in fi.
b Scrupulus Vide tu de Bar. Cep in l.in itinere.in fi prin. de verb. ſig. vbi no. habes
de ſingulis generibus ponderum. Adde quod no.in apoſt.ad tac. Reb. hic num.
2.in ver. Hugolinus dicit,quod ſcrupulus, alias etiam poteſt dici ſcrupulus , vt
per Cœp in loco ſupra alleg.
c Alex. Precio Hoc ſequitur Lud.in l 1.ff.ſolut.mat.
Menoch Rip trac peſt.de pręſeru remed.contra peſt.num 160. latè Didac. lib 3.
varia.reſol.cap 14 nu.6.Rui conſi.152.num 6.lib.1.conſi ibi num. 30.eo Bocri.
q.107 num.2.

LEX II.

1 *Libra regulariter intelligitur duodecim unciarum.*

Ob metallicum. Metallarius debet annuatim pro canone ſoluere vnam librã metalli 14. vnciarum. Sed quęro, in dubio quot vnciarũ intelligitur
2 libra. Reſp. † duodecim, vt l. ſeruum meũ. §. fin. & ibi not. ff. de hęre inſti. de hęredum qua. & diffe. § hęreditas niſi aliter cõſuetudo ſe habeat, vt hic, & in quibuſdam ciuitatibus in venditione quarundam rerum intelligitur libra 15. vnciarũ. quibus cõſuetudinibus ſtandum eſt in ipſis ponderibus, & menſuris, vt l. Imperatores ff. de de contrah. emp. & vt omnis tollatur dubitatio per menſuras, & pondera publica, ad quę recurr. l. i. vt l. modios ſupra, de ſuſcep.

LEX III.

Cuncti. Facilis eſt tex. No. iſtud, quod de lapidibus, qui fodiuntur in prædiis priuatorum, fiſcus debet habere decimam.

LEX IIII.

Cum procuratores. Officiales ad exigendum metallum, non debent ad aliam dignitatem aſcendere, niſi prius illud officium perficiãt. hoc dicit.

LEX V.

1 *Dicere pro homine idem eſt, quòd pro quolibet homine.*

Per annos. Fodientes aurum pro canone omni anno ſeptem ſcrupulos tenentur exſoluere. h. d. No.
1 iſtud vulgare tantum importat † pro homine, ac ſi diceremus pro quolibet homine ſoluatur tantum, vel quilibet ſoluat tantum.

LEX VI.

Quoſdam. Non poteſt quis tantum effodere, quod ex hoc aliena ędificia deſtruãtur. h. d. Not. gl. quod iure licet in alieno perquirere lapides, niſi per hoc ędificia deſtruantur.

LEX VII.

1 *Statutum, quòd Comitatenſes reponantur in Comitatu, habet etiam locũ in Comitatenſe, qui eſſet de Prioribus.*

Metallarii. Adſcripti ad fodiendum metalla, ſi aufugerint ad aliud officium retrahentur, etiam ſi familiares Principis fuerũt. h. d. Ad euidentiam ſcias, quod metallarij ſunt homines liberi, licèt ſint adſcripti ad illud munus.
1 facit ſ. de ſer. fug. l. vlt. No. hic arg. q † ſi ſtatutũ dicat, q Comitatenſes reponantur in Comitatu, quod locũ habeat etiã ſi Comitatẽſis eſſet de Prioribus. Et ſic vide, qđ illi, q ſunt domeſtici Imperatoris, retrahuntur ad primam conditionem. Gl. eſt hic, quę tractat quõo de vna conditione quis transferatur in aliam. Dic, vt in eadem, & ſumitur de ſumma Azo. de verbo ad verbum.

De murilegulis. Rub.

1 *Murileguli, & alij, de quibus hic, erant liberi, adſcriptitij tamen.*

Gl. continuat rubricam, & exponit eam, ſingula verba exponẽ in tex. & legibus ad quas glo. remittit. Quęro vtrũ iſti homines ſint liberi, vel ſerui glo. & Azo. in ſumma innuit, quod ſint ſerui. Sed puto q hoc non ſit neceſſe, quamuis verum eſt dicere,
2 quod † ſint liberi, adſcriptitij tamen ad iſtas cõditiones de qb. infra videbis, quod patet. quia dabant pecuniam ad hoc, vt ad ipſas conditiones aſſumerent, quod non eſſet, ſi ſerui eſſent: nullus enim daret pecuniam, vt ſeruus fieret, vt infra codẽ. l. j. Item quandoq; liberabantur dando ſubſtitutũ, vt infra codẽ, l. ſi qs ex corpore, quod non eſſet in vero ſeruo. Item inueniunt quędam leges, quod cõtrahebant matrimonium, vt l. edicimus. infra cod. & murileguli. ergo ſerui nõ erant, ſupra, de inceſt. nup. l. cum ancillis.

LEX PRIMA.

Monetarios. Adſcriptus ad cudendam monetam Principis nõ liberatur alicuius dignitatis priuilegio. h. d. Ex hac l. apparet, qui dicantur monetarij innuit etiam hęc lex, quod iſti vocentur ſerui, ſed magis ſunt liberi conditionati.

LEX II.

1 *Tinctores corrumpentes pannos in tincturo, tenentur, quia eorum culpa factum præſumitur.*
Item ſcriptores, & pictores.

2 *Dans pecuniam, vt habeat officium, præſumitur habere animum malè faciendi.*

Baphii, & Gynęcii. Primo ponit, q per tinctores & textores pannorũ ſubſtantia, & patrimonia Principis minuunt, quãdo malè faciũt. h. d. vſque ibi, & ſpecies baphij tinctoris cõmercij, & textoris, vt vides in glo. rubricę, per quod ſubaudit mala faciẽtes, & noſtra priuata ſubſtãtia. i. patrimonium Principis extenuat, i. minuit. Hoc autẽ fit duobus modis infra, prox. declarat & ſpecies generis. i. panni cõtexti. Ad euidentiã ſcias, quod iſta tinctura, de qua panni domus Principis tingebant erat multum in pretio. facit ſ. eo. l. ſi qs nauiculariam. & ſ. tit. i. l. vellera. Corrũpebant ergo iſti, vel faciendo debiles pannos, vt modicũ reciperent de tinctura, ſeu modicum intingendo. Secundo mõ corrumpendo ipſam tincturam immiſcendo aliam tincturam corruptam in genetio, hoc eſt, vbi panni texebant, confectæ. i. contextę corrumpũtur per prædictos malos tinctores, ſeu textores, faciendo pannos debiles, vt modicum de tinctura reciperent, vel tenendo ipſos modicum in tinctura, propter q ipſi panni corrumpunt, & hic eſt primus modus. Aliud eſt corrumpendo tincturam, & hoc loquitur in baphijs, i. in locis vbi fit tinctura, temeratione, i. per eorũ audaciam, & temeritatẽ, vim adducunt, i. aliquid adducunt ad minorandum, vel augmẽtandum tincturam, per id quod adductũ eſt inquinatæ alluuionis. i. corruptæ augmentationis: hoc autẽ faciebant, quia quando fuerunt adepti illud officium, dederunt pecuniam, nũc volunt retrahere per dictas corruptelas. Prohibet ergo Princeps pecuniam dari pro acquirendis dictis adminiſtrationibus, & hoc ſequit, & ſic litera eſt plana. Ex prædictis patet, quod quædam gl. quæ exponit, vim. l. per vim, nõ eſt neceſſaria,
a nec hẽt intellectum huius literę. No. arg. l. contra † tinctores, q pannos corrumpũt in tinctura, nam eorum culpa factum pſumitur, & tenent. facit ff. loca l. item quæritur. §. ſi gemma & §. ſi fullo. Item facit cõ ſcriptores, q aquam immiſcent in atramento, per q litera eſt magis alba. & cõ miniatores, & pictores, q depingunt, vel miniant de adulterinis coloribus, vt teneant domino ad intereſſe. Item tenent crimine ſtellionatus. de cri. ſtelliona. l.
a 1. § ſed & ſi qs. Vltimo no. arg. quod † q dat pecuniam, vt hẽat
a officium, habet animum male faciendi, & indebite lucrandi,
b propter quod factus eſt titulus, a vt iud. ſine quoquo ſuffra. b

ADDITIONES.

a Factus eſt titulus Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Et iſte titu perperam in maximum totius Reip. detrimentum obſeruatur, vnde multa ſcandala propter iudicum corruptiones, & ipſa etiam iudicia venalia quotidie accidunt, vt plene dixi in addi. ad Iac. Reban. l. curiales. ſupra, nu. j. de decur. lib. 10.
* Menoch. l. oet. q. 14. nu. 3.
b Ale. Suffra. Vide Ang. vt iud. ſine quo ſuffra. in prin. adde l. vniuerſi per Bar. ſupra, de lega. in lib. 10.

LEX III.

1 *Mors animalium, quando debeat clare probari, & quando ſufficit per coniecturas.*
2 *Mortem hominis probare per coniecturas, quando ſufficiat.*
3 *Pro tutoribus, & alijs tenentibus reddere rationem practica probãdi corruptionem ſupellectilium.*
4 *Habentes lacum Peruſinum, licet teneantur ad certam quantitatem piſcium ſingulo die, ſi ſuperueniat multitudo hominũ, poterunt cogi ad maiorem quantitatem piſcium.*

Quod ad præſens. Duobus modis legitur in gl. Secundum primum ſcias, q Imperator habebat paſcua multũ magna, in quibus tenebat gregẽ ſuum, & alij homines, & ruſtici habebant ſimiliter greges ſuos in eiſdem paſcuis, & tenebantur Principi ad hoc, vt qñ grex ei' minuebatur, debebat ſuppleri de gregibus aliorum. Et illi, qui præerant gregi Principis vocabant vaſtagarij, qui ſm noſtrum vulgare vocant virgarij. Contigit ergo quod quodam anno deceſſerũt multa ex animalibus Principis, dubitabat, quãtũ ruſtici debebãt dare vaſtagarijs pro reparatione gregis Principis, Imperator ſtatuit, quod pro illo pſenti ye ſufficiebat ſi illorũ ruſticorũ quilibet daret quintũ animal. hoc eſt de quinq; vnũ, & ſm hoc hẽs quod gl. quæ dicit, quod ruſtici præſtabãt hoc omni anno, dicit cõ literam, hic prouidet Imperator ad ſolum remedium, illius inſtantis temporis dũ dicit, q ad præſens remediũ ptinet. Non enim vniuerſaliter puidet pro omni tempore. Ratio, quia ſm varietatem temporis contingit mutatio caſus, quia in quibuſdam annis greges augebant ex eis, qui naſcebãtur, quandoque minuebant propter mortalitatem quandoque in magna, quandoq; in parua quantitate. facit ff. ad l. Fal. l. pretia rerum. §. nonnullã. Iuxta hanc legem quæro, vtrum ſufficiat ei, q præeſt
a animalibus, cũ vult pbare diminutionẽ, & mortẽ eorũ, a q illo anno ita contingit cõmuniter, q de quolibet grege mortua eſt dimidia, vel tertia, vel aliqua pars certa in regione illa. Vr. n. q non dẽat clare pbare ſe amiſiſſe, ar. l. ſi cre. duor. ſ. de pig. act. & l. ſi qs fundum. §. Imperator. verſi. ſi captiuus ff. loca cõtrium facit
1 lex iſta. Rñdeo. ſi qdẽ † tractat de morte vnius certi animalis, b
b vel duorũ, q non paſcebant gregatim, puto q debeat clare pbare, vt l. j. alleg. Si vero animalia gregatim paſcebant, ſufficit pbare p coniecturas. Durum eſt. n. de qualibet oue, quæ moriẽ
vel

ADDITIONES.

a Eorum Ad quod vide do. Ale. de Imo. in conſi. 207. & in conſi. 257. 2. parte.
b Ale. Certi animalis Vide Barto. in tract. ſuo de teſt. in ver. circa carmen. in fi. Adde Bal. in l. non ita. § ſpecies. de lega. 2. vbi videtur dicere, quod per oſtenſionem corij, mors animalium probari poſſit. Et vide Bar. & Doc. in l. ſi quis ex argentarijs ff. de eden. in § prohibet.

vel deperdit, hñt teſtes de viſu. bene ſufficit probare, ꝙ illo tpe
communiter accidit in regione illa, ar. huius legis. Idem dicit
2 † dum tractat de probanda morte ᵃ vnius hominis. Aut. n dr̃ de
a ceſſiſſe in exercitu, vel cõflictu, vbi deceſſit magna multitudo
hominum, vel in domo ſua, vt notaui in l. ſi quidē. ſ. ſolu. mat.
3 & tetigi in l. 2 §. ſi dubiet. ff. quemad. teſt. aper. Simile dico † in
tutorib. vel officialib. publicis, q habent reddere rõnem de ali
quibus ſupellectilib. vel alijs rebus, quę vſu conſumunt, vt ſuffi
ciat ꝓbare, quod in tanto tempore veriſimiliter debuerunt poſ
b ſe corrumpi tot ex illis ſupellectilib. ᵇ arg. l. fi. ſ. de ali. pupil. pſt.
Secundo modo legit, vt vaſtagarij dicant beccarij, ſeu macella
tores, qui beſtias occidunt, & vendunt populo ad minutū. Po-
ne ergo, ꝙ ſtatutum erat, quod beccariis daret certus numerus
animalium, quæ occiderent, & venderent populo. Contigit, ꝙ
venit magna multitudo hominum, vnde ille numerus anima-
lium non ſufficiebat. Imperator ſtatuit, quod pro remedio ſe-
cundum iſtud inſtans tempus, det illis beccariis quintum ani-
mal, hoc eſt pro omnibus quinque, quę debant, addat vnum,
4 & hoc fiat pro reparatione ſalutis corporis humani. † Facit ꝙ
licet ſtatutum dicat, ꝙ illi q tenent lacum Peruſinum, debeant
certam quãtitatē piſcium omni die ponere in platea, ꝙ ſi ex ca-
c ſu multitudo gentium ſuperueniret quod poſſint cogi ᶜ ad por
tandū plus tantū, ꝙ ſufficiat pro reparatione corporis humani.

ADDITIONES.

a Menoch. Probanda morte. Vide ſimile per Bar. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor. ait. ver. & cum hæredi ff. de eden. Petraſan. ſing. 8. nota quod Rip. tract. peſt. de priuileg. Zetaum. nu. 168. Deci. l. ſi paſcenda pecora, in fi. C. de pact.
b Supellectilibus. Item in ver. de aliquibus ſuppellectilib. Adde hoc caſu quod ad probationē talium rerum minutarum ſufficit ēt qualiſqualis probatio arbitrio boni viri, & per coniecturas. no. Bal. in l. 4. ſupra, de pet. hære. & glo. & Doct. in l. ſi §. in computatione. ſupra, de in. deli. facit etiam in l. ſi is qui pro redemp. captiu. ſupra, de dona.
* Menoch. Adde Afflict. Neap. deciſ. 3 ou. 27.
c Ale. Cogi. Et ita ēt ſequitur Ang. hic, & hanc l. repetit. & facit quod no. Bald. in l. iubemus nullam, de ſacroſ. eccl. Ang. & adde quod idem dicimus de illo, qui non vult portare frumentum in plateam, vt poſſit cogi tempore guerræ, vel caritatiæ portare, & etiam vendicare viliori pretio, l. pendentes. § ſi quid vbi Bar. dicit, de viſufru. Roma. in litera F. notab. pennu. quod limita non procedere in decurione, qui non poteſt cogi. l. decuriones. ff. de admi. re ad ciu. per. & l. non debere. ff. ad muni. gl. tamen in l. annonam. de extraor. cri. dixit quod diues non cogitur vendere frumētum. Sed ſm Bar. ibi cogitur, ſed iuſto pretio, quæ omnia no. Adde quod ſi ſtatutum requireret vendi minori pretio, & venderet alicui ignoranti maiori pretio, & venditor non notificaret emptori ſtatum, certe tenetur ad intereſſe quo ad illud plus emptori, ſecundum Bar. in l. quæro. ff. de act. emp. facit l. ſi viua. ver. plane de peri. & commo. rei vend.

LEX VI.

1 *Verba iſta, trina, dena, in pœnis important geminationem.*

Qui textrini. Qui occultat aliquem ex textorib. punit
pœna trium libra. auri. h. d. Quæro dicit
trinis lib. auri, quot ſunt? dicit gl. tribus lib. auri, arg. ff. de pœn. l.
interpretatione. licet proprie ponat pro ſex, vt ff. de leg. 3. l. ſi qua
3 ea teſtamēto. Not. ꝙ † in pœnis iſta verba trina, dena, & ſimilia,
non important geminationē numeri, ſm iſtam glo. Cõtrarium
not. in prima conſtitutione Digeſtorum. §. pe. ver. dena. & in
§. hæc autem tria. communiter tenetur iſta, vt plene examina-
ui in l. ſtipulatio iſta. §. eum qui. ff. de verb. oblig.

LEX VII.

1 *Contemnēs proteſtationē ſeu denũciationem, amittit ius ſuum ſi eſt facta per habentem ius proteſtandi.*
2 *Statutum, quod inter homines diuerſarum ciuitatum non contrahatur matrimonium, an valeat.*

Edicimus. Mulier nobilis nubens monetario, ſi poſt
proteſtationem nõ recedit, efficit moneta-
ria: ſed mulier adſcriptitia ſi poſt proteſtationem a domino re-
uocet, eiuſdem conditionis efficietur, & etiam monetaria, quę
non põt extraneo nubere. h. d. Tres partes habet. Secunda inci-
pit ibi, ſi qua vero. Tertia ibi, ſed monetarius. Not primo de vir
a tute ꝓteſtationis, ᵃ ſeu denunciationis, † nam qcũque eam cõ-
1 temnit, ꝑdit ius ſuum. Facit ſupra, cod. l. ingenuæ. & ff. de lib. a-
gno. l. j. in prin. & p totum. & ſupra de remit. pig. l. ſi eo tempo-
b re. Not ea fine prohibitum eſſe mulierem monetariā nubere ᵇ
2 extneis. facit ad quæſtionem, fuit † ſtatutum quod inter homi-
nes diuerſarum terrarum nõ ꝯhat matrimonium ſub certa pę
na. Quæro verum ſtatutum valeat? Videt, quod ſic, vt hic. In ꝯ-
rium, quod nõ, qa aufert libertatem ꝯhendi matrimoniū, ergo
&c. ff. de verb. obl. l. Titia & l. ſi diuortio. & de ꝯd. & demõ. l. cū
ita. Reſpõ. ſtatutum non valet quãtum ad hoc, vt faciat matri-
monium eſſe irritum ſi ꝯhat, quia cum ſit ſacramentum, & res
ſpiritualis, laici non poſſunt ſtatuere circa illud, cum nõ ſit de
c iuriſdictione ſua, ſed eccleſiæ. ᶜ Sed an valeat quãtum ad hoc vt
contra facientes puniant. Videtur dicendum, ꝙ ſi quidem poſ-
ſunt honeſte nubere ſeruata forma ſtatuti, qa in qualibet ſecta
tot ſunt, quot poſſunt matrimonia contrahi, & tunc facientes
d ꝯ incidunt in pœnam ſtatuti, aliter ſecus, ᵈ vt d. l. cum ita. & l.
ſeq. ff. de cond. & demon. & hac lege.

ADDITIONES.

a Ang. Proteſtationis. Hoc intelligitur qñ proteſtatio ſit per habentem ius pro teſtandi, alias ſecus, vt l. ſi fundum. ſuprà, de rei vend. & l. ſi eo. ſupra, de pig.
b Menoch. Nubere. Corſet ſuo ſing. in verbo ſtatuto incip. ſtatuto Comet. il 4. Dec. conſi. 231. nu. 5 cir. fi. inquit Bar. eſſe communiter damnatum, idem Dec. Lanpeias nu. 14. verſi Hoc ob. dictum, ff de reg. iur. Cur. iun. conſi. 108 num 1. Barb. conſi. 4. col. 3. in fi. lib. 1. Calca. conſi. 3.
c Ale. Sed eccleſiæ. Vide Bal. in l. 1. & quæ ibi dixi ſup ad Tur. & contra Bar. hic bene no. per Bald. in l. omnes populi. ver. ſed nunquid ſtatutum. de iuſt. & iur. & Ang. hic idem dicit, quod Bar. formaliter. Alex. vide Bal. in l. neminem. ſup. de ſup. & Bar. in l. cunctos populos in 3. quæſtione principali. ff. de iuſt. & iur. Item ibi cum non ſit de iuriſdictione ſua, ſed eccleſiæ, hoc tenet Io. An. in c. ſtatutum. de hæreticis. in 6. & Are. Inſt. de iure naturali in prin. in ver. quære ergo an per ſtatutum, per Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iu. & tenet idem quod hic, & Bar. diſtinguit.
d Secùs. Ad cuius articuli deciſionem vide tu copioſè. & no. d. Fely. in cap. 1. de ſpon. verſi. tractans. cum ſeq. & in c. eccleſia quæ in verſic. ſecundus effectus. de conſt.

LEX VIII.

Æternam. Vaſtagatariis non licet ad aliã militiã tranſi
re, niſi illa completa. h. d. Et ſunt vaſtagarij,
illi, qui præerant animalibus Principis, vel præerant macello ad
faciendum carnes ad hoīum ſuſtentatione. ſ. e. l. ꝙ ad præſens.

LEX IX.

1 *Murex, & conchilium eſt idē, & eſt piſcis ad tincturã purpurei coloris.*

Si quis nauiculam. Iſta lex eſt clara, & q̃ro, quid
ſit murex, & cõchilium. Glo.
1 dicit, quod † murex eſt piſcis, qui appellatur cõcha marina, alio
nomine cõchiliū, quod ſi ferro præcīditur, effundit lachrymas
purpurei coloris, vnde tingitur purpura. Et ſic vnum, & idē eſt
piſcis murex, & conchilium, & eſt tinctura valde pretioſa, ita
ꝙ ſoli Principi ea vti licet, & non alijs. Idem de tinctura, quæ ei
aſſimilatur, vt color de grana. quæ ſi panniolaneo apponatur,
ſcarlatū appellatur in vulgari. Videbitis in tit. proxi. l. 3. & 4. & fi.

LEX X.

1 *Tinctores pannorum debent reddere pannum tinctum lauatum.*

Lotas. Gl. intelligit hic, qđ hic dr̃ ſerico blactæ & mataxæ,
quod ſit genus tincturæ purpureæ, & ſic dēt deue-
nire in fiſcum, non vendi, & ponit pœnam officialibus, q paſſi
ſunt contra fieri, & hoc ſecūdum gl. tu ponas caſum aliter. Ad
euidentiam ſcias, ꝙ aliquando tingitur lana, linum, & ſericum
nõ filatū, quando tingitur filatum in mataxa, ſeu gaueta nõ tea
tū, quandoq; tingitur pannus poſt texturã. Itē ſcias, ꝙ Princeps
habebat quoſdã prępoſitos, qui à tinctoribus res tinctas accipie
bant: præcipit ergo Imperator, ꝙ iſti præpoſiti nõ recipiãt iſtas
res tinctas, niſi lotas, ſeu lauatas: nam, vt moris eſt, poſt tincturā
lauatur, & ſi contra fecerint, imponit eis pœnas. In tex. ibi, in po
ſterū, hoc dicit, quia ante hanc legem quandoq; fiebat ꝯtrium:
ſeries. ideſt, ſerioſè, ordinatè quodam enim ordine ordinãtur,
cum in tincturam immittuntur blactæ, id eſt, linum, & liniſte-
riū, ſecundum Hug. loquitur ergo hic tex. de his quæ tincta sũt
non filata, & mataxæ, ſeu gauetæ, iuxta vulgare noſtrū ſunt qñ
ea quæ filata ſunt, in mataxam, ſeu gauetam rediguntur, & tingū
1 tur. Aliud quod ſequitur, eſt clarum, & eſt argum. quod † iſti q-
bus datur pannus ad tingēdum, debeant reddere pannum tin-
ctum lauatum.

LEX XI.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ ex pacto tranſire debet in fœminam, quæ tamen nubat ſubdito iuriſdictioni monaſterij, tranſibit ad fœminam, quę nubat extraneo, qui vult effici de iuriſdictione monaſterij.*
2 *Feudum alienatur inuito domino, quando emptor vult ſubire omne onus, quod ſuſtinebat primus feudatarius.*

Murileguli. Murileguli, ſi ad aliam dignitatem trãſie-
runt, ad conditionem propriam retrahun
tur, & res alienatę per eos reuocantur, niſi emptor voluerit illā
1 conditionem ſubire. h. d. Facit in arg. ad q † quędam monaſte-
ria hñt poſſeſſiones cõceſſas in emphyteuſim ſub pacto, ꝙ trā
a ſeant in fœminam, quæ tamen nubat alicui ſubdito iuriſdictio
ni monaſterij. Facit ergo, quod ſi nubat extraneo, q vult effici
de iuriſdictione monaſterij, quod retineat emphyteuſim: facit
2 ſupra, de impo. lu. deſcr. l. 1. † Item optimum argum. quod † feu-
b dum poſſit alienari inuito domino ᵇ quando emptor vult ſubi
re omne onus, quod ſuſtinebat primo feudatarius.

ADDITIONES.

a Menoch. Quòd tranſeant. Corſet. in ſuis ſing. in verbo emphyteuſis. incipiēte Monaſteria Alciat. conſ. 81. in fi.
b Domino. Et an, & quando poſſit, vide tu Fel. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. ver. in eadem glo.

LEX XIII.

Si quis. Homines adſtricti conditionibus huius tituli, nõ
poſſunt liberari etiã ex reſcripto Principis, niſi da-
to ſubſtituto, qui ſolenniter approbetur, & talis liberatio vltra
eius perſonam non porrigitur. h. d.

LEX XIIII.

Priuatæ. Qui aſſumũtur vt præſint alieni collegio homi
num conditionatorum, non admittūt interim
ex ſacro reſcripto, niſi ſatiſderint idoneè. h. d. Quęrò, vtrū hoc
ſit verum in quolibet officiali publico, quod non admittat, niſi
ſatiſde-

ſatiſdederit? Puto quod non, ſed ſpeciale eſt hoc caſu, & in caſu l. Imperatores. §. filiusfam. de admi. re. ad ei. pertinen. alias tūc demum de neceſſitate exigitur fideiuſſor, ſi ipſe non eſt diues, & idoneus, vt infra, de fun. pat. l. quicunque ad emphyteuſim.

L E X XV.

Qui autem. Partus ſequitur conditionem illius ex parentibus, qui fuerit cōchileus. h. d. Et ſic eſt hic caſus, in quo partus, quo ad ſtatum ſequitur ꝯditionem patris.

De veſtibus & oloberis, & auratis. Rubr.

Dic, quadam ſunt veſtes de auro totæ, & iſtæ dñr veſtes oloberæ: quædam ſunt veſtes de ſerico, auratæ tamē, vt quādo aurū inuoluitur ſupra filum ſerici, & iſtæ dicūtur veſtes auratæ. Quædam ſunt veſtes in quibus non eſt aurum, ſed ſunt tinctę ex illa tinctura, quæ fit ex murice, ſeu conchilio, quę eſt adeo pretioſa ſicut aurum, vt videbitis infra, in tex.

L E X PRIMA.

1 *Viris non licet portare pannos de auro, vel de auro frigiatos.*

AVratas. In hac l. prohibet Imperator pānos, de qbus dixi in rub. cōfici ab alijs, q̃ à ſuis
genetiarijs. hoc eſt textoribus ſuis h. d. Auratas, q̃
ſunt de auro puro, quas in rubr. nominat oloberas
Sericas, ideſt, de ſerico, in quo inuolutum eſt aurū. Et dicit tex,
paragaidas. ſiue in vulgari noſtro ſunt quidā friſi, qui ponunt
iuxta gaidas, cuius exemplum videmus in pannis ſolennibus
clericorum, & religioſorū. genetiarum eſt nomen perſonarū,
hoc eſt textorū, ſi habes genetiatijs, ſi verò geneas, tūc eſt lo-
1 cus, in quo panni texebātur. No. quod † viris non licet portare
a pannos de auro, vel de auro frigiatos, vt infra l. proxi. expreſſius,
ſed de conſuetudine non ſeruatur hodie.

A D D I T I O.

a Viris non licet portare, &c. Iſtud facit iuncto textu legis, ad ſtatutum prohibitiuo viris, vt non extendatur ad fœminas, de quo vemi in apoſt ad Pan. poſt eum in c. ſignificauit. nu. x in ver. maſculinum, extra, de reſcrip.

L E X II.

Nemo. Panni aurati, vel frigiati non poſſunt portari à viris ſine reſcripto Principis. h. d. Facit ad ea, quæ dicuntur infra, eod. l. temperent.

L E X III.

1 *Priuati non poſſunt portare ſcarlatum.*
2 *Magna pena, quod imponitur pro minimo delicto.*

Vellera. Non debent lanæ, vel panni tingi aliquo colore
1 ſimili colori muricis h. d. No. q † non licet priua-
tis hominibus portare ſcalatū, cū ſit ſpecies ſimilis purpurę.
Not. q nō licet viris tingere, vel portare pannos habētes ſimili
tudinem cū tinctura murici, & ſic de iure nō licet habere ve-
ſtes de ſcarlato, & imponit pena capitis, vt hic in fi. Ex quo ha-
2 bes quod † pro minimo delicto imponitur magna pęna, quę in
fra, l. proxima modificatur quo ad præterita.

L E X IIII.

1 *Priores Ciuitatis poſſunt facere bannum, quod ſoluentes collectas veteres liberentur a penis, quas incurrerunt.*
2 *Legatum factum vxori de omnibus pannis, ornamentis & rebus ad eius vſum paratis, an comprehendat prohibita portari ex forma alicuius ſtatuti, remiſſiue.*

Temperent. Vt dixi hęc lex eſt facta ad modificandū pręcedentem, quę ita imponebat grauē pęnam, in quam veriſimiliter multi incurrunt. Pręcepit igitur Imperator, vt nullus audeat portare p̄dictas ſpecies, ſeu dictos pannos qui conueniunt ſoli Principi, & domui ſuę. Secūda incipit ibi, nec pallia. pręcipit, quod nullus in domo propria texat tales, vel faciat tales pannos, vel pallia. Tertia incipit ibi, qui tincta, iubet. q quicūque habet dicta pallia, ſeu pannos tinctos de dictis coloribus, perferantur in fiſcum, & fiſco tradantur. Quarta incipit ibi, nulla ſtamina. cum ſupra, prohibuerit ne contexantur panni in toto tincti conchilio, hic prohibet ne contexantur panni, qui habent ſtamina de filo ſerico dicto colore tincti. Quinta incipit ibi, ne eiſdem. prohibet ne fila tincta dicto colore pro trama ponantur in pannis In tex. ibi, infectionis. i. tinctionis. licet glo. aliter ponat. In tex. decurrant. quaſi dic fila. tincta dicto colore non decurrant per telam ſordidam argiuo pectine. & eſt ſenſus, ſicut prohibuit ſtamina fieri de dictis filis, ita prohibet hic fieri ſubſtamina, quę in vulgari appellātur trama. In tex. grana, ſcilicet dicta pallia, & dicta fila, de quibus dixi ſupra proxi in tribus ver. poſſet etiam legi. cum ſeq Sexta incipit ibi, olobera: pręcepit, quod veſtimenta olobera, id eſt auro puro offerantur, id eſt, dentur ærario. Septima incipit ibi, neceſt. dicit, quod nullus poteſt conqueri de iſtis veſtibus, ſi non rehabeat pretium: quia ſatis eſt ſi propter dictam oblationem immunitatē ipſe meretur à pęna capitali, quæ imponebatur per pręcedentem legem In tex. ibi, calcatę leg s. calcata lex dicit illa, quæ non ſeruatur, vnde cum propter iſtam obligationē liberent à pęna p̄cedentis legis, merito dicit calcatæ legis impunitas. Octaua incipit ibi, nec quis dicat quæ ſequitur ex oblatione habet locum in præteritis. ſed ſi quis in futurum ꝯ prę
1 dicta facit, punit crimine l. Iul. maleſ. No. ex hac l. arg. q † Prio
ribus iſtius ciuitatis, q ſæpe faciunt legem, q omnes ſoluentes
collectam antiquam intra certum tempus liberentur a pęnis,
quas incurrerunt, cum pro modico delicto imponat magna
pęna, & multi in illam inciderunt, videt licitum, quod p aliam
legem concedat impunitas. Item per hanc legem poteſt poni
caſus in l. cum lex. ff. de legi. Vltimo hæc lex pōt induci in ar. ad
2 q cū ſint † ſtatuta p Italiam. q mulieres non poſſint portare cer
ta ornamēta, vel certos pannos, q ſi maritus vxori ſuæ pānos,
a & ornamēta, & res ad eius vſum paratas legauerit,ª an debeant
b illa prohibita portari ex forma alicuius ſtatuti.ᵇ Et de hoc dicā.
J. nulli licere in frenis l. j. & tetigi in l. q̃uis. ff. de aur. & arg. leg.

A D D I T I O N E S.

a Legauerit. Adde de hoc, quod no. in apo. ad iſtum in l. quamuis. in ver. veſtibus reprobatis poſt Alex. ff. de aur. & arg. leg.
b Alex. Statuti. Vide in l. j. ꝯ de legi. & l al in l. adeo canonis ꝯ. de cōdi. ob cau. Sed quæri poteſt an valeat tale ſtatutum. Io. And. in regula, ea quæ fiunt in mer. Item in caſu iſto, an ſaltem debeatur earum rerum æſtimatio, quid in victis, an videantur prohibere ſtatutum, Bartol. in l. j. de fonte. in §. hoc interdictum. & de aſſignata adde Bal. in l. cum te. ſupra, de do. ante nup. in rub. ſupra, de cond. fur.

De fabricenſibus. Rub.

1 *Faber quis dicatur, & quotupliciter.*
1 Quærit gl. de ſignificatione iſtius verbi, † fabri Et rñdit, q trib.
modis dicit, largiſſime pro quolibet magiſtro cuiuſlibet artis,
& lignorum, & lapidum Secdo mō minus large, & pro quolibet
operante ferrum Tertio mō ſtricte, pro facietib arma, vt hic, &
in corpore de armis. cōis th vſus loquendi accipit in ſecunda ſi
gnificatio. ſcilicet pro quocunque operante ferrum. quod no.

LEX PRIMA.

1 *Officialis, qui tenetur dare Communi duas baliſtas certi valoris, non poteſt dare quantitatem.*

OMnibus. Pecunia p ſpecie ſolui non debet fiſco. h. d. No. hic vr caſus ꝯ Rectores
1 iſtius ciuitatis, q in ſuis electionibus † promittūt da
re communi duas baliſtas certi valoris, poſtea volūt
dare q̄titatem, non audiunt. Caſus eſt hic in terminis. Sed regulariter ſic eſt. quod aliud pro alio ſolui non poteſt inuito credi-
a tore,ª vt l. 2 §. 1. ff. ſi cer. per.

A D D I T I O.

a Creditore Adde Bal. in l. manifeſti per illum tex. C. de ſol. tex. in auth. hoc ſi debitor. eod. ait Et limita verum, ſi debitor ſit carceratus, quia vt liberetur a carcere, cogitur creditor de bonis ſuis in ſolutum accipere, vt in Auth. de fideiuſ. §. quod autem. Bal. in l. ordo C. de exc. rei iu. hoc verum. niſi tamen debitor ſit ex guarentigia
Alex. in l. cum vnus de bo. Auth. iud. poſſiden.

L E X II.

1 *Imperator ratione officii poteſt dici ſempiternus.*
2 *Adoratur Imperator improprie.*

Primicerium. Primicerius fabricenſis poſt bienniū habet vacationē a muneribus & ſingulis biennijs ad ſalutandum Principem admittitur, vt protector h. d. Opp quod Princeps non ſit eternus, quia omne elementū eſt corruptibile, vt l. cū debere. ff. de ſer. vrb. prædio. Sol. impro-
1 prie dicit æternus: tamen † Imperator reſpectu officii, q non
dēt habere finem, poteſt dici ſempiternus. Item opp. quod non
dēt adorari, ſcriptum eſt in Euangelio: Dominum Deum ado-
2 rabis, & illi ſoli ſerutes. Reſp. † improprie dicit, ſcilicet pro quanam exhibitione reuerentiæ.

L E X III.

5 *Practica recognoſcendi hominem vel animal in eius probatione.*

Stigmata. Fabricenſibus, ſicut tyronibus ſtigmata brachijs inſigunt, ad quæ recognoſcuntur, & q eos celauerint, cum eorum liberis fabricę vendicāt. h. d Primo quæro, qualiter iſta ſigna inſigebantur Poſſumus dicere. quod imponebat aliquod ſignum panni in brachiis, ſicut hodie uidemus aliquos portantes in brachiis ſup pannos. Sed hoc nō eſt de mente legis, qa fugiens poterat eleuare Dic ergo quod inſigit in carne cum aliquo ferro ignito, vt no. in l. pecul. ff. ex qb.
5 cau. mai. Iſta lex pbat vnam ſolennem † practicam, ſi quæras in
iudicio de aliquo homine recognoſcendo, vtrum iſte ſit q tali
tempore fuit in ſtudio q ſic fecerit, & teſtes dicunt, ſe recognoſcere, qa viderunt, & inſpexerunt faciem eius: valet eorum dictum, vt l. cum in diuerſis ff. de relig Sed pone, vt de facto accidit, inuenit homo mortuus cuius facies eſt adeo deuaſtata, q p eam non poteſt cognoſci, certe deueniēdum eſt ad alia ſigna

corporis

a corporis & ſi teſtis dicat, recognoſco, q̃ ē talis ex tali cicatrice a
quã hẽt in aliqua parte corporis. q̃ talis teſtis recte ꝓbat. Caſus
eſt hic. Facit etiam quod animalia poſſunt cognoſci per talia ſi
gna, ſeu ſtigmata: id de conſuetudine eſt inuentum vt equi, &
b multa animalia ſignent certis ſignis, quib. cognoſcantur. b

ADDITIONES.

a Qđ eſt talis ex tali cicatrice. Adde Ant. Cor. in ſing ſuis, in ver. teſtis. in c. dictum teſtis. vbi allegatum, & eius practicam hic multum extollit, & dixi de hoc in ad di. Iac. Reb. hic nu. 1 in ver & ex tali cicatrice.

* Menoch. Iaſ. conſi 170 col. 4. cir. prin. lib. 2.

b Ale Cognoſcantur. No. & adde, quod poteſt peti exhiberi, vt cognoſcatur, in l. ſi cum exhibuiſſet §. j. de pub. & l. 3. §. ſi quis noxali. ff ad exhi. & Bal. & Bar. in l. ſi cauſas, ſupra, ad exhi Bar. in tract de teſt.

LEX IIII.

1 *Negatiua, quando eſt fundamentum intentionis alicuius, q negat, ꝓbat.*

Si quis conſortium. Hic ponit ordo, qualiter qs ad fabricenſium ordinem
poteſt conuolare. No. tex. pro opi. Inn. qui dicit, quod quando
1 † negatiua eſt cauſa alicuius intentionis, quod ille qui negat de
bet probare. Vnde ſi dico te excommunicatum, quia non ſo-
luiſti, vel dico, q̃ non debes audiri, quia non ſoluiſti collectas, a
a lego q excipio, debeo probare. Ita no. ipſe in c. ſup his. extra, de
accuſa Cy. in l. 1. de iu. emphyt. videtur pro hoc tex. in l hoc iu-
re. ff. de verb. oblig. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Ale. Collectas Vide Bar. & alios in illa ſtipulatione, ſi Calendis. de verb. obl. hoc intellige verum, qñ proponitur hæc except o ad mei vtilitatem, ſecus ſi ad vtilitaté communis, cui tu teneris ſoluere, puta quia accuſo te principaliter, quod non ſoluiſti collectas, quo caſu tibi incumbit onus probandi collectas ſoluiſſe, vt l 3. § ſi ad diem & l. ſi ad commeatu. ff de re milit. Bar. ita dicit in l in illa de verb. ob. cum quo tranſit Ang. in repe. l. j de fide inſtr. & iure haſtæ fiſcalis. & Bar in c. ſup his. de accuſa licet Bal in repet. l cum mulier. ff ſol. mat teneat contrarium, per rationes ſatis friuolas, ad quas poteſt faciliter reſponderi, & maxime ex. no. per Io. An. in c. bonæ. de elect. el j.

LEX V.

1 *Caſus, in quo vnus pro alio tenetur.*

2 *Statutum, qđ vno de cognatione delinquēte, cæteri teneanť, quod valeat*

Iure prouiſum. Fabricenſes vna cum ſobole debẽt fabricę ſeruire, & vnus tenetur pro
alio de corpore. In tex. ibi numeri, id eſt, periculum eſt omniũ
q ſunt in numero illo, vel Collegio. In tex. ibi, gerant, i. ſolicite
1 aduertant, qualiter ſocii ſaciant No. † caſum, in quo vnus teneť
a pro alio a ſimile in l. fi. s̃. de nauf Alia ſimilia no. p glo. in l. j. §. ſi
2 plures. ff de exer. No. arg. † pro ſtatutis Florentinorum, q̃ dicũt, a
quod vno de cognatione delinquente cęteri teneantur. facit. j̃.
de primip. l. fin. Et ratio iſtorum ſtatutorum & legum eſt, quæ
hic in text. ponitur.

ADDITIO.

a Ale. Vnus tenetur pro alio. Adde l. ſancimus de pæ. vbi poſt Guido, de Suz. dixi valere ſtatutum, quod illi de domo teneantur pro conſorte. quia ſubeſt cauſa, vt magis abſtineant a delictis Vnde ſufficit ſola cauſa, licet non interueniat culpa eius, qui punit, c. quoniam. §. ſi vero. vt lit. non conteſt. c. 3. de re iud. De quo plene no. in c. a de conſt. & An. late in conſi. 60 inci. Nobilis virdo. Ray facit q̃ legitur in c. vergentis. de hære. & in c. in quibuſdam de pœnit. & in c. fœlicis. §. quod ſi quis eo tit lib. 6 & vide per do Ale. in repe. l. ſæpe. ff. de re iud.

Menoch Cort. in ſuis ſing. in verbo, ſtat incip. ſtatuto. Florentinorum dixi in verbo, Alterius facto.

LEX VI.

Eos qui. Fabricenſes, & eorũ vxoris, & liberi, durante officio, vel finito, non poſſunt, niſi coram p̃fe-
cto pretorio, vel magiſtro officiorum conueniri. h. d. Op. s̃. eo.
l. 2. nam ſi in primiceriis fabrorum ibi eſt ſpeciale, ergo in aliis
ſecus. Gl. non ſoluit. Dic, quod ibi ſpecialiter diciť, hic extẽdiť.
Vel dicas, q̃ alius eſt ſenſus literæ, l. p ciuilibus debitis, vel curia
libus. quibus moleſtat, nullo modo ſubiacere, quod fit pee pro
bationem, quam fecerunt tempore ingreſſus, collegii fabricen
ſium, vt l. ſi quis conſortium & nõ poſſunt moleſtari. Et ſic no.
quod ille probationes, quas tũc fecerunt, eis mõ proſunt, quod
intellige ſi creditores fuerit citari, vt l. ſi eo tẽpore. s̃. đ re, pig. Itẽ
opp. quod ille qui eſt de Collegio Fabricenſium, ſemp debet il
li ſeruire, vt ſupra, l. prox. Sed hic dicitur, q̃ ſtipendiis imponiť
finis. ergo &c. Solu. intelligas hic impoſitum finem ea ſpeciali
beneficio Principis, vt ſupra, tit. 2. l. ſi quis ex corpore. & infra
de colle. l. j. in fine.

LEX VII.

Nullus. Primo prohibet Fabricẽſes aliquas adminiſtrationes, vel agriculturã ſuſcipere, & puniri dominos,
q eos locauerunt, & Fabricenſes, qui conduxerunt. Secũdo Im
perator loquiť magiſtro officiorum, & mandat, quando neceſ
ſe eſt arma tranſmitti, quod requirat Rectores ꝓuinciarum, &
p ſuos ſubditos tranſmittat, & in hoc eis angarias imponit, & ſi
in hoc fuerit aliquid tarditatis, eos puniat. h. d.

De veteris numiſmatis poteſtate. Rub.

1 *Numiſma, & ſolidus aureus idem ſunt.*

2 *Septuaginta duo ſolido olim faciebãt libram, hodie nonaginta ſex auri faciunt libram.*

3 *Numiſma debet habere Principis imaginem.*

1 Quæro quid ſit numiſma. Dicit gl. † qđ numiſma, ſolidus, & au
eeus, idem ſunt, ſed hodie aliter obſeruatur. Quæro cuius põde
2 ris debeat eſſe numiſma. dicit glo. † q̃ 72. faciunt librã auri, a vt
a s̃. de ſuſc. & arca. l. quotieſcunq;. ſed hodie aureus, quo vtimur
ad pondus Florentinorũ, 96. faciũt libram auri, vt ibi dixi Quę
3 ro cuius formæ debeat eſſe numiſma? Reſpõdeo, † dẽt eſſe ima
go Principis, vt l. 1. j̃. eo. & probatur in Euãgelio, vbi dicit Chri
ſtus: Oſtendite mihi numiſma, vt videam, quę imago ſit, an Cę
ſaris, an alterius. Cętera, vero, quæ tanguntur in rubrica, tangã
in integro.

ADDITIO.

a Septuaginta duo faciũt libram auri. Adde Gul. de Cu. in l. Illud, nu. 5. & quod ibi poſui in apoſt. in ver. libram auri. ſupra, de ſacroſan. eccl. Iac. Rebuf in l. vna. nu. 1. vbi etiam poſui in addi ad ipſum in verſi. l b a auri ſupra, de ang pretio quod theſauris infertur. & Io Fab inſti. de .. tela tu. § nus autem in fi.

LEX PRIMA.

1 *Monetam facere quis poteſt ex Principis conceſſione.*

2 *Debitum pondus monetæ eſt, vt tantam vtilitatem afferat in forma, quã tam in ſpecie.*

3 *Expenſa cudendi monetam debent fieri de publico.*

Solidos. Clara eſt in tex. Quęro quib. licet face
re monetã. Rñdeo de iure ſoli Principi,
1 pi, vt hic. facit ſup. de fal. mo l. 1. & a. † hodie ea con
a ceſſione a Principis fit a Regibus, & a multis Ciui-
tatibus quibus Princeps conceſſit, vt no glo. ſuper
rub. Quęro quid vult dicere tex. ibi, ſpeciei probę, & debiti põ
2 deris. Dic quod † debitum pondus eſt, vt tãtam vtilitatem affe
rat in forma, quantam in ſpecie. i. vt tantum valeat ille aureus
ſi redigatur ad maſſam, quantum valet in forma, vt dicit tex. ff.
3 de contrah emp. l. 1. Ex quo ſequitur, quod † expenſę cudendi
monetam debẽt fieri de publico, licèt Innocen. aliter dicat in
c. quanto. extra, de iureiuran. Quæro per quem declaratur qđ
eſt iuſti ponderis, & boni auri? rñdeo, per illum qui pręeſt &
poſitus eſt a Communi, vt s̃. de pond. & auri. illa. l. 1. lib. 10.

ADDITIO.

a Ale. Ex conceſſione An poſſit priuatæ perſonæ, vt poſſit facere monetam. tex gl. & Sal. in l. fin. ſupra, de fal. mone. dicit quod reſcriptum eſt ſubreptitium. quod eſt verum, niſi ſit appoſita clauſula, motu proprio, vel ex certa ſcientia, vel non obſtantibus, arg. c. ſi motu proprio, de præben. in 6. & quod per Bald in l. eos, in prin. de appel. & in l. ſi ſupra, ſi contra ius, vel vti pub. & dominus Mar. de Laude in ſuo tract. in 4. q Item no. verſi expenſa debet fieri de publico, vide tamen Bar. vbi proprie, & in l. Pau de ſol. & d. c. quanto.

LEX II.

1 *Aeſtimatio, quæ ab initio eſt, non poteſt decreſcere, niſi authoritate principis.*

Item æſtimatio monetæ.

2 *Pretia rerum quomodo dicantur decreſcere, vel accreſcere ex diminutione monetæ, vel eius augmento.*

3 *Damnum æſtimationis monetæ, ad quem pertineat, remiſſiuè.*

Pro imminutione. Minuta æſtimatione floreni minuetur ęſtimatio rerum, q̃
vẽdunť ad florenos. h. d. Pro declaratione quęro, quomodo po
teſt minui ęſtimatio auri. Reſpõdet gl. ſolum authoritate Prin-
1 cipis, vel eius, cui Princeps cõceſſit. No. gl. ex qua habes, q̃ † ęſti-
matio, quę ab initio eſt, non poteſt decreſcere, niſi authoritate
Principis, vel facientis, cui Princeps ↄceſſiſſet. No. q̃ ęſtimatio
quę ab initio imponitur monetę, nõ poteſt decreſcere, niſi au-
thoritate facientis: quod intellige, vt dicam j̃. l. proxi Secundo
2 quęro, quomodo † decreſcẽte ęſtimatione a auri, decreſcat ęſti-
a matio rerum, cum decreſcat, & accreſcat per ſe, vt l. pretia re-
rum. ff. ad l. Fal. Rñ. vt colligitur ex ſummario, nõ. n. intelligas,
quod res detur, pro minori precio, debuntur tot aurei quot va
let: dicitur, tamen decreſcere, eo quod aureus minus valet. Vlti
3 mo quęro † damnum mutatę ęſtimationis monetę ad quẽ per-
tineat: dixi plenè in l. Pau. ff. de ſol.

ADDITIO.

a Decreſcente æſtimatione. Sed ab extra quæro, quid ſi quis dedit pecunias ad mercantiam, dando aureum Venetum, & ille volebat reddere argentum, & non aurum, quia creuerat, an ſalua conſcientia poſſit tenere iſta bona; quæ accipiens habet, & ille dans neſcit, vide Fely. in c. excommunicamus. el 1. in 6. de hæ. & quando cudatur moneta, quod tempus inſpici debeat an tempus obligationis, vel ſolutionis. Vide Oldra. in conſi. 14. & in conſi. 31. & conſi. 269. & quod dixi in apoſt in d. c. excommunicamus. in loco alleg.

LEX III.

1 *Moneta debet accipi pro ea quantitate, quam iubet ſuperior.*

2 *Monetam factam in vna Ciuitate, quando quis rogatur eam accipere in alia Ciuitate.*

3 *Moneta facta in vna Ciuitate, ſi non eſt bona ſpecie, põt ſuperior adiri.*

Vnl-

Vniuerſos. Oēs aurei debēt accipi æquali æſtimatione & ꝯ facientes grattiſſime puniunt.h.d. No.
1 ꝙ † vnuſquiſque dēt accipere monetam pro ea q̄titate, quā iubet ſuperior. Sed q̄ro, † vtrū monetā factā in vna Ciuitate, ſub vna æſtimatione poſſit qs expendere in alia Ciuitate, ita q̄d qs cogat ſub eadē æſtimatione recipere. Rñ. Ciuitates nō poſſunt facere monetā, niſi authoritate Principis, vt dixi i rub. Aut ergo Princeps ꝯceſſit Ciuitati, ꝙ poſſit facere publicā monetā, q̄ expēdi poſſit p vniuerſū, & tūc cogit̄ recipere, quia princeps ipſe vr̄ feciſſe, vt hac l. Aut ꝯceſſit, ꝙ faceret monetam expendendam in territorio ſuo tantum, & alii alterius territorii ſine dubio nō cogent̄ recipere. Aut dubitatur, & vr̄ in dubio ꝯceſſiſſe, vt ſolum in ſuo territorio expendatur. arg. l. cum vnus §. pe. ff de bon. au. iu. poſ. & l. fi ff de iur. om. iu. & de tu. & cu. da.
2 ab his, l 1. Quæro, † quādo fit aliqua moneta ab aliqua ciuitate, vel dño ſi non eſt ſpeciei bonæ, & probæ, vel imponit ei nimis magna æſtimatio, an poſſit h̄ri recurſus ad ſuperiorē. Rñ. ſic, vt eſt de iure, e quanto, & ita vidi in Marchia, cum per rectorem cuderetur quædā moneta, quæ non erat ſpeciei probæ, fuit p prouinciales Marchiæ facta querela ad ſummum Pontificem, qui illum correxit, & credo, ꝙ fuerit domi. Tancred.

Nulli licere in frænis, & equeſtribus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Legatum factum uxori de ueſtibus, quod non comprehendat ueſtes, & ornamento per ſtatutum prohibita.*

N Vlli prorſus Primo loquit̄ de ornamētis, q̄ fiūt circa ornamēta equorū. Scdo de ornamētis q̄ fiūt circa ornamēta veſtimentorū hoīum. Tertio logi̅ de faciētib. iſtas ſpēs ſic ornatas. Scda incipit ibi fibulas. Tertia ibi, nulli. No. ꝙ ornamēta poſſunt h̄ri circa equos No. ꝙ pertinentia ad ornamenta mulierū, nō ſunt prohibita. ſic̄ ī. de veſti holo. l. a. ſed hodie in multis ciuitatib. eſt ſtatutū, q̄d ornamenta illa nō licet mu-
a lierib portare, app hoc dico, † q̄d ſi maritus legauerit uxori ve-
1 ſtes ſuas, ꝙ licēt de iure ꝯtineantur omnia ornamenta, vt l. veſtis cū l. ſeq ff de au. & arg. leg. rñ eo caſu, quo ſunt prohibitæ, non poſſunt dici acceſſiones veſtium, nec illis veſtimentis accedere, arg huius l. & eodem modo non poſſunt dici mulieris
b cauſa parata, ea quæ eius gratia ſunt prohibita.b

ADDITIONES

a Portare. Sed quando ſtatutum prohibet portare certa genera ueſtium, an intelligatur de ueſtibus antea factis, uide Fel in c quoniam. de conſti.

b Prohibita. In tex. ibi. quod uelit hic eſt caſus, quod ſi ſtatutum dicit, quod nullus audeat, uel præſumat facere, uel fabricare aliquod quadraletum ſub certa pœna, ꝙ ſi aliquis facere repertus fuerit fabricare, ꝙ non excuſatur a pœna, ſi dicit, ꝙ fabricabat ad utilitatem communis, & quod volebat dare communi Ale. Vide ī. de ueſti holo in l fi. & ad ſe Bar in l. quamuis de au & ar leg.

a *De Claſſicis.*a Rub.

ADDITIO

a Ale. De Claſſicis Quidam habent in rub de claſſib. i. de nauibus paratis ad bellum, ut ſunt galeæ Alij habent claſſicis. i hominib aſcriptis ad claſſes ducēdas, hæc rub. plus placet, quia iſte liber, principaliter tractat de hominibus conditionatis adſcriptis alicui muneri Mare ſub cuius territorio comprehenditur. Adde An in l. inſulæ ff de iu. ubi dicitur, q̄d Piratæ Piſis fuerunt de facto mortui, propter id, quod commiſerant in mari. Vide gl in l ubi periculum. §. porro, de elec. in 6 licet aliter dicat Do. Cum d. glo tranſit Io. Mona. & Bal in rub. de re. iu. in uer ſe l quæro, an piratæ maris & unde etiam eundem in l fi. ſup. de teſt. & in l. 2. quemad. teſt. & in l. ſi teſtamentum ſup. de milite. & Iubili.

LEX VNICA.

1 *Purgare prouinciam malis hominibus per terram congruit bono præſidi. Item & per mare.* (*Item in ciuitate.*

2 *Punire, q̄d poſſit qs delinquētē in mari ciuitati adiacēte, ſicut delinquen-*

C Laſſem. In quadā ciuitate, q̄ appellat̄ Seleucena ciuitas, erat quædā claſſis valde notabilis. Iubet ergo Imperator, ꝙ tā illa claſſis, q̄ oēs aliæ, q̄ ſūt i Oriēte, p̄tineāt ad p̄fectū p̄torio, q̄ eas armet, & aptet de hoīb. ad ſcriptis illi functioni, & ſi illi ñ ſufficiūt, alios ſuperaccreſcat, & eos exerceat ad purgandū mare malis hoīb. & piratis, ēt pp alias neceſſitates publicas pōt ꝯmittere p̄fectis comitis Oriētis. In tex. ibi, accreſcentib. & ſi illi cēſūt nō ſufficiūt, alios ſuperaccreſcat, & addat, ex qb. accreſcentib. ſufficiētē ꝯ-
1 pleat numerū. No. ex l. ꝙ † ſicut congruit bono p̄ſidi prouinciā purgare malis hoīb. ſup terrā, ita eidem ꝯgruit per mare. Caſus
2 eſt hic. Et ſic patet, q̄d † ſicut qs p̄t punire delinquētes in territo-
a rioa ſuo, ita punire in mari adiacēte illi Ciuitati, bvel prouinciæ.
b Fac. t. ff. de pub. l. Cæſar. & ibi dixi ſequentes titulos uide per te.

ADDITIONES.

a Territorio In tex. ibi Territorij ꝓpinquioris, illi loco, in quo maleficium eſt commiſſum. Pro quo tex. glo. in l. 2. ſup. de nau. facit l quoties. & eod tit. Propinquioris. Adde Bart. in tract. Tyb & Bar Cæp. in tract de ſer. ru. ti de mari. & Ang in d. l. ſane. de mun. & quid de delicto commiſſo in portu, uide Bar. Cæp in d. tract. tit. de portu.

b In mari adiacente illi Ciuitati Vide Bart in trac Tyberiadis. & Bar Cæp in tit. de ſer. ru. ti. de mari. & quid ſi eſt commiſſum in loco uicino duab Ciuitatib. no. ubi ſupra, & Ang. in l. ſane. ff. de mun. & dixi poſt Ia Rebuf hic. nu. 1 uer. in mari ubi eſt arg quod ſi aliquis delinquit in mari, ad illum ſpectat punitio, qui eſt iudex. Menoch. Cortes. ſuo ſing. in uerbo. iuriſd. incip. non ſolum.

De collegiatis & chartopratis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Exiſtens in Collegio alicuius artis, ſi artem non exerceat, non gaudet priuilegio Collegij.*

2 *Scholaris, ſi nō īntrat, nō gaudet priuilegio ſcholariū, licēt ſit in matricula. Trāſiens de uno Collegio ad aliud, an gaudeat priuilegio illius Collegij.*

3 *Si aliquis de uno Collegio remouetur, & alius illius loco ſubrogatur, hoc debet fieri de uoluntate eorum, qui præſunt Collegio.*

4 *In diuerſis Collegijs an & quando quis poſſit eſſe, remiſſiuè.*

Q Vi ſub prætextu. Primo dicit, ꝙ q intrat vnū collegium, & munera, ad q̄ ordinatus eſt nō exercet, nō effugit munera alterius collegii, de quo exiuit, ſed de nouo dēt eī hi & alter ī locū eius ſubrogari, req̄ſitis primatib. Collegiorū,
1 idē ſi decederet. h d. Primo no arg. q̄d † ille, q eſt in Collegio alicuius artis, nec exercet artē, nō debet gaudere priuilegio Col-
2 legii. Et ſic † ſi qs eſt in matricula ſcholariū, & nō intrat, nō dēt
a gaudere priuilegio ſcholarium. a facit. ff. ex qui. cau. ma. l. pen. Sed aduerte, quia p hāc l. inducitur quoddam iudicium petitoriū. p quod ille, qui eſt in vno Collegio, ſi tranſit ad aliud cauſa fugiēdi munera, ab illo retrahit̄. Vñ vr̄, ꝙ interim, cū ſit in quaſi poſſeſſione illius iuris priuilegii, debet gaudere priuilegio il-
3 lo ar. ff de aqua quoti & æſti. l ſi Secūdo no. ꝙ † q̄ñ vnus de collegio remouetur & alius ſubrogatur, debet fieri de vo untate, & ꝯſilio eorum. qui præſunt colleg o dicit gl in l. qui ſub prætextu. ī. de ſacroſan. eccle. niſi tranſiret ad aliam regulam ſtri-
4 ctiorē. Item no ꝙ ex hac lege innuitur, quod † quis nō pōt eſſe ī diuerſis Collegiis, q̄d an ſit verū, dixi in l. fi. ff. de Colleg. illic.

ADDITIO.

a Scholarium Adde Fel in c clerici. uer. ult. prorum. de iud. Adde quod not. in apoſt. ad iſtum in l qui ſub prætextu, nu. 1. in apoſt in uer gaudere priuilegio. ſupra, de ſacroſan eccl.

Ale Idem uoluit Bar. in l. qui ſub prætextu ſupra de epi & cle. in l. ſemper §. 1 de iu. imm Adde ꝙ idem eſt, & econtra, ſi ſcholaris ſtudet, & non ſit deſcriptus in matricula, non gaudet priuilegio l ex eo tempore ff. de teſta mil. & no Bal in proce. ff in dubio tamen præſumitur pro matriculato. de quo uide quæ not. de agentib. in reb. l. matricula, poſt Barto & in l. 3. de tiron. lib. 12. & in uerſic no. unde Bar in l. 3. §. actio. ff ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fue. & per Cy in l. 3 §. 2. le rei uxo. a. ſ. & gl in l. certi conductio ff. ſi cer pe. & Ang in Auth. ut clerici qui di..., quod ſi aliquis tempore mortis ſubrogatur loco patris, an ei debeat dari idem ſalarium, quod habebat pi, & intellige de natura ſubrogati primordiali, non acceſſoria, ut dixit gl. in d. l. certi condictio. per l. item ueniunt §. cum prædiximus de peti hæ & Ioan. And in regula contra quem in 6 & Rom no. 46. Menoch. Codex. ſuo ſing. in uer. collegium impūcet aliquis.

§. Quod aūt. Qui ſ. numerū admittūtur in Collegiū non gaudent priuilegio Collegii h d.

§. Sed ne tantum. Pone caſū. Imperator q. q. p-ſonis aſcriptis al cui Collegio
a pmittit vt de Colleg. exeāta & aliū loco ſui ponāt, & ſic ius ſuū vēdūt. vt ī. de muril. l. ſi qs ex corpe. Dicit ergo Imperator. q̄d ſicut illis vēdētib. ꝯced. t chartā, hue ē, locū ſuū, q̄d ipſi ſūt immunes, a munerib. ita ꝓuidet illis q ſubſtituunt, vt ſuſtineāt onera illius Colleg i ſm ꝯdōnē q̄ tūc erat, cū ipſe emit illū locū, vt poſtea nulla nouitas fiat h. d Ex iſto tex. eſt arg. opti. ꝯ notariū, q emit offīm ad ſcribēdū ad certū banchū ab alio p t̄ps. pūi ſi Bononiæ, ꝙ iſte q emit iſtud offīm ſicut ſētire dēt ꝯmoda illi offi cii, ita ēt incōmoda. Vñ ſi notariis dicti loci imponit̄ aliq̄ on', vel collecta, iſte emptor ſuſtinebit on' nō aūt vēditor. q̄d not.

ADDITIO.

a Ale De Collegio exeant Vide ad hoc in c. conſtitutis. de ele. ſecundum unā lect. ubi recedens ex collegio non p̄t pro futuris reſeruare uoc. in electione, licet poſſit unus, qui non ſit de collegio, dare uocem in collegio, ſi omnes uoluerint. c. ſcriptū eo. tit. & c bo æ. de poſtu. pl. & uno cōducente nō poſſet, ſm Cōpoſtellanū in d c. ſcriptū, ubi refert Io. And. in nouella. uide Ro. in litera C, no. 80 alias 9. Menoch Cortes ſuo ſing. in uerbo, officium, incip nota tex

De ſtudijs liberalibus vrbis Romæ. Rub.

LEX VNICA.

1 *Doctores, qui faciunt intrare famulos ſcolarium, & alios non ſtudentes, ſunt infames.*

V Niuerſos. Primo ponit, ꝙ qdā magiſtri legebāt in aliqb' locis ad hoc vt ibi ſtaret multitudo populi, vel ī locis priuatis, & ꝯuocabāt hoīes vndiq;, vt viderent h̄re multos ſcolares, & ſic ad pōpā magis, q̄ ad vtilitatē. hoc Imperator ꝓhibet dicēs, ꝙ q facit, īfamis eſt, vide
a tex.a No. ꝯ † Do. q faciūt īrrare ſcholas famulos ſcholariū, vel alios, ſm veritatē non ſtudētes, ꝙ qui hoc faciūt, ſunt infames.

ADDITIO.

a Ale Vide tex. Argumento huius tex. Gul. de Cu. in l. decernimus. ſupra de epi & cle. dicebat ꝙ Doctores actu legentes urgente neceſſitate p̄t cogere dominos ædium, ut eis locent. & ita allegat, & ſequitur in quodam ſuo ſermone incipiente, manifeſtiſſimum, Ro.

§. Illos. No. dt hic Imperator, ꝙ ī locis priuatis rectè p̄t doceri aliqs diſcipul' a Doctorib niſi Doct. eſſēt de numero eorū, q ſunt deputati ad legēdū oīb. q volunt eū audire, nā illi nō pñt, & ſi faciāt, pdēt ſalariū, & priuilegia, q̄ hñt, eo ꝙ publicè nō legūt. No. ꝯ Doct. q non docēt omnia, quæ poſſūt publicè omnibus, ſed aliquos docent ſingulariter in camera.

§. Habeant. a Hic dicit Imperator, quod Doc. poſſunt eſſe in
qualibet facultate. Op. quod aliquis debet eſſe nume-
rus Doct. in qualibet ciuitate. in l. ſi duas. §. decet. ſ. ff. de excu.
tut. Sol. Tempore illarum legum erat ſufficiens numerus, qui ibi ſtatui
tur, hic erat ſufficiens. qui ſtatuitur eſt tempore iſto. Et ideo in ci
uitatib. quæ habent ſtudia, ſecundum diuerſitatem temporum
eſt ſtatuendus numerus dicte ſus Doct.

ADDITIO.

a Habeant. Iſtum tex. all. & Hoſt. in ſumma de ferijs. §. fi. in verſ. qui ſi magiſter conducit. & dicit, quod ſi eſt diſcordia inter duos magiſtros, quorum vnus vult alium expellere, eo quia conduxit poſt eum ſcholas prope ſuas, propter quod ſe inuicem impediunt, talis cauſa poteſt agitari die feriata, & in honorem Dei. & idem dicit Spe. in tit. de ferijs. § ſequitur ver. ſed ſi magiſter conducit ſcholas, & d. An. poſt Io. An. in c. fian. ſi de iud. Et eſt ratio, quia cum agitur de ſcientia tractanda, quæ res eſt ſanctiſſima. ff. de varijs. & extraord. cri. & ſcientia ſit donum Dei, ut in c. ſolum. 1. q. 4. & c. reuertimini, in fi. 6 & 1. & glo. in c. quia nonnulli. de mag. tanquam cauſa pia tractari poſſit tali tempore. Facit quod in ſimili no. Io. An. in nouella in c. decet de immun. eccl. in 6. Et ſi ſcholares non inueniunt domum, an poſſint compelli ciues domos ſuas eis locare. Gul. in l. decretum. ſupra de epi. & cle. tenet, quod ſic, & idem dicit in religioſis non habentib. monaſteria, & domus conducentes. Ita refert, & ſequitur Bald. l. 1. in uer. idem ad de ſi ſcholares. ff. ſol. mat.

1 *Factum iuxta ſcholas, propter quod lectura impediretur, officio iudicis remouetur.*
2 *Faber malleans iuxta ſcholas poteſt expelli.*

§. Ita vt vnicuique. Hic Imperator cõmittit præ-
fecto. & eadẽ ratione Recto
ri cuilibet ciuitatis, vbi eſt ſtudiũ, quod faciat aſſignari loca Do-
ctorib. & magiſtris ita diſtãtia, quod quãdo vnus legit, nõ audia-
tur in ſcholis alterius, & quod ſtrepitus ſcholariũ qui ſunt in vna nõ
1 audiatur in alia, ne ex hoc ſtudiũ turbetur. No. quod † ad officium
iudicis pertinet remouere quicquid fieret iuxta ſcholas. per quod
lectura impediretur, vel aures auditoris turbarentur. Et facit ad
2 quæſtionem, quod † faber non poſſit malleare iuxta ſcholas. Idem
a no. ff. ſol. mat. l. 1. & ibi dixi.

ADDITIO

a Ale. Malleare. Et ibi gl. determinat, quod faber poſſit expelli. intereſt enim Reipu. habere iuriſperitos. Inſt. in proœ. in fi. Bar. ibi tenet. Idem ſi ille locus, penes quem malleat erat deputatus ad ſcholas, quod præſumitur ſecundum eum, arg. de re iud. l. in ambiguis. Et quod dicitur hic in Doctorib. idem & in ſcholarib. dicit idem Bar. in l. legatis ſeruis §. ornatricib. de leg. 3. Moder. contra per l. 1. & 2. de excu. artif. lib. x. ubi priuilegium artificib. conceſſum non extenditur ad eorum diſcipulos. Quid autẽ de ſcholari, ſi habet aliũ ſcolarẽ prope camerã, propter cuius ſtrepitum non poteſt ſtudere, vtrum poſſit ipſum expellere. Dic, quod ſic, ſecundum Spe. in tit. de iud. §. generali. uer. hoc etiam no. Io. An. in proœ. Decre. Item adde, quod a ſententia lata ſuper illa expulſione non põt appellari, ſec. Bar. in l. 1. ff. ſi de mo. poſſ. fue. appel. quia eſt cauſa quæ celeritatem deſiderat, ergo non appellatur. Non appellatur. Ad ſe Fel. in c. ſignificauerunt. circa finem, de iudi. in fi. l. ſiſ. de app. recipi. Sed quid ſi malleatores fuerint prope monaſterium, adeo quod propter ſtrepitum turbaretur officium, & cultus diuinus? Dic, quod poſſunt expelli. Te. eſt ſing. 8. q. 2. c. pro ſem. Quid de Doctore legente ſi ſcholares non ciferantur. utrum poſſit dimittere lectionem? Dic, quod non. glo. eſt ſingu. 43. diſt. ſciimus. Item pro ſententia gl. facit. Nam dominium riparum ſpectat ad iſtos qui habent prædia adhærentia ripis. Inſti. de re. diui. §. riparum. tamen de iure non poſſunt habere aliquid quod impediat publicam nauigationem. l. 1. in prin. ff. de flumi.

Quod ſic uide Fel. in c. ſignificauerunt de iud.

De honoratorum vehiculis. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Doctor non habet neceſſe ſemper uti inſignijs Doctoratus,*

Omnes. Honorati antiquitus in ſignũ dignitatis, &
honoris, homines in dignitate poſiti, ibant
in carrucis, ſeu vehiculis, dubitabatur in ciuitate Roma-
na, vel vrbe Cõſtãtinopolitana, ubi erat princeps, an
poſſint uti uehiculis oẽs poſiti in dignitatib. illis, & in illis Ciui
tatibus. Et videbatur quod nõ, propter reuerentiam principis, tñ
hic princeps permiſit omnibus habentibus dignitatem, quòd
poſſint uti dictis uehiculis, ẽt in illis ciuitatib. Quæro utrum
habeant neceſſe uti carrucis. Tex innuit quod ſic, dũ dicit, ſem-
per utentur. gl. tamen exponit. i. liceat eis uti ſi uelint. Et ſic no.
1 † quod Doctores non habent neceſſe ſemper uti inſignijs Docto-
ratus, ſed poſſunt ſi uelint etiam ubi eſt princeps.

De metropoli Beryto. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Ciuitas Metropolitana dicitur Archiepiſcopalis.*
2 *Ciuitatum ordines, erant tres. ſ. maxima, magna, & parua.*
3 *Ciuitas conſtituitur Principis uoluntate,*
4 *Prouincia qualiter conſtituatur.*
5 *Prouincia etiam dici poteſt ciuitas, habens diſtinctum territorium, quæ non recognoſcit ſuperiorem.*
6 *In eadem prouincia poſſunt eſſe duæ ciuitates Metropolitanæ.*
7 *Plures Rectores in eadem ciuitate an eſſe poſſint, cum in eadem prouincia non poſſit eſſe niſi unus præſes.*
8 *Prouincia non poteſt diuidi in plures ſine reſcripto principis.*
9 *Communitates in præiudicium ciuitatis non poſſunt inter ſeipſas diuidere, ſine eius licentia.*
10 *Prouincia una poteſt fieri de duabus.*
11 *Negotia prouinciæ unitæ cum alia ſub uno præſide, licet qualibet remaneat prouincialis, poſſunt in alia exerceri.*

Propter. In eadẽ prouincia poſſunt eſſe duæ ci
uitates metropolitanæ. ſiue matrices h. d. In ter-
minis pone caſum. In prouincia Phœniciæ erãt ciui
tates quædã, ſ. Metropolitana, & magna, quæ vocat Ty-
rus. In eadẽ prouincia erat quædã ciuitas, quæ vocabat Berytus, in
qua erat ſtudiũ generale, & in eadẽ vigebat multõ peritia litera
rũ, impetrauit a Principe Berytus, vt iſta ciuitas vocaret Metro
politana, ſicut ciuitas Tyri, & hoc Imperator ei conceſſit per
multas virtutes, quibus ciuitas illa erat ornata. hoc primo. Sed contra
hoc inſtatur, quia Imperator facit iniuriã Tyro. Ad hoc reſpõ-
a det Imperator, quod nulla ei fit iniuria, a quia ipſa etiam remanet
Metropolitana priuilegio antiquorũ Imperatorũ, & Berytus
efficitur Metropolitana priuilegio ſuo. h. d. Pro declaratione quæ
1 ro, quare dicatur ciuitas Metropolitana gl. dicit † Archiepiſcopalis b
b Sed videamus de iure antiquo antequam eſſent epiſcopi, &
2 Archiepiſcopi, quid erat? Reſp. † tres erant ordines ciuitatũ. quæ-
dã maximæ, quædã magnæ, quædam paruæ. Maximæ dicebã-
tur illæ, in quibus erat forũ cauſarum, cui ſuberãt multæ aliæ ci
uitates, & habentes merum imperium. Magnæ ciuitates dice-
bantur illæ, quæ ẽt habentes merum imperium non tamen habe
bãt alias ſub ſe. Paruæ dicebantur illæ, quæ non habebãt merũ
imperium, ſed ſolam iuriſdictionem, quæ datur defenſorib.
ciuitatũ vt in Auth. de defen. ciu. Iſtã diffinitionem facit tex. ff.
c de excu. tu. l. ſi duas. c §. decet. Illa ergo ciuitas, quæ erat maxima,
vocabat Metropolitana: hoc reſpectu inuentum eſt, quod ciuitas,
d cuius ſedes eſt Patriarchalis vel Archiepalis, d dr̃ Metropolita-
na, quia hẽt plures epiſcopos ſub ſe habentes merũ imperiũ. Illa
vero, quæ hẽt epiſcopum, dr̃ ciuitas, non Metropolis. Sed quæro,
3 qualiter conſtituatur ciuitas: Reſp. † voluntate Principis volen-
e tis e aliquem locum eſſe ciuitatem. Probatur per hanc legem.
Inno. tenet hoc in c. cum ab eccleſiarum eẽ, de off. ord. Vnde
poſſibile eſt eſſe ciuitatem, licet non hẽt epiſcopum, quia Prin
ceps nõ poteſt facere epiſcopũ, ſed dat alia priuilegia, & ſic nõ
ſequitur, ſi Papa priuat ciuitatem epiſcopo. ergo deſinit eſſe ci
4 uitas. Sed quæro † qualiter prouincia conſtituatur. hic videtur tex. quod
oẽs ciuitates, quæ ſubſunt vni Metropolitano, faciãt vnã pro-
uinciã. vt hic in fi. ibi. ſit illa mater prouinciæ, & c. do. Cy. elegit
de præſc. lon. tem. l. fi. & ibi terminat, quod prouincia appellatur
ſm cõem vſum. vt Tuſcia. Lombardia, & ſi. & iſto iure vtunt.
Arbitror tamen, quod olim facta fuiſſet diſtinctio prouinciarum,
ſic, id eſt vt omnes ciuitates, quæ ſuberant vni præſidi, & vni
Metropolitano, conſtituerent vnam prouinciam, vt l. illicitas,
§. qui vniuerſas, ff. de offi. præſi. & ſic ſecundum illum ritum
antiquum remanet adhuc hodie noiatio prouinciarum, quo
5 ad quædã. Tñ † quælibet ciuitas habens diſtinctũ territorium, quæ
ſuperiorem nõ recognoſcit, poteſt dici prouincia, ut no. gl. in
l. fin. §. de long. tẽpo. præſcript. Tertio quæro pro declaratione
6 huius, quod hic principaliter dicitur, quod † in eadem prouincia
poſſint eſſe duæ ciuitates matrices: videt enim mõſtrum, quod in
eodẽ corpore ſint duo capita vt extra, de offic. ord. c. quoniã.
Reſpõdet gl. ſi quis facet in eodẽ epiſcopatu duos epiſcopos, il-
lud eſſet monſtrũ. ſed quod vnus epiſcopus habeat duas eccleſias
principales, hoc nõ eſt monſtrũ ita loquitur hic, vide gl. iſtam
7 & no. eã. Circa primũ inſurgit, dubiũ, † quomodo eſt, quod vna ci
uitas nõ poteſt habere duos rectores, cũ in eodẽ tribunali poſ-
ſint eſſe plures iudices, vt l. 1. ff. de of. conſul. & ff. de re iud. l. Põ-
ponius ſcribit ſi vni. Reſpõdeo, iſta procedũt ad ſimilitudinẽ
corporis humani. Monſtrũ. n. eſſet, ſi aliquis haberet duo capi
ta, ſed nõ ſi haberet duas manus, vel duos pedes, vel ſimilia, &
ideo Rectores prouinciarũ, qui merũ locũ capitis tenent, non
poſſunt eſſe plures, unde nõ põt eſſe niſi vnus. tex. vij. q. 1. cap.
in apibus. Sed alia officia inferiora poſſunt in eodem corpore
multiplicari, & ſic poſſunt eſſe plures Rectores in eadem ciui
tate, vel ĩ vna eccleſia parochiali plures Capellani, & vnius pu-
pilli plures tutores, & ſimil. Circa ſm ſcilicet quod duæ ciuitates
matrices ſint in eadẽ prouincia ſub uno tamen præſide nihil
eſt quod impediat, nã quilibet priuatus põt habere in plurib. ci
uitatib. domiciliũ. & in utraq; eſſe æqualiter inſtructus, vt l. do
miciliũ. ff. ad muni. ſm hoc in una prouincia parificant ciuita
tes magnæ, remanẽte vnitate prouinciæ. Sed quæro, an vna prouin-
cia poſſit diuidi in duas. tex. dicit, quod ſic. ff. de allec. l. ſi eadẽ. puto
8 tamẽ, quod † hoc nõ poſſit fieri ſine reſcripto principis; ut ibi pa-
9 tet, & arg. huius leg. s & per hoc dico, quod † Cõmunitates nõ poſ-
ſunt ſeipſas diuidere ĩ plures ſine licẽtia Ciuitatis, cui ſubſunt:
quod intelligitur quantũ ad præiudiciũ Ciuitatis ſed inter ſe cau
ſa cõmoditatis adminiſtrationis poſſunt hoc facere, ſicut ĩ plu
ribus tutoribus uiẽ. ut l. 3. §. fina cum l. ſeq. ff. de admi. tut. vnum
tamen commune remanebit, vt l. inter tutores. ff. de admi. tut.
10 Quæro † vtrum de duabus ciuitatib. vel prouincijs poſſit fieri
vna; Dicit gl. quod ſic, ut in Authẽ. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. il-
lud. & §. hoc autem. Imo fit hoc multis modis. Quandoque
cum vna non ſubijciatur alteri, ſed vt vniatur, & hæc unio vel

fit,

ſit, ꝙ vna ſit principal. or altera, vel qđ utraq; e ſit æque principalis, vt no. ꝑ gl. extra, ne ſede vac. c. 1. & ibi per Inn. & Doct. iuris canon ci.
11 Quæro † quando uniuntur duæ prouinciæ, ita qđ utraq; remanet principalis, ſed ſub vno præſide, utrū negotia vnius ꝓuinciæ poſſint expediri in alia. Reſpon. ſic, vt extra, de offi. le. c. nouit. & per Innoc. ibi.

ADDITIONES.

a Alc. Nulla ei fit iniuria. In text. ibi, derogatur, no. ꝙ per hoc apparet apertè, quod ſi aliqua ciuitas efficit Metropolitana, quod non propterea eximitur de iuriſd. Metropolitani, ſub cuius iure primo diſtrictus erat, niſi ſit hoc ſpecialiter ſtatutum. Caſus eſt hic, ſi benè aduertatis, quod no. pro Florentinis, & Pilanis.

b Alc. Archiepiſcopalis. Adde ad hoc Bar. & Doc. in l. ſi heres. in § vicis de le. 1. Itē quid ſi caſtrum, villa, burgus, uicus. * Vicus. uide Fel. plene de omnib. prædictis. in c. Rodulphus de reſcr. Bar. in l. 1. §. ſiue autem ff. de ope. no. nunc. & quæ ibi dixi poſt eum, & dixi quid ſit patria, & quid ſit terra.

c L. ſi duas. Et ibi uide. Nic. de Neap. in § grammatici. uer. quærit gl. quæ dicuntur in tect. Bar. & adde Firma in tract. de Epiſcopo. in prælud.

d Patriarchalis, vel Archiepiſcopalis. Adde Nic. de Neap. in l. ſi duas § docer. ff. de excu. tu. & Pet. Firma in ſuo tractatu, de epiſ. in præludijs.

e Alc. Volentes. Vbi dicit, quòd ſi Imperator ex certa ſcientia ſcribit vni loco tanquam ciuitati ſciens non eſſe ciuitatem, eo ipſo ciuitas efficitur, Ang. Adde quod ſi ſummus Pontifex ſcribit aliquid alicui caſtro, & illud appellat ciuitatē, vide in Cle. ſi ſummus Pontifex de ve. ſig. Item his dictis adde Bar. in l. 2. ff. de uerb. ſig. unde Bar. in extrauag. qui ſint rebel.

Alc. Vide etiam per Bar. in extrau. qui ſint rebel. & per gl. & Flo. in l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. Et licet Bar. in d. extrauag. dicat. quòd princeps alicui loco ſcribens tanquam ciuitati, uidetur ciuitatem conſtituere, ſi alias non erat, hoc tamen uidetur contra caſū cle. ſi de ſen. excō. ubi eſt text. ꝙ Papa ēt ex certa ſcientia nominans certam perſona ſub nomine dignitatis, quæ dignitas ante non erat in illa, non tamen illa dignitate vř cōcedere. Et qualiter conſtituatur ciuitas, unde Bar. in l. ſi heres § uicas, de leg. 1. Bar. in l. 3. de uer. ſig. & quod ibi dixi poſt eū & Bar. in l. 3. § ſiue autem intra oppida de ope. no. nū. & qualiter conſtituatur prouincia, unde quæ dixi poſt Bar. in d. §. ſiue autem inter oppida.

Alc. Vide Bar. & quæ ibi ſcripſi in l. 1. §. ſiue autem ff. de ope. nou. nū. de Dioceſi, & territorio uide in cle. ne Romani. de elec. & Ang. in Auth. quo opor. epi. §. non aliter, & ibi aliquid dixi, & in c. ubi periculum. de elec. in 6. & in l. 2. de uer. ſig. & in l. ſi de coll. illicitis, & l. 1. in prin. quod cuiuſque uni. no. & in l. ex hoc iure, de iuſt. & iu. & quid ſit terra, uide in c. 1. de poſt. præl. & in c. cum in partib. de uer. ſi. Bar. in l. 1. ad muni. Inno. in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & Bal. de pace Conſt. in ver. nos Romanos & in l. quicūque caſtellorum. de fun. limi. per Roman. l. 3. § ſin autem. de cad. tol. adde qui ſint rebelles in ver. Lombardus. Bal. videtur tenere contrarium in l. pe. ſup. de pre. Impe. offe. alleg. tex. in quæ c. præcimus. Adde Bal. in l. ſi. de colleg. illicit. in uer. uide Bar. in tractu Tyberiadis in l. 2. Item in figura ver. his circa. & Bal. in l. ſi aliqua. de of. pro conſil. Alc. De hac materia uide no. per Bar. & Doct. in l. 1. §. ſi coheredis ff. ad l. Fal. & Ang. in §. illud autem, in uidu. ſine quoque ſuſſ. Quæro quando ciuitates, uel prouinciæ, uel eccleſiæ uniuntur, an debita unius alia debet ſupportare, Inno. extra de priui. c. paſtoralis. tenet quod habeat locum titulus de ſeparationib. quod ego examinaui in l. 1. § ſi cohæredi ff. ad leg. Fal. in eo, quod ibi dicitur, an per tio grauata accedat noo grauatæ, & ibi hanc quæſtionem formaui.

Adde Bal. loquentem de duab. uillis equatis l. 1. § ſi coheredē. ad l. Fal. vide tex. cum pulchra gl. in c. 1. ne ſede vac. & do. Ant. ibi, qui ponit ſpecies ad equationis. Et in quib. caſib. adæquatio poſſit fieri, vide ſingulariter Bal. in l. 1. § lex Fal. idem Bar. in l. 1. in prin. de leg. 3. Menoch. Baro. conſil. 38 col. pe. in ſin. ſeu Menoch. Duæ ciuitates. Soc. in. conſi. 126. nu. 10 lib. 3.
Menoch. Poſſit diuid. Soc. in conſi. 91. nu. 4 lib. 2.

De canone frumentario urbis Romæ. Rub.

1 *Frumentum promittens, intelligitur de frumento ſecundum communem vſum loquendi, licèt eius appellatione veniāt omnia, quæ ad uſum ſunt neceſſaria.*

Gl. dicit, ꝙ appellatione frumenti omnia, quę ad victū neceſſaria ſunt, accipiuntur. quod eſt uerū hic, ſed ſecūdum ꝯmunē vſum loquēdi frumentū intelligitur id ſātum granum, quod ſecundū bonitatem excellit cętera, vt no. ff. de verb. ſig. l. frugē
1 & ideo † ſi quis promitteret decē corbes frumenti, intelligeretur de illo grano, communi vſu loquēdi, l. Labeo. de ſuppel. leg. ſecundum Iac. de Are. ut ipſe dicit in d. l. frugem.

LEX PRIMA.

1 *Negatiua coarctata loco & tempore, poteſt directè probari, ſicut affirmatiua.*

NAutici. Nauta dēt ꝯfiteri ſe ſpecies incorruptas recepiſſe, quod dēt approbari aſpectu officialium, tempore quo dātur, & quo reſtituunt. h. d.
1 No. qđ † negatiua coarctata loco, & tempore, directè probatř ꝑ viſum, ſicut affirmatiua, vt hic, ff. de au. & arg. leg. l. ſi quādo. & l. pediculis. §. Neratius. & de hoc diſputat in cap. bonę memorię. extra, de elec. iū hęc veritas declarari per vi-
a ſūa ꝓprie nō videt, niſi color, & ex illa viſione intellectus iudicat, q̄ res eſt, qa tale iudiciū omnib. notū eſt cōmuniter, iō diximus nos uidere rē, ſed non uidetur uere, quia ſubſtantia rei inuiſibilis eſt. Ita eodē modo per colorem iudicat intellectus nihil uitij eſſe, quia tale iudiciū communiter eſt omnibus notum. ita directè probatur negatiua, ſicut affirmatiua.

ADDITIO.

CAutiones. Apochæ de ſoluto a ſeruis publicis ɔfectæ, ita demū debitorib. ſoluentibus proſunt, ſi a curatore Reip. ſunt ſubſcriptæ, aut pecunia ſoluta in utilitatē publicā eſt ɔuerſa, & non aliter, & ſi dolo ſerui publici debitor ſoluerit pecuniā curatori, nec in utilitatē publicā eſt cōuerſa, tenet curator de peculio eius ſerui, & debitor remanet obligatus. h. d. Et not ex hac l. qđ
1 †non dr̄ ſoluens pecuniam ſoluere niſi rectè ſoluat, & ideo ſoluens non liberatur, licet tn̄ non liberetur, non p̄ōt ɔueniri, niſi in ſubſidiū, vt ſ. de conue. fiſc. deb. l. 2 li. 10. Vltimo not. qđ
2 †qn̄ pecunia ſoluiť adminiſtratori Ciuitatis, non rectè, qđ non præſumiť verſa in utilitatem Ciuitatis, niſi probetur codē modo ſi ſolueretur minus recte tutori, vel curatori, quod not.

De ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonib. Rub.

LEX VNICA.

1 *Conſenſus populi in agendis attenditur, licet primates reluctentur.*

NOn inuidemus. Hic Imperator permittit quibuſdam, qui ſcenici appellantur, celebrate ſpectacula, maxime cum ipſi uelint ea facere ſuis expenſis. h. d. In glo. conſentientes,
1 ibi, vel populi in agendis. No. ꝙ † ſufficit conſenſus populi[a] in
a agendis, licèt reluctentur primates.

ADDITIO.

a Sufficit conſenſus populi. Adde iſtum rub. ſupra, de reſcin. uen. uer. item ſi collegium & in l maiorem. ff. de pac. & Alex. omnino in l. quod maior. ff. ad mun. & dixi poſt. Iac. Rebuf in l cum re. tit. 1. ſupra, quan. ci. mu. indi.

LEX II.

a EOs. Deſeruiētes ſacris ludis, nullo afficiunť ſupplicio. h. d. ratio, qa tales ludi ſunt liciti, [a] ideo ludentes non infamantur. Hic non ſunt alia.

ADDITIO.

a Liciti. Quis ludus ſit licitus, vide Old. in conſil. 78 & d Soc in conſi. 16 inci. Circa prædictam conſultationem. uer utrum prædictis non obſtātibus. cū uer. ſeq

LEX III.

Quiſquis. Accipiēs equū deputatū ſpectaculis, & utēs ad ſui commodū, in una libra auri punitur.

LEX IIII.

SI qua. In loco, in quo imagines principis cōſecrātur, nō debēt fieri ſpectacula turpia, puta corporis uel ueſtis uerecundiæ, in aliis locis non prohibetur.

LEX V.

1 *Impedientes equos currentes ad brauium, puniuntur.*

Nemo. Nullus iudex dēt feſtiuitates ciuitatis īpedire, animalia neceſſaria ad ludos tollēdo, uel aliud faciendo, ꝑ quod impediatur publica feſtiuitas: contrafaciēs, ut uiolator legis, in libris quinquaginta punitur. h. d. Et no. ɔ̄ iudices tollentes equos deputatos ad currendū ad palliū. de quo
a dic, vt in iſta glo. Et no. iſtā legē [a] contra eos, †qui ragatios exiſtentes ſuper equis currentib. ad brauiū impediūt, faciēdo eos ire ad aliū locum, expauendo equum currentem ad brauiū, uel faciendo eum cadere, uel equū ne currat, quod puniť tanquam legis uiolator, ut hic.

ADDITIO.

a Ale. Adde idem eſſe in creditore proſtituente ancillam ſibi datam in pignus. l. eleganter. ſ. fin. ff. de pig. ac. & reſtituente illam, quam redemit ab hoſtib. l. fædiſſime. ff de capt. & uo. gl in d. § fi. in gl. fi.

LEX VI.

1 *Caſus in quo pater cogitur filium emancipare.*

a
1 Lenones. [a]†Si patres, vel dn̄i filiab. vel ancillis peccādi neceſſitatē imponunt, priuātur dominio & patria poteſtate. & poſſunt dictę filię, vel ancillę adire deſenſorē, vel ep̄m, vt eas liberet à tali miſeria. & ſi inſiſtūt faciēdo eas peccare, puniunť poena huius legis. h. d. & not. hanc legem ɔ̄ patres ꝓſtitui permittētes filias. not. contra lenones, qui tenēt mulieres in proſtibulo contra earum uoluntatem

ADDITIO.

a Lenones. Not. ex iſta l. caſum, in quo pater cogitur filium emācipare. Sunt & alii caſus, qui notantur Inſti. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. fin. & l. non poteſt. de adop. & in Auth. qui mo. na. eff. ſui. §. generaliter. col. 7. facit ſupra de epiſc. & cler. l. ſi lenones.

Emancipare. Adde Spec. in tit. de adul. uer. porro.

De expenſis publicorum ludorum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Pecunia deputata ad uſum uoluntarium, in cauſam neceſſariam ſine permiſſu Principis conuerti poteſt.*

2 *Pecunia deputata ad unum uſum, ſi in alium conuertitur, finito illo uſu remanet uſui prima.*

CVm. Pecunia deputata ad ſpectacula, ad refectiones murorū p̄ōt ɔuerti, at ipſis ɔuerſis cauſa priſtina remanet firma. h. d. Not ex hac lege,
1 qđ †pecunia deputata ad uſū volūtariū, abſq; ꝑmiſ
a ſu Principis, p̄ōt conuerti [a] ex cauſa, in uſum neceſſariū, ſecus eſſet deputata ad uſum neceſſariū, ut u. diſt. s in l. 2. ſupra, de
2 his q̄ ex pu. collatio. Vlt. no. ꝙ †quando pecunia ex cauſa deputata in unū uſum, conuertitur in aliū, quod finito illo uſu, remanet pecunia deputata uſui primo quod no.

ADDITIO.

a Menoch. Conuerti. Curtius, conſi. 19. num. 11. Iaſ. conſ. 229. in fi. lib. 2.

De

De aquaductibus. Rubr.

L X E PRIMA.

1 *Aquaductus publici, ſi tranſeunt per locum priuatum, debent habere latitudinem quindecim pedum, ſi per publicum, decem.*
2 *Arbor præſumitur mittere radices per vigintiquinque pedes.*

AQuarum. Illi per quorum prædia aqua publica tranſit, à ſordidis muneribus ſunt immunes. Sed aquæductus foueas purgare tenentur, & ſi fuerint negligẽtes eorũ prædia publicantur. Itẽ inter dextrã & ſiniſtrã locorũ, per quos talis aquæductus decurrit, dẽt eſſe latitudo 15. pedũ. & ſi in dicta latitudine arbores pulullauerint, ſunt excidẽdæ h. d. Et no hic de dextra & ſi
1 niſtra. Itẽ no. quòd † quãdo publicus aquæductus per tranſit per locũ priuatũ, ſemper talis aquæductus, debet habere locum 15. pe-
a dum, a in quo nullæ ſint arbores Sed ſi aliquę naſcant, excidi dẽnt. Si uero per publicũ locũ facit tranſitũ, dẽt eſſe latitudo decẽ pedũ, vt infra, l. omnis. §. ſuper his Item no. quod † præſũptio iuris, eſt quòd arbor radices mittat extẽſas per vigintiquinq; pedes.

A D D I T I O.

a Debet habere locum xv pedum. vide Spec. in titu de cauſa poſſ. & proprie. § 3. ver. eſt inſuper.

L E X II.

Si quis Deriuans aquam ex publico aquæductu ad fundum ſuum, priuatur fundo. h. d.

L E X III.

1 *Beneficium principis ſtricte intelligitur contra abutentes.*

Eos. Habens authoritatem deducendi aquam de publico aquęductu, dẽt ipſam deducere per caſtellũ, vel aliud paruũ foramen ne fiſtulę matrices corrumpantur cõtrafaciẽs officium perdit, & beneficium, & punitur in corpore. h d Not.
1 quòd † abutentes ſuo bñficio perdunt ipſum & quòd hoc caſu beneficium Principis ſtrictè interpretatur, aliàs contra, ſupra, de bon. vac. l. ſi quando. ff. de conſti. prin. l. beneficium.

L E X IIII.

1 *Vſus aqu publica, quòd præſcribatur per tantum tempus, quod memoria in contrarium non exiſtat.*
2 *Vtentes priuilegio multum ſtricte, non poſſunt eo uti magis large.*

a Vſum. Ius hauriendi aquam, vel eam vertẽdi a de publico aquæductu, non turbat, ſi tanto tempore quis eſt vſus quod eius contrarij memoria nõ exiſtat. Itẽ rigãtes agros, vel hortos furtiuo modo de publica aqua, aquęductu priuãt,
1 h. d. No. hic † vſum aquę ducendę poſſe pręſcribi tanto tẽpore quòd eius contrarij memoria non exiſtat, longo autẽ tempore nõ
b pſcribitur, vt ĩ. e. l. diligenter. b No. legem iſtam cõ illos † q habẽt
2 priuilegium nimis largum de aliquo faciendo, & illo priuilegio vtuntur multum ſtrictè, quia non poterunt poſtea eo vti
c magis largè, quam fuerunt vſi. c

A D D I T I O N E S.

a Menoch. Eam vertendi. Bal. de præſcrip. 2. parte 4. partis. prin. q 4.
b Diligenter. Hoc dictum facit contra id, quod no. Bart. in l. in ſilijs. de decu. & ibi ſumpſi ſit ſic priuilegium per actum contrarium tollitur.
c Alc. Fuerunt vſi. De quo per Bar. in l ſi. ver. quarto quanto 1 pe. ff de conſtitu prin. Adde etiam quod no. Bar per illum tex. in l 1. de his qui ſponte munera ſub. lib. 10. & Arch. 15. q 2. in ſumma per Bar. in l 3, de decu per illum text. & per Doc. in c ſi. de conſue in 6. & Io And. in c 2. de immu. ecc. & in c. ſug eſtum. de decimis. & quanto tempore amittatur priuilegium. per actum contrarium, dixi in l. 1. ſupra. de his qui ſponte mune. ſub. Paul conſi 35. nu. 22 li. 1. Barb. conſi. 18. col. 8. cir. med. lib. 4 Rui. conſi. 94. lib. 4.

L E X V.

1 *Aqua uſus ſi pluribus conceditur, officio iudicis inter eos diuidi debet.*
2 *Iudex qui ſe intromittit de officio ad eum non ſpectante, acriter punitur.*
3 *Reſcriptum præſentatum coram incumpetenti, non poteſt coram competenti præſentari.*
4 *Frumentum Ciuitatis, quando de eo debetur alicui certa quantitas annalis, illi tribuitur, quando de eo ſupereſt.*

Si quis. Hñs beneficium ducẽdi aquam ex publico aquęductu dẽt ipſum intimare pfecto, nõ alij, & ille qui cõfecit, in 50. libris auri punitur. Et ſi aqua in tãtũ, abũdat, quòd ſufficit ciuitati, totũ ſuperfluũ dẽt diuidi inter eos, qb. priuilegiũ eſt cõceſſum ducendi aquam. h. d. Et no. diligenter rñſũ huius le
1 gis, ex quo hñs q̃d † qñ pluribus cõceditur ius haurẽdi aquã ſimul,
a quod ille hauſtus aquę debet diuidi inter eos per motu iudicis. a
2 quod benè no. Vlnmo no ex principio huius legis, quòd † iudex, qui ſe intromittit de officio, quod non pertinet ad ſe, ponit acri
3 ter. Not. hic quod † pręſentatio reſcripti facta corã iudice incõpetenti priuat me vti poſſe coram iudice competẽti, effectu di
b cti reſcripti. b Itẽ no. quòd † ſi de frumento huius Communis Peru-
4 ſij alicui debet tribui certa quantitas annalis, quod tunc debet tribui, quando de frumento ſupereſt, per hanc legem.

A D D I T I O N E S.

a Iudicis. Adde Bal. in titu. de pa. Conſt. §. nos Romanorum. in ſi. ver. no. quod interdum.
b Ale Reſcripti Et dicit Ro in l pe no 30. quo l hæc præſentatio facit præſumi reſcriptum ſubreptitium, vt hic, coniuncta gl & vide Rom. in no pe litera. E. vbi dicit, quòd ex præſentatione reſcripti perpetuatur iuriſdictio. alleg. Inn. & Hoſt. in c ex conqueſtione de reſti. ſpol.

L E X VI.

1 *Officiales licitè ingrediuntur domum alicuius, ſi timent ne ibi fiat aliquod maleficium.*
2 *Reſcriptum emanatum ſuper aliqua re, ſuper qua lex prohibeat reſcriptum fieri, tenet ſi dicatur non obſtante tali lege.*

Omnis. Seruitus priuata aquæ ducendæ ad alia loca priuata ex aquæductu palatij Adriani, & per reſcriptum eſt prohibita, cõtraciens in centum libris auri punitur, & debet eſſe latitudo aquæductus prędicti decem pedum, mũda omnibus arboribus. Et ſicut pfectus formam dicti aquæductus fieri fecit. ita faciet obſeruare. Item pfectus prędictus poteſt domos, & prædia priuatorum ingredi, ac inquirere, an aliquis ſubtrahat dictam aquam. No. ex ver ſuper his, illa verba, ex vtroq;
1 latere, &c. Vlt. no. quòd † qñ officiales Ciuitatis timent ne in aliqua domo aliqđ maleficiũ cõmittaĩ, licitè & impunè poſſunt ingredi, & inſpicere an ibi fiant maleficia, facit l. mancipia, ſupra, de
2 ſer. fug. In glo. ſiue ex certa ſcientia. a Not. benè hanc glo. quę
a tenet, quòd † licet lex expreſsè prohibeat, quòd reſcriptum Principis cõceſſum ſup tali negocio, & ex certa ſcientia, nõ valet ipſo iure, tñ ſi Princeps reſcribit, & in reſcripto dicit non obſtante tali l. valet.

A D D I T I O.

a Alex. Scientia De hac clauſula uide gl. magiſtrã in Auth de hæ. & Fal in gl prima & Doct in l. ſi ſi contra ius uel utili. pub per Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, non obſtantibus. Bal. & Doc. in l. ed et ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. per Bal. in l. humanũ ſupra. de leg per Bal & Doc. in l. tanemus de teſt. per Bal. & Doct in l nemo poteſt. de leg j. & per Are. Inſti de act. in §. in bonæ fidei, & in l. ſi conſtat. de appel.

L E X VII.

Ad reparationem. Pecunia redacta ex vectigalibus pro reparatione aquæductus debet expendi, eam dando operariis aquęductus: & habẽtes ius ducendi aquam ex publico aquęductu, nihil ſoluere tenentur fiſco ex eo. hoc dicit Et not. quòd turpe eſſet ciuitati vẽdere aquam.

L E X VIII.

Hac lege. Præfectus conueniens aurum aquæductus deputati ad aliquod opus, de ſuo reſarcire dẽt, & aurum prædictum marca ſeparata ab alia deponi hoc dicit. Et no hanc legem pro his, quę dicta ſunt ſupra, de his, quę ex publi. ratio. l. 2.

L E X IX.

1 *Vſus aqua ducẽda, ex publicu, præſcribitur tantu tẽpore, cuius initij memoria non eſt in contrarium.*

Diligenter. Fons public9 ab initio, vel ex poſtfacto publicus effectus, vſui priuatorũ non applicabitur, ex reſcripto ẽt ſuper hoc impetrato, & ſuper hoc nõ obſtat Reipublicæ præſcrip. long. tẽp. h. d. Et ſic non obſt. ſupra,
1 eodem l vſum aquæ. vbi † vſus aquæ ducendæ ẽt ex publico pręſcribit: quod verum eſt tanto tempore, cuius memoria nõ exiſtit, ſed non longo tempore, vel hic loquitur in aquęductu publico ſolito ſtare vſui priuato. Sed prima placet, vt vidiſti in contrario.

L E X X.

1 *Res aliqua dicitur eſſe iuxta aliam, quando ab ea diſtat minus decem pedum.*

Decernimus. Nullus dẽt ex fonte publico aut ex paruis riuis, quę minuſculaſta appellanĩ, aquam ſubtrahere, & cõfaciens ipſam reſtituere tenetur publicis aquęductibus. Item iuxta publicos aquæductus nullus plãtare arbores põt, ne aquęductui publico noceant. contra faciẽtium prædia publicanĩ, ad quę deriuata aqua fuerit, & arbores fuerint plantatę. & dicta pœna non remittiĩ etiam per ſacros apices. Itẽ cuſtodes dictarum aquarum de nomine Principis ſignanĩ in manibus, vt recognoſcantur, & non trahanĩ ad aliũ vſum, & non teneanĩ hi ad angaria, uel peragaria: & ſi aliquis ipſorum deceſſerit, in eius locum alius eſt ſubrogandus, cum impreſſione dictorum ſignorum. h. d vide ver. vniuerſos. No. hunc verſic. pro eo, quòd vidiſtis ſupra. de fabri. l. ſtigmata & ẽt ſup. eodẽ l. omnis ſeruitus. de eo, qui habet vnum nomẽ, & alio no
a mine nuncupaĩ. Item no. de verbo, iuxta. a Nam † ſi res diſtar
1 ab alia per decem pedes, non dicitĩ iuxta eam, vt ſ. e. l. omnis. Pro quo vide. ff. de ſer. vrb. pręd. l. quidam Iberus.

A D D I T I O.

a Iuxta De quo verbo vide in latè per Fel in c. ex parte de reſcri in clauſula, ſi præſes & in c. quia iudicante. de præſc. circa fi. & quod dixi in apoſt ad c. ex parte. in loco. ĩ allegato. Tu vide de hoc uerbo Bal. in l. j nu j & quod poſui in apoſt. in ver. de dictione, iuxta. C. de epi. & cle. dixi poſt Ia. Reb hic nu j. in ver iuxta no Nico. in l. admouendi. ff. de iureiur Old conſi. 45. alias 108 iuct. in confeſſione cuiuſdam Doct & Ale conſi 8. vol 4.

LEX XI.

a **Diuinam.** a Hæc lex ꝯfirmat ꝑcedẽtes, ſ. quod nulli liceat aquam ducere de publico aquęductu, & imponit aliàs pęnas ſ. illas, q̃ ꝑ leges præcedentes imponunt. Et no. ẽt hanc legem, quod quando lex ſequens imponit maiorẽ pęnam, q̃ leges pręcedentes ꝑ eodem delicto, quod habet locum pęna vltimæ legis, & ẽt ꝑcedentis. quod eſt verum, quãdo lex ſequens confirmat legem pręcedentem, vt hic, aliàs ſecus, qa reus puniri non debet duabus legibus pro eodem crimine, vt l. qui ſepulchra, ſupra, de ſepul. viola. & ff. de accuſa. l. Senat.[a]

ADDITIO.

1 Ale. Diuinam. vide Bar. in l. ſanctio. de pœnis & aliquid dixi poſt Barto. in l. Senatus co. xxiu.

De venatione ferarum. *Rub.*

LEX VNICA.

1 *Ducere rẽ ad domum, vel Ciuitatem ille dicitur, qui eam ducit intro.*

OCcidendorum. In iſto titu. vult dicere quod qñ iſtæ beſtiæ feræ capiunt per duces militium, & conducũtur per aliquam ciuitatem, vel comitatum, non debent ibi
1 dẽ morari vltra ſeptẽ dies. & no. hic de comitatu. No. ꝙ † ille dicit rem ducere ad domum vel ad ciuitatem, qui ducit intra, de quo dixi plenius in l. j. de nautra.

De agricolis, & cenſitis. *Rub.*

1 *Subſtantiua ſi duo ponantur in oratione idem importantia, vnum ipſorũ adiectiuatur.*

1 In gl. rubricæ ibi, adiectiuanĩ. n. n. ꝙ † vbi ponuntur duo ſubſtãtiua in oratione idem importantia, quod vnum ipſorum adiectiuatur per figuram endiadis vt in exẽplo Virg. Arma virum que cano, id eſt armatum virum, ſcilicet Aeneam.

LEX PRIMA.

1 *Argumentum à contrario ſenſu in iure validum eſt, & quando, nu. 4.*
In ius vocari poteſt tẽpore feriarum meſſium, vel uindemiarum, non occupatus circa meſſes, vel uindemias.
2 *Munera extraordinaria dicuntur, quæ non inducuntur lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione Principum.*
3 *Clerici præſtant canonicas functiones.*
5 *Immunis à muneribus ſi aliqua ſponte ſoluit, non obligatur ad munera alterius generis.*
6 *Statutum puniẽs trahẽtem Peruſinum ad curiam eccleſiaſticam, non habet locum in trahente ſponte.*
Statutum puniẽs extrahẽtem ſanguinem de manu dextra, non habet locum in Barbitonſore à uoluntario extrahente.

NVnquam. Tẽpore quo agricola inſiſtit ſectionibus i. meſſis, vel vindemiæ, non vocat ad munera extraordinaria. h. d. Hęc lex de ꝯſuetudine non obſeruat in Italia in ruſticis, & colonis noſtri tẽpis. teſt rõ, qa tales coloni nõ ſunt cẽſiti vel alio
1 mõ terræ adſcripti. & eſt arg. huius l. † à ꝯrio ſenſu, ꝙ eſt validũ
a qñq.[a] vt j tit. 2. l. 2. ꝙ non occupatus ad meſſes, vel uindemias poſſit vocari in iuſ tpe dictarũ feriarũ, ſicut hic agricolę uocãtur ad munera tpe meſſis, & uindemiæ. qñ nõ inſiſtunt terrę; de quo no. p gl in l. j. ff de fer. & hoc in gl Ad euidẽtiã aũt ſcias,
2 ꝙ † illa dũr munera extraordinaria, q̃ nõ inducunt lege, vel Senatuſconſulto, vel ꝯſtõne Principum, & iſtud eſt infallibile. qñq; tñ licet indicanĩ lege, non ſunt munera ordinaria, vt puta ſi indicanĩ per l. ob neceſſitatẽ obuenientẽ. illud. n. munus ordinariũ eſt qđ ꝑ legem & Senatuſcõſultum, vel cõſtõnes Principũ inducitur tpe ordinato, puta de anno in annum, de quinquẽnio in quinquenniũ, vt s. de va. mu. l. j. & de iud. l. j. de ſuſ ind.
3 l. j. In ea gl. ibi, cum clerici ꝑſtant. no. † clericos pręſtare debere canonicas functiones: de quo in l. placet, hic alle. In ea. glo. ibi,
4 nec enim ſp, no. ex hac particula, ꝙ † argumentum à ꝯrio ſenſu, nõ eſt ſp validum in iure. In ea. ibi. q̃ ſunt ꝯ. Sol. Speciale eſt in caſibus illarum legum, & ſic non ob. ibi. In ea. gl. in fi. no. ꝙ
5 † immunitas à muneribus, ſi qs ſubit ſponte non obligatur à munerib. alterius generis, ſiue ea ſubit ſciens, ſiue ignorãs, de quo in l. pe. s. de his q ſponte mu. ſub. Item gl. inuitus, ibi, ex ui
6 uocabuli iungunĩ, no. ad † ſtatuta diſponentia, ꝙ nullus trahat Peruſinum ad curiam eccleſiaſticam ſub tanta pœna. Nã hoc non hẽt locum in trahente ſponte, ſed inuitum: quia hoc eſt ui uerbi, vt hic no. & ẽt utile ad qõnem ſtatuti dicentis, quod qcunq; abſtraxerit ſanguinẽ de manu dextra puniatĩ. Nõ enim
b punitur barbitonſor,[b] qui trahit ſanguinem à voluntario, & hęc eſt quæſt. o Ray diſputata Bononię.

ADDITIONES.

a Quandoq. Et an, & quando vide Fel. in c. j. dist. j. & in c. a nobis. de ſenten. exc. ibi no. ꝙ argu. cũ multis remiſſionib. poſitis ꝑ me in apoſt. in d. c. j. diſ. j. Adde Ant. Corſ. in ſing ſuis in ver argũ, & quod dixi poſt Gul. de Cun. in l. conſuetudinem, ... in ver ſemper ergo concluditur. ſupra, de epiſ. & cle.
b Ale. Punitur barbitõſor. Vide Barto. idem tenentem in l. oẽs populi. in 6. q. prin.

& in l. non dubium ff. de leg. per Bal. in l. Gracchus. de adul. & in l. Decuriones de infami. & in authen. ingreſſi. de ſacroſan. eccl. vbi dicit ſe medico, Iac. Butr. & Doct. in l. quamuis, de in ius voc. Ang. illud dictum limitat, ſi ex cauſa ille fuit phlebotomatus, ſecus ſi ſine cauſa pateretur ſe per eum,. quia tũc percuſſor teneretur, arg. l. liber homo, la j. ad l. Aquil. Hoc idem voluit Bart. in l. 1. §. vſque adeo ff. de iniurijs quem referunt, & ſequuntur Moderni in l. quamuis.

LEX II.

1 *Venditio ſi prohibetur pacto fieri ob vtilitatem publicam, non poteſt cum authoritate iudicis fieri, ſecus ſi ob priuatam.*
2 *Pactum, vel ſtipulatio contra bonos mores, quod non firmetur iuramento.*
3 *Prædium minoris etiam ſterile, non alienatur ſine cauſa.*
4 *Colonus, qui ex forma ſtatutorum non poteſt prædium deſerere infra quinquennium ſub pœna, licitè deſerit ſi eſt factum ſterile.*
5 *Colonus poteſt fundum deſerere, ſi dominus ipſum moleſtet in cultura, vel pacta innouauit.*

Si quis. Nõ põt quis vendere prędiũ, & eius retinere agricolas in prædio exiſtẽtes. h. d. In gl. ibi, ꝯ publicam
1 vtilita. ex hoc patet. ꝙ † ibi venditio rei inhibetur alicui ꝑꝑ pub. vtilita. ꝙ ſicut priuata pactione non poteſt fieri vẽditio, ita ẽt nec authoritate iudicis: ſecus ſi ob vtilitatẽ priuatã fiat ꝓh bi-
2 tio. In ea. gl. ibi, itẽ nunqd &c. No. ex hac gl. ꝙ † ſicut pactũ contra bonos mores non firmat ſacramento, ita nec ẽt ſtipulatio. De quo in l. non dubiũ, hic alleg. & in l. ſtipulatio hoc mõ. de verb. obl. ff. de fideiuſ. l. cũ lex. in gl. vtiles ibi. Rñdeo, idẽ ex hac gl. argumẽtari põt, ꝙ ex quo ꝑdij minoris interdicta eſt alienõ
3 abſque cã, qđ † tal ꝯ interdictio locũ hẽt etiam ſi prædiũ ſit ſterile, vt hoc ꝑdium non alienet abſque agricola, & cenſito. Pro quo vide, ꝙ no. in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſ. & ff. de re. cod. l. magis puto. §. nõ paſſim. In ea. gl. ibi, ecõtra colonus. &c. No. ex
4 hoc, † quod coloni[a] noſtri tpis, qui ex forma ſtatutorũ nõ pñt in-
a tra quinquẽniũ culturam agrorũ deſerere, hoc ſtatuto nõ obſtãte impune deſerent, ſi terra eſt effecta ſterilis, vt hic, & l. cor.
5 alle. in gl. Item † poteſt deſerere, ſi dñs eum moleſtat ĩ cultura, aut eum dominus innouauit pacta, vt j. e. l. cum ſatis. §. caueãt.

ADDITIO.

a Ale. Quod coloni. Sequitur Lud. Ro. in §. de viro. l. ſi vero. ff. ſol. mat. in 1 limitatione primæ partis, & limitat primo non procedere in colo Reipublicæ habente non ſolũ agros ſteriles, ſed alios fertiles, quia nõ põt deſerere ſterilia, niſi deſerat fertilia, te. t. eſt no. in l. q. vtilia. de oi agro deſerto licet hoc facere poſſit colonus priuati. l. vniuerſi ſecundum vnum intellect. de fun. patr.

LEX III.

1 *Cõceſſo acceſſorio inſeparabili à principali, videtur principale cõceſſum.*
Idem quando conceſſio eſſet inutilis.
2 *Occupans prædium deſertum, vſque ad quantum tẽpus poterit moleſtari.*
Seruus vagus, dicitur quando eius dominus eſt vagabundus.
3 *Vagabundus quis dicatur, remiſſiuè.*

Quiſquis. Facta donatione ſeruorũ fundi per Principem, uidetur facta donõ fundi & iõ donatarius ad tributa fundi tenetur. Item ſi aliquis occupauit ſeruos ꝑdij deſerti dño patiẽte. h. d. Ex hac lege apparet regula gñalis,
1 qđ † vbicũq; alicui eſt acceſſoriũ[a] inſeparabile à principali ꝯceſ-
a ſum, qđ vĩ conceſſio facta ẽt principalis, vt hic, & ecõuerſo. l. 4. §. fi. & l. vlt. de ſerui. ruſt. ꝑdio. ſecus ſi ſit ſeparabile vnũ a reliquo. Item ubi nõ ꝑt fieri ſeparatio, ſi fuerit principale ꝯceſſum tñ abſque acceſſorio, ita ꝙ nõ cõprehendat acceſſorium, vel econuerſo. vt d. §. fi. & ideo hic conceedens ſeruos inſeparabiles à prædio, conceſſio eſſet inutilis, niſi Princeps ꝯceſſer ſ ex certa
2 ſciẽtia & no. in gl. Vltimo no. ex antepen. gl. de eo † q occupat fundum alterius deſertum intra quãtũ tẽs inquietari poſſit. In tex. ibi, vagos Et no. hic appellari ſeruos uagos, licẽt in ſi ſtant terræ. qñ dñs eorum eſt vagabundus, qui terrã deſeruit. Et not. ꝑ
3 eo, q. l. quærimus, quis dicatur vagabũdus eſſe. De quo vobis dicam plenè in l. , infra. de Tyro. lib. 12. vbi eſt caſus, & no. in l. nemo. de re mili. infra. lib. 12. ff. de dam. infec. l. 4. §. abeſſe.

ADDITIO.

a Menoch. Eſt acceſſoriũ. Facit ꝙ tradit Rip. l. 1. §. ſi qs ita. nu 49 in fi. de ver. oblig.

LEX IIII.

1 *Statutum, quod colonus teneatur ad gabellam pro recollectione fructuũ pro domino, non valet.*
Statutum, quod coloni clericorum pro eis teneantur, non valet.
2 *Procurator aſſignans in cataſtro pro domino, non tenetur ad collectas.*
3 *Collectas, cenſus, & data ſoluit, qui prædia ſuo nomine poſſidet.*
4 *Coloni, cenſiti, & adſcriptitij liberi ſunt, & proprium habere poſſunt.*
4 *Dominus non tenetur ſoluere collectas pro poſſeſſionibus famuli.*

Hi penes. Dñi nõ coloni, vel cenſiti pro eorum ꝑdijs tributa ſoluere tenentur. Ipſi tñ coloni, vel adſcriptij pro fundis, quos habent, tributa perſoluent. h. d. Not. ex
1 prin. huius l. quod † ſtatutum diſponens, quod ad ſoluendũ gabellas recollectionis fructuũ teneantur coloni ꝑ dominis, non valet, ſicut de non ſubditis, ſicut eſt Peruſij, quia fuit factum
2 quoddam ſtatutum[a] in odium clericorum, qui cũ non poſſent cogi, inductum fuit, vt coloni teneãtur ꝑ eis: quod eſt iniquũ, & iniuſtum. Nam coloni non tenent. Nec teneri, dẽnt ꝑ domino

ADDITIO.

a Menoch. Statutum. Barb. conſi. 29. col. 1. lib. 4.

a no,nec vrgeri poſſunt p hanc leg.Ea hoc patet q † ille,qui aſſignati facit in cataſtro aliqua bona tanq̃ ꝑcurator alterius, nõ põt cogi ad data,& collectas,ſed dñs eſt vrgendus. Itẽ ex hoc
3 patet,quod † ille dr̃ vrgeri ad ſolutionẽ cenſus, & datiorum & collectarũ,qui ſuo nomine prędia poſſidet,& in libro cẽſuum nomine proprio reperit adſcriptus. Pro quo facit in Auth de
4 collationi §.nullus autẽ,& s̃.de anno.& trib.l pro locis † Item per hanc l.patet,quod coloni.cẽſiti.& adſcriptij, poſſunt habe
5 re propriũ,& poſſidere,& quod ſunt liberi, & non ſerui. † Itẽ facit,quod dominus non tenetur ad collectas pro ſuo famulo,
a quæ imponuntur ratione ſuarum poſſeſſionum.a

ADDITIO.

a Poſſeſſionum Limite in Bar.in l.colonos la.j. eodem in ea l.no in fin. Adde ad hoc per Bald.& Angan l.j.ſupra de in ius u. c.ut & Bar in l a. de his,quæ pœnæ. e.o.Bal.in l.j.ſupra de indi.vidu.ad fin in l. j in prin.ſupra, de epiſco & cler. & in l. Auth in r canonum.& Ioan.in l.hæres meus §.fin.de cond. & demon. a ide tex.i.u,libris cenſualibus.

LEX V.

1 *Cõſuetudo ſi ſit in Ciuitate,quod quilibet conductor teneatur in feſto Natiuitatis dare vnum par caponum,comprehendit conductorem,qui conduxit prædium pro præſtatione frumenti.*
2 *Conductor,qui annuatim tenetur dare decem corbes frumenti, tenetur dare de illo, quod naſcitur in illo prædio.*
3 *Conducens prædium ad colẽdum,ſi nihil ſit ſtatutum de reddito, tenetur ſecundum prædii qualitatem.*

Domini prædiorum. Si p certa portione frumẽti locatio eſt facta, tenetur colonus ad ipſum, non ad præſtationem pecuniæ, niſi conſuetudo ſit vt non obſtante pacto pecunia ſoluat h.d. ſecundũ
1 vnã lecturam Et no.ſignatum caſum per quem patet q † ſi cõ-
a ſuetudo a eſt in Ciuitate q̃ quilibet conductor ſoluat domino prędii in feſto Natiuitatis Domini vnum par caponum, q̃ ad huius præſtatiunẽ tenetur conductor, qui accipit prædium p præſtatione frumenti.Itẽ no.illud,quod dicit, id q terra pſtat.
2 Nã ea hoc patet, q † colonus,vel conductor, qui noĩe conductionis tenet annuatim dare decem corbes frumẽti,vel grani, tenet dare de grano,quod naſcitur in illo prædio. No etiã glo.
3 prælega. i.l pro. xi.in uer.Item ea hoc patet,quod † quando aliquis accipit prędiũ ad colendum & nihil ſtatuit de reddito, quantum debet reddere domino prędii, tenetur ſecundum prædii qualitatem hæc eſt veritas licet quidam dicant aliud.

ADDITIO

a Ale.Cõſuetu lo. Adde tex.in l.quod ſi nolit. q qui aſſi lea. ff. de æd. edi. & in l.ſi fundus.de euicti circa ſupra,de loc.& ibi a l ex ea parte in princ. ff de uer. ob.&. aliquid per eundem in l si petus § . de ope nou.nunc.& Bal.in tit de pace Conſtan.in u.bo,ſicut antiquo tempore.uai dicit, quod in præſcri ſenda conſuetudine,non eſt neceſſe oſtendere tit. allegat Io. in l uic.j de reſcri in 6 uide Bar in l nemo,& quod ibi ſcripſi,de dano re Bal.in rub de ſi inite quod notarius in dubio intelligitur rogatus ſecundum conſuetudinem loci Adde Ial. Ial ſi e.o.u.Ro.no.2 1.

LEX VI.

Omnes. Adſcriptitius colonus, vel inquilinus fugiens, nõ obſtante cõditione ſcaus,vel alia,redire cõpellitur ad prędium, unde fugit,per prçſidem h.d.

LEX VII.

1 *Caſus,in quo vendens rem,& precium recipiens,poteſt rem uendicare.*
2 *Dominium non tranſit ex contractu ſimulato.*
Poſſeſſio transfertur ex contractu ſimulato.
3 *Præſcribere cum mala fide,quod ille præſumatur,qui habet titulum ſimulatum.*
4 *Lex pœnalis & odioſa,extra propriam ſignificationem extenditur fauore Reipu.*
Si ſtatutum puniens facientem,comprehendit fieri facientem.
5 *Alienatio ſi prohibeatur, quando dicatur prohibita hæredis inſtitutio,uel legatum.*
6 *Bona ſubiecta fideicommiſſo,alienantur etiam pro redemptione ſuæ perſonæ.*
7 *Colonus adſcriptitius transferri de loco ad locum an poſſit.*
8 *Miſſio in poſſeſſionem ex primo, uel ſecundo decreto in re libellaria,uel emphyteutica,ad inſtantiam creditoris fieri poteſt.*
9 *Indiuiduum dicitur irritum in totum,ſi pars eius irritatur.*
10 *Emptor,quando contractus eſt a lege reprobatus, ſi eſt precium ſtipulatus in caſu euictionis,re euicta illud petere poteſt.*
11 *Emens rem à furioſo,vel ab eo cui bonis eſt interdictum , quod præſcribat longo tempore.*

Quemadmodum. Sicut coloni originarii abſque terra non alienantur,ita nec cenſiti:& non licet vnicuique minimã partem fund. tenẽdo, & maiorẽ uendendo,retinere dictos cenſitos.Item vẽdens totum fundũ,omnes eius colonos transferre tenetur:vendens partẽ,illos,qui in ea parte ſteterunt,trãſferre:& ſi ſecus emptio fuerit vel uẽditio celebrata emptor preciũ pdet,& vẽditor poterit rẽ vendicare, & etiam hæres eius, ſubmota longi tẽporis præſcriptione.Item quilibet intelligit malæ fidei poſſeſſor, qui contra legem mercatur.h.d. Et prædictis patet, q hæc lex diuidit in ſex partes.Secũda ibi,neque verò. Tertia ibi, ſed cũ ſoliditas Quarta ibi,& emptor.Quita ibi,& ſi aliqua Sexta ibi, ma
a lę fidei a No.† caſum,in quo vẽdẽs,& precium recipiens vendi
1 care poteſt rem venditam.Et eſt ſpeciale hic,ob vtilitatẽ Reipublicæ,& ne agrorum cultura deſerat S imile habes ſ. de ſacroſan.eccle l.iubemus.& de precib.Imp.offe.l.2.& l j.de patrib.q fil.diſt.& in Auth de al e.circa princ §. nõ autem. & s̃. de fide inſtr.& iure haſtæ fi l pen Regulariter autẽ qui uendit, & precium recipit,a vendicatione ſubmouet ex regula generali, qa contra factum ſuum qs venire non poteſt, vt l. j oſt mortem. ff de adopt qa quẽ de euictione tenet actio,&c.vt l.vendicãtẽ, ff.de eui. Non obſtat,qa hic vendendo contra prohibitionem legis delinquit,ſicut emptor emendo,per quod videtur vẽditorẽ ſubmoueri debere,cum in pari cã turpitudinis,potior ſit cã poſſidentis,vt in regula iuris.in 6 capi. in pari. patet q eſt ſpeciale hic ob Reipublicæ fauorem ne agrorũ cultura deſeratur vt incitet gl in verbo.agnatione.q̃ no qa limitat illam regu-
b lam.b Secũdo no.ea hac litera,q̃ dicit huic venditori vendicationẽ pcedi,& infra appellat huiuſmodi vendicationem ſimula-
2 tam,quia per hoc patet expreſſe,quod † ea pctu ſimulato non traſit dominiũ.Cõcor.ff.de aqua plu.arcen.l.emptor, ſed bene tranſit poſſeſſio,quod apparet,quia pceditur vendicatio, quæ non datet,niſi eſſet tranſlata poſſeſſio,cum iſtud ſit extremũ, q requiritur ea parte ꝑuenti,vt l.vna.s.de aliena.iud mu. cau. fac.& Inſti.de actio.§.1 In tea.ibi,malæ fidei nãque No ea hoc
3 ver.quod † ille qui pſcribit, ſemper pſumit præter bere bona fide,& in hoc ſtat ſuæ aſſertiont,vt no.gl. Inſti de actio. §.j tamen hoc eſt verum, qñ pręſcribens non habet titulũ reprobatum à lege Sed ſi poſſideret cum titulo reprobato, ſemper præ
c ſumit malæ fidei.c Ad quod facit quod no.ſupra,de fide inſtrumentorum,libro a.l.j.& ff de fideiuſſo l.cum lex in gl.ibi an g
4 ratuitate.ibi ſtatu liberi.§.ſi.Ex hoc patet,q licet † lex pęnalis,
d & odioſa eẽ ſignificatum propriũ nullatenus d extendat, vt l.eum q dam ſuę allega.& ca. odia. de regu iuris in ſexto. tñ vbi extenſio tendit ad fauorẽ Reipublicæ, ita debemus ipſam extendere,ſicut legẽ fauorabilem.Et ideo cũ pertineat ad fauorem Reipublicę punire maleficia.ad hoc vt prouincia in quiete remaneat,vt l congruit.ff de offic.p ſid. ff. de iudic. l. ſi lõgius.§.ſi ſi inſſanit:ꝑęna ſtatuti puniẽntis facientem maleficiũ
e puniet fieri faciens.e & dẽt extẽdi ſi facit fieri,ff de iuriſdictio
f ne omnium iudicum l.ſi qs id quod . cum ſimi.f In ea.glo.de ter.expor.l.a.obligatio,ꝑ quam impediat cultura eſt improbata in legibus precedentib.ſecus ſi p eã nõ impediatur,vt d.l.In ea glo.ibi,l.ſi quis inquilinos eſt ſpecialr in illis adſcriptitiis terrę,ob Reipublicæ fauorem,vt noo al enenrẽ in vltima volũtate,vt d. l. ſi quis inquilinos. Regulariter autem qñ alienatio ſimplicit prohibetur non videtur eſſe prohibita in vltima volũte,quaſi ſit neceſſaria,vt l ex hoc edicto.§ alienare ff.de alie.
5 iud mut.cau.fac.& l.j.ff de fund do.vbi vero † alienatio eſſet ꝓhibita in certã pſonã ind ſtinctè.tũc ẽt legatũ, & hẽdis inſtitutio vt in eo ꝓhibita,adeo q tal ꝓhibitus curare det ne ad eũ ꝑueniat res,ẽt ab inteſta vt no.in l ſi ita qs.§.ca.l ff.de uer. obl. Vbi vero alienatio ẽ ꝓhibita i qbuſdã,i cęteris vero videat ꝓhibita,tũc in ultima uolũtate nõ ĩtelligeret ꝓhibita,vt d l.ſi pater. § fundum.

ADDITIONES

a Ale.Malæ fidei In tex ibi,venditori ad repetẽdos ſeruos.Exemplum uide p Bart. in l per diuerſas in ſi.ſup.mãd in l.non dubium.de legib.per Bal & Doc.
b Ale.Regulam.Vide Bar.in l.poſt mortem,de adoptio Bal in l creditoribus.de ſeruo pig.da.nia per caſum in c.diuerſis fallaciis.de cleric coniugat.& in c.ſi quis , reſbyterorum de reb.eccle.non alien.no.per Bal in l.j.de ho. cauſa , & in c. noſtri. de electio.
c Malæ fidei Mala fides,vel bona,an & quando præſumatur, & ex quibus inducatur , vide late per Fel in c.ſi diligenti.de præſcri. in veri. inquantum Abb. cum ſequent.
d Menoch Nullatenus Bar in l.a § exercitum.ff.de his,qui no infa.Dec l.a.imp.nu. 22. de reg.iur & in l.qui ſe patris nu 26.C.vnde liber.Iaſ.in d l. ſi quis id quod, nu.36.in fi.ff.de iuriſd.om.iud.Iaſ l.ſi certis annis.nu. 3. in fi C de pactis a nec conciliat Alcia.paradox.lib.5.c. in ſi late Cor e in Repet ſuo in verbo,extenſio.inet licet late Dec.conſi.65.nu 3 cõl 72 nu.2 in fi.l.uii.C.eau de antiq.temp. 4.par lib 1.parti Cur ſen.conſi 50.col.19 cir prin.Dec.conſ 600.nu.3.& col. ſeq.nu 3.4 declarat pulchre Neuir lib. Syl.nup.nu.47.verſ intelligo,& 2.regul. Baib conſi 48 col.col 1 lib 2.Didac lib.j varia.reſol.c 2.nu.5.cir.med Chaſſ cõl. j in j præſupp nu.17.
e Fieri faciens.Ad quam materiam uide tu Fel. in c quanto. de ſenten. excom in prin. ver non omiſſo cum ſeq & ad id,quod dicit hic Bar.quod lex pœnalis extẽditur fauore Reipu adde Bal.in l.qua actione §.ſi in collectione , ad Aqui. in ver.quæro dicit ſiauerum.
f Ale.Cum ſimi Adde q fauore Reipub fit extẽſio , vbi alias eſt prohibita. Adde tex in l hoc modo de cond.& dem.& Imo in l cætera § ſed & ſi quis , de leg.j. nec ſit extenſio,etiam in pœnalibus ubi eſt eadem ratio.in c j. § porro in ci. q ſue.pri.cau.be.amit.in l ſi quis id,quod.in prima glo in fi. ff.de iuriſdictio. omnium iudicum quod limita , niſi eſſet aliquod ſpeciale inductum in fauorem, ſeu priuilegium alicuius,vt eſt gl in §.item mixta Inſtit.de act & no.Bal in d §. porro Item fit extenſio in pœnalib.vbi tractatur de fauore animarum.Io.An.& Abb.in c.ex tenore qui filij ſint legitimi & Doc in c pro humani §. ſi de homi. lib 6.vbi alleg gl.no in c licet.canon.de electio.in 6.Item Abb in c. quæ ſunt. de diuor Io.An in c.j.de homi.in 6 & Abb in c inrauit de probat. alleg. c. cum dilecta.de confir.vti.vel inuti hoc gl in auth.iacta pub. ſupra,ſi adu. vtra. & vide vbi fauore animæ ſit ſit ibi , & no.in c.ſina de præſcrip. quæ extenditur in reali,& perſonali fauore anim.

a §.fundum.&d.l.Lucius.§ j.hic alle. In ead.gl.ibi.an ꝓpter fa-
6 mem no.arg.ꝙ † occaſione redemptionis ꝑſonę quis pôt alie-
nare bona ſubiacentia reſtitutioni,& alienari ꝓhibita.Si.n.pôt
alienari propter famẽ,ergo eodem modo,vt perſona rediniaẽ
vtrobiq;.n.de redemptione, ſeu conſeruatione ꝑſonæ tractaĩ,
Facit l.a.hic alle de pat.q fil.diſt.§.cõmunia de le.auth res quæ,
7 & in corpore vnde ſumiĩ.In ea gl.† ibi.transferri poſſit,tráſla-
tio de loco ad locum non eſt alienatio,& iô poſſet fieri, ſicuti
pôt fieri diuiſio fundi prohibiti diuidi ꝑ ſepes.& foſſata.gratia
vberioris culturæ,q̃a non eſt diuiſio ſeu,vt alienatio,no.gl.in l.
iubemus.in prin.§. de ſacroſan. eccl. & no.in l. ſi quis duas. ff.
communia ꝑdio.Et pro hoc facit de hære.inſti.l.ex facto la grã-
de.In ea gl.ibi,ſed dicas ꝯ dilig̃ter no.hãc partẽ,ex qua videt,
8 quod † in fundo liuellario prohibito alienari, creditor ſe non
poſſet mittere in poſ ꝙ eſt verum vt duret apud eũ poſſeſſio ꝑ
petuò,ſed vt duret durante iure debitoris ſic,vt no.gl.in l. fini-
ta §.ſi de vectigalib.de d.i.infe.Nec obſtat hæc lex,q̃a ſpeciale ẽ
in agricolis.Vel dic ꝙ qñq; creditor deſiderat mitti in rẽ liuel-
lariã ob debitũ imminens rõne Re.pub.puta,q̃a domus liuella
ria minatĩ ruinam,& tunc quia hoc onus rem concernit, enĩ
vt ꝑpetuo duret,& teneat,fieri poterit,vt d.§.ſi de vectigalibus
Sed vbi debitum nõ ꝯcernit rem liuellariam,ſed perſonã eius
ꝯ quem miſſio,deſiderat,tunc poterit fieri miſſio in rem liuel
lariam reſpectu iuris.ꝙ debitor habet,vt duret eatenus. quate-
nus durat ius ipſius.Et eſt rõ,quia creditor nõ poteſt ꝯſeq; plus
q̃ habeat ipſe debitor.In ea gl & imputet ſibi.Hæc ẽ uera, nec
ob.l.in contrarium alle.ſi rectè inſpiciaĩ.quia in eis principale,
& acceſſorium non petebant ab eodem.ſed à diuerſis,& ideo
pro acceſſorio nouum pretium ſtatuit Nec obſtat, quod du-
plex damnum ſenſit venditor.q̃a imputet ſibi cur ſic cõtraxe-
rit,vt ff de pac.l.veteribus.In eadẽ ibi,arg ꝯ.de ꝯh empt.l.dolia
Sol ibi dolia poterant vẽdi ſine terra.ſed non ita cenſui In ea,
ibi,ꝯditione ex hac l ſequens opi.vera eſt.In ea.ibi,vel dic nõ
valere hæc verba,q̃a de facili fraus fieri poſſet vẽdendo omnes
ſeruos cum vili parte eius fundi.In ead.in fin Not,iſtam reg. ꝙ
9 † irritata parte indiuidui,irritaĩ & totum.facit ff fami.erciſcũ.
l.in hoc iudicio.in gl.reddit.ibi,eccleſiæ reddit,ſed aliud in ec
cleſia,q̃a eius fauore alienatio eſt interdicta, ſed hic non eſt in
terdicta alienatio fauore venditoris, ſed Reipubl. iõ pretium
debeĩ fiſco.In ead.gl.In fi.No.diligenter hanc particulam . Ex
10 qua hẽs,ꝙ vbi ꝯtus † eſt reꝓbatus à lege:iñ ſi in caſu euictio-
b nis emptor eſt ſtipulatus ſibi pretiũ recuicta,illud petere pôt.b
In gl.ſciens.ibi.quo ad ꝑſe.Not ſingularem doctrinã, ꝙ vbicũ
que quis emit rem prohibitam rõne perſonę,vel rei, ꝙ ſciens
præſumitur ſcire quo ad hoc.vt non vſucapiat ſpatio longi tẽ-
11 poris.Et pro hoc patet,ꝙ † emens à furioſo,vel ab eo,cui bonis
interdictum eſt,non vſucapit rem ſpatio longi tẽporis, q̃a præ-
ſumiĩ in dubio quo ad præſcriptionẽ,ſciuiſſe illum furioſum,
vel prodigum. Sed ꝯ hoc facit ff. pro empto. l. qui fundum. §.
q ſciens & l 2.§.ſi à furioſo eo.tit.& l.ſi quis cum ſciret. Et hoc
eſt verum.Non obſtat gl.iſta,quia loquiĩ quando res eſt prohi
bita alienari rõne ſui ſubiecti,ſecus ſi rõne perſonę uendentis
vt in contrario.Vide gl.in l.2.C.de vſuc.pro emp per Doct. in
l.filiusfa.§.diui de leg j.

ADDITIONES.

a Ale.Hic alle. Adde tex.in l.peto.§ fratre.de le.j & l.j & l.filiusf.§.cum pater. de
leg j.& ibi per Bar.in l. ſi ita quis.§.ea lege.ff de verb obl.& tex.in l ſi Rutilius.
§.de teſt.mil.ri vbi prohibitum alienari inter viuos , dicitur prohibitum alienari
io vltima volun.quod intellige verum,ſecundum quod dicit Ang. in l. cum hi.
§ ſi cui ff.de tranſa.vbi dicit,qñ prohibetur alienatio, & ſimiliter permutatio,
pp ſimilem rõnem hẽt dõis abdicationem,& Pa.de Ca.in l.voluntas.§.de fideic.
& limita,niſi ſubeſſet neceſſitas,vt hic Bar.Item fallit in d. l. voluntas. Item in
auth.res q.§.cõi.de leg & l.molier § cum proponeretur.ad Treb.& no Bar. in l.
filiusfa.diui.in 2 q. de le.j. Adde quod prohibitus alienare non poteſt dare pro
anima,vt c.j § alienare qual.olim.feu pot.alie.Item adde ꝙ prohibitus alienare
ſub pęna,ſi obligat omnia bona ſua,quia non incidit in pœnam,ut gñali obli-
gatione non veniunt prohibita,vt eſt caſus in c.j de Cap.qui cur.ven & Bald. in
d l.voluntas,voluit Bar.in l.codicillis.§ in ſubſtituto.ff.de le.2.& Are in l.ſeruũ
§.eidem ſeruus.de leg j.Item quod prohibitus alienare in perpetuum, intelligiẽ
vſq; ad quartum gradum,ſiue grauatur poſt prohibitionem,& non vltra , vt in
Auth. de teſt.fideic & ibi Ang.vbi ẽt dixit,ꝙ prohibitio extra familiam facta fi-
lio,non trahitur ad nepotẽ.Item an prohibita alienatione , ſit prohibita datio
jo emphyteuſim Ang.ꝙ ſic,in §. emphyteuſim.in Auth.de reb.eccl non alie.Itẽ
an ſit prohibita conceſſio vſusfructus ad vitam. Ang ꝙ non, in eo.tit § hæc igi
tur.Item an dicatur prohibita locatio ad longum tp̃s,uide Bar in d l codicillis.
§.in ſubſtituto.

b Ang Petere pôt.In gl.q̃ incipit,reddit.ibi,& dic ſciẽs.No.ergo , ꝙ dicit ſciens ad
hoc,ut aliquis puniaĩ rõne qualitatis infixæ alii,eſt neceſſe,ut ſciat illam quali-
tatẽ,alias non puniretur,vt dixi ſupra,de fab.in l nullus,& in Auth de eccl tit.
§ ſi.Facit optime,ꝙ no.in l 1.ff.de receptato & ff.de parric.l vtrum. Et hoc ſine
dubio verũ eſt,qñ quis agit actum qui eſt de gñe permiſſorum, ſed ubi aggrede
retur actum prohibitũ,teneret,licet ẽt qualitatẽ ſuã ignorauerit,qm̃ debuit eã
explorare,& non explorando fuit in culpa,merito tenetur,vt l. in furti , §.ope.
ff.de furt Et hoc credo uerum , ubi pœna pecuniaria uenit imponenda , ſecus
autem ſi corporalis debeat irrogari,quia in illa culpa non ſufficit , cum in cor-
poralibus lata culpa non æquiparatur dolo Adde do. Alex de Imol.in l.quod Ner-
ua.per illum tex ff depo. & tex.in l. in actionibus. ff. de in lit. iurand. in quibus
lata quod æquiparatur,ſed non ſemper vide l.ud Roman ſing uerſi dolus. &
late Alex.vbi ſupra , ad fi. dicunt quod ſi in libello deducatur , & probetur
lata culpa,non ſufficit,ſed ferri debet abſolutoria,tunc æquiparantur dolus &
lata culpa. Ad ꝙ adde gl.in l.illud,uer.hoc iudicio ff de lib.e cau.& Bal.in l.2.C.
de proba & nunquam quis poteſt corporaliter puniri niſi dolus interueniat.
Adde Ant.de But.in c.2.de conſt & d.Alex.in d l ꝙ Nerua ff.depo. & in l. 1. ſi
quis ieſt h ubi dicunt,quod qñ dolus de iure communi ad commiſſionem pœ-
næ requiritur,tunc ſufficit culpa lata,& ad id quod in pœnis corporalibus re-
quiratur dolus,adde Bal in l quibuſcunque. C. de ſer. fug. ſed quid in ſtatuto
ſimpliciter diſponente in delictis,an requiratur dolus,dic quod ſic, nec poteſt
ſubaudiri,etiam ſi pœna ſit grauis,ſed ſufficit lata culpa. Pau.de Ca.l.1.in fin.ff.
de leg.& Sal.l.ſi ſeruu C de nox & in l plagii.C. de plag & d. Alex.in l.3 §.ꝗ
pretor ff ne quis eum.ubi per Bar & Bal.& Pa de Ca in conſi.190.& cõſi 19.
Tex eſt in lege Cor.ff.ad l.Corn de ſica.

LEX VIII.

1 *Receptans bannitum etiam ignoranter,an puniatur.*
Hoſpes receptans bannitum ignoranter,ſiue notum ſiue ignotum,non pu nitur.
2 *Praſtans auxilium exbannito,quando puniatur pæna ſtatuti.*
3 *Parochianus fraudulenter fugiens de una parochia, & conſtituens ſe in alia,reſtituitur priſtinę cum omnibus decimis.*

Omnes profugi. Receptans colonum tributariũ
fiſci debentem domino cenſum
annuum ſciẽter,reſtituere ipſum compelletur domino,& etiã
cenſu nõ ſoluto,& etiam ſoluere fiſco tributa, ſi ita is receptãs
vſus eſt operis dictorum colonorũ gratis,alias cõtra ipſos fugi
tiuos habebit regreſſus.quibus non exiſtẽtibus non ſoluẽdo,
cõtra debitores ipſorũ recurritur.h.d.In tex.ibi, alienos eẽ no-
a uerit.a No ꝙ dicit, nouerit,q̃a ꝑ hoc patet, ꝙ receptans tales fu
gitiuos colonos ignoranter,non puniĩ.nec eſt cõtra ĩ. eo.l.ſer-
uos.ubi receptans etiã ignoranter punitur , quia quandoq; q̃s
receptat colonũ ignotum , & tunc punitur, quia imputat ſibi
1 cur non explorat eius conditionẽ,vt in ꝯrio.†Quandoq; quis
receptat colonũ notum, ſed eius conditionem ignorat , & tũc
non punit.ita loquitur hic,licẽt gl. iſtud ꝯrium nõ ſoluat. & ẽ
hoc utile ad receptantẽ exbannitos,vt receptans ignorãter nõ
b puniat,b ſi bannitus erat notus,& eius conditio ignota: ſecus
ſi erat ignotus exbãnitus,& eius cõditio.Imputatur enim rece
ptanti,ꝙ eius ꝯdõnẽ non explorauit,ut d.l. ſeruos. Sed hoc fal-
lit in caupone,& ſtabulario, vt non puniatĩ illũ receptãdo,q
penitus ignotus eſt:ex quo enim publicè hoſpitant nõ tenent
hoſpitantiũ conditiones inquirere, cum inuiti ad hoc cogan-
c tur,vt l.1.in fi.ff.ſur.aduer.nau. Vel dic,& melius. q̃ receptãs c
exbannitũ ignoranter,nõ punitur,etiam ſi fuerit penitus igno
tus tali receptanti,niſi in loco notorium eſſet iſtum eſſe bannitũ,
q̃a tunc receptans eſſet in lata culpa,vt in ca.1.de poſtu. ꝑla. &
in l.ſi.ff.de decret ab ordin.fac.ẽ.& ſupra , q & aduerſus quos.
l.1.& not.gl.expreſsè in l.1.ff de recep.Nec obſt.l.ſeruos.ĩ. e.q̃a
ſpeciale eſt in cenſitis.Ita fuit hoc anno ꝯſultũ in hac ciuitate.
2 cũ hęc quæſtio eſſet de facto.Item eſt utilis hæc litera, qu ia †il-
d le qui pręſtat auxilium d & fauorem exbannito, non punitur
pœna manus ex ſtatuto diſponente,quod præſtans opẽ exbã-
nito priueĩ manu.niſi in actionem,vel inquiſitionem ſit dedu
ctũ,quod præſtitit ei opem ſciens eum exbannitum, quod ne
e ceſſe eſt etiã probari e per hanc literam. Et pro hoc uidetur ca-
ſus ff.de parrici.l.vtrum.vbi pręſtans opem parricidio,punitur
ea pœna ſi fuerit conſcius,& non aliter, vt ſupra,de rapt virg.
l.vna.de epiſco.& cleri.l.raptores.& pro hoc ſupra, de fabricẽ.
f l nullus.& ibi dixi.f Vltimo no.ex glo.in uerſi.ab his,quod † pa-
g rochianus fugiens g de vna parochia, & collocans ſe in alia pa
rochia in fraudem,quòd reſtituitur priſtino parochiano,cum
omnibus decimis præſtandis.

ADDITIONES.

a Alex.Nouerit Per iſtum tex.alias obtinui in facto in q.an fructuarius ſoluens aſ-
fictum a ſtibutum io teſtamento,dicatur omni exceptione maior . Et dicebam,
quod non,quia æquiparatur colono,ut hic,& uidetur Saly.in l.ij cler.ſupra,loca
ji facit quod no Bal.in l 1 ſupra,de epiſc & cler.

b Men.Non punitur.Adde d Ale de Imo.in l.1 de recepta. Iac. de Are. Ange. &
Old.in Authen.de eccl titu § penul ad ſi Corſe.tuo ſing.in uerbo ſententia in
cap ubi lex.

c Ale Receptans. Adde Bar.in l.non omnes.§ ſi.de re milita.l. 1. §. penul de incen.
rui.nau.& l. 1.§.1.de recrip.& ibi ſcripſi Quid in muliere receptante uirum, vi-
de in l eos. de recepta. Quid in receptante alterius debitorem ne capiatur.&
Bal in l ſi.de ope.liberto.& poſt Bart. ſcripſi in l 2.ff.ad l.Iul.maie. ubi dicitur,
quod receptans tenetur in ibi,ſed hoc fallit.Adde,quod hoſpes poteſt dare ba-
nito comedere,nec tenetur l. Seiæ §. idem.ff. de fun inſtr.& in eadem ibi.§.fur-
ti.Et ibi uide Bart qui idem dicit eſſe in notat iu,limita tamen iſtud ibi, niſi eſſet
magna multitudo,quam tunc non tenetur recipere propter alios hoſpites.
vbi etiam alia multa uidebitis.

d Menoch Auxilium. Marſi practi.crim.§. conſtante nu 64. Deci.conſi.62. in fin.
Chaſſa.conſi. 5 8.nu.13.

e Quod neceſſe eſt etiam probari Adde glo ho sam , iuncto tex in l.1 ff de recep.
notata in l.1 ſupra,qui,& aduerſus quos.& Ale in l.1. ff. de recept. & dixi in a-
poſt.poſt ta. Rebeſ.in l .nullus.2.uer aliquem a bannitum ſup.de fabricen. illo li.

f Alexand Ibi dixi. Idem Aret. in maleficiis, in uerſic. Andream auxiliatorem &
Ange in §.iubemus.in fi Auth.de eccl ti.

g Angel.Parochianus fugiens Nota ex iſta leg : argumentum contra colonos no-
ſtri temporis , qui pacto ſtupro ua lunt ad colendas terras alio ire. Et propter
hoc poſſeſſiones remanent incultæ,ideo q quod dominus non poteſt poſſe a tri-
buta ſoluere.nam iſti coloni ad iſta tributa tenentur,imo etiam dominii prædio
rum,ad quæ gubernanda acceſſerunt,niſi q prouidentur.

LEX IX.

Immunitates. Immunitas iugationis, vel capitatio nis abſq; Principis authoritate cõceſſa, non tenet, ſed ad priſtinam conditionem reuocatur. h. d.

LEX X.

Cum antea. Ad euidentiam ſcias, quod olim tãtum pſtabant nomine capitationis vnus homo, quantum duæ mulieres. Imperator hic mandat, q̃d hodie pręſtent tantũ duo, vel tres viri, nomine capitationis, quãtum olim pręſtabat vnus, & quod tantum præſtent quatuor mulieres, quantum olim duæ. Et ſic patet, quod onus capitationis eſt diminutum pro dimidia in maſculis, & fœminis. Sed hæc lex eſt localis in quibuſdam locis.

LEX XI.

1 *Priuilegium Principis abſorbens in totum ius alterius, an ualeat.*
2 *Coloni originarij non liberantur ex priuilegio, nec ex cenſus nõ ſolutione.*

Originarios. Si originarius colonus culturã deſerat, nulla dignitas, vel authoritas eũ excuſa-
1 re poterit. h. d. Not. q † non valet Principis priuilegiũ, q̃d abſor
bet in totũ ius alterius: quod dic, vt no. in l. 2. ſ. de precib. Impe
2 rat. offeren. l. fi. eo. tit. Itẽ no. quod † coloni originarij non liberantur ex priuilegio, nec ex cenſu non ſoluto longo tempore, & ad aliquam dignitatem aſpirare non poſſunt.

LEX XII.

1 *Ignorans an puniatur, & qua pœna, remiſſiuè.*

Seruos. Adſcriptitij, & cenſiti penes dominos debent remanere, & ipſos ignotos receptans et ignoranter, punit. in 1. libris argenti, tenetur etiam receptans cũ altero ſimilis æſtimationis reſtituere. h. d. Nõ obſtat ſupra, eo. l. omnia.
2 & ibi dixi. Op. & videt, q † ignorans nõ puniatur, vt l. generali.
ſ. de tab. & l. omnes profugi ſupra, eod. Sol. vt ibi not. in prima ſolutio Op. quod alia pœna puniatur, quam hic dicatur, vt l. 1. & l. quicunque ſupra, de ſer. fug. dic, ut ibi.

ADDITIO.

a Alex. Adſcriptitij. An adſcriptitij ueniant appellatione bonorum. Ro. quod ſic, & alleg. l. talem § h. de hære. inſti. & Bald. in l. 1. ff. de lla. no. & in d. § fi. Et an liber ho. no. poſſit præſcribi, in adſcriptitii. dic quod ſic gloſ. in l. 2. de iud. & in l. ſi. ſupra, de præſcrip. lon. temp. quæ pro libe. non tamen vt ſit ſeruus, ut ibi no. gl. in l. 2. de ingen. manu. & ſi teneatur per mille annos, ut ibi idem glo. in cap. cum non liceat de præſcr. & quod Bal. d. de illo, qui tentus eſt pro ſacerdote per centum annos, vt non dicatur præſcripſiſſe ſacerdotium, in l. 1. ſupra de emanc. lib. hom.

LEX V.

1 *Colonus licet alienari nõ poſſit tamen de uno prædio ad aliud transfertur.*
2 *Filius quando ſequatur matris conditionem.*
3 *Colonus, & adſcriptitius in quo differant.*
4 *Item colonus, & inquilinus.*
5 *Filius natus ex homine meo, licet non ex fœmina mea, eſt homo meus.*

Diffinimus. Natus ex vtroq; parente cenſito, vel patre tantum cenſito, cenſitus eſt. Item ſi dominus duorum fundorum inquilinos vnius, transtulit ad culturam alterius, & ad diuerſos dominos fundi prædicti puenerit, dñs eius fundi, ex quo eſt facta translatio, tenet reddere domino alterius fundi, cum agnatione taliũ colonorum. h. d. No. q inquilinorũ, & colonorum penè eadem eſt conditio. Secũdo
1 no. q licèt † coloni non poſſint alienari, tñ poſſunt de uno in aliud prędiũ eiuſdem domini transferri. ſimil. ſ. de ædific. pri-
2 ua. l. 2. Opp. quod imo † matris conditionẽ ſequatur, vt ſ. e. l. ne d. uius Sol. Quidã habent in litera, vtroque vel altero, & tunc exponit utroq;: aliàs cenſito, & tunc reſponde ad cõtrarium, quod loquit̃ in cenſitis, qui ſunt ſer. hic verò ſunt liberi. alii habent vtroq;, vel neutro, ſecundũ hoc neuter eſt cenſitus, erat tamen vterq; adſcriptitius, quo caſu vterque ex parẽtibus eſt adſcriptitius, filius ſequit̃ cõditionem patris, & ita loquitur hic. Sed ſi ſolus pater eſſet adſcriptitius, mater uerò nõ, tũc matrẽ ſequit̃, vt in contrario. alii exponunt text. cenſito, id eſt adſcriptitio, & tunc expone, vt in glo. aliàs vel vtroq;, ibi. alii dicunt.
3 Quęro, † an differat in aliquo colonus ab adſcriptitio. Iſta gl. dicit, q ſic. Tu vero dic, vt no. in l. cũ ſatis. in prin. in gl. q̃ incipit,
4 niſi quadraginta. Item quęro, † an ſit aliqua differentia inter inquilinos, & colonos? gl. ponit tres opi. tene primã, quã approba
5 rũt Dy. & Pet. Vltimo iſta lex in prin. facit ad q. q † filius natus ex hoĩe meo, non tñ ex fœmina mea ſit homo eius. Ad idem facit ſ. de muri. l. fi. & infra, eo. l. ne diutius & l. mulier. & l. fi. De hac q. hic, vt in Spec. de feu. §. 2. ver. quinto quæritur.

LEX XIIII.

1 *Cadenti à poſſeſſione quæ remedia dentur.*
2 *Agenti poſſeſſoria recuperandæ, ſemper fit reſtitutio poſſeſſionis, antequam cauſa proprietatis cognoſcatur, ſecus in aliis poſſeſſorijs.*
3 *Libellus in poſſeſſorio recuperandæ requiritur.*
4 *Remedium capitu. reintegrandæ, habet locum etiam in rebus priuatorum, & laicorum.*
Item pro iuribus incorporalibus.
Item competit etiam detentori.

Si coloni. Colonis bona fide poſſeſſus fugiens ad aliũ, reſtituetur primo bonę fidei poſſeſſori, & poſtea cauſa originis agitatur. h. d. Vel aliter, ille, ad quem peruenit poſſeſſio cum vitio, eam reſtituet priſtino poſſeſſori, licet careat iure. h. d. & eſt no. hæc lex. qa vbi quis cadit à poſſeſſione, & nõ habet ius quo mediante præſcribere poſſit, ſiue ſit poſſeſſio rei mobilis, ſiue immobilis poteſt ipſas petere condictione ex hac l. dum tamen ad nouum poſſeſſorẽ peruenerit cum vitio, & non aliter. aliud autem remedium cadenti à tali poſſeſſione nõ competit. Nõ enim poteſt agere rei vendi. uel Publiciana cum non eſſet dominus, vel quaſi, niſi haberet aliquod ius in re. vbi autem poſſeſſio peruenit ad alium abſque vitio, iũc nullũ videt dare remediũ cadenti à poſſeſſione, ſecũdum And.
1 de Bar. † Sed tu dic, quod forte duplex eſt remedium. Primũ, vt agatur iudicaria, pro illa poſ. vt l. 1. ff. de itin. Secũdum, quod agatur cõdi. ex l. ſi me, & Titium. ff. ſi cer. petatur. Debeo n. narrare, q poſſeſſio mea ad te peruenit, & quod nõ eſt æquum, q ex poſſeſſione mea efficiaris locupletior, & iõ peto, vt cõdemneris ad reſtitutionem dictæ poſſ. Sed hoc remedium nõ competit, licet, niſi ei q cecidiſſet a poſſ. quam bona fide tenebat Si n. fuiſſet malæ fidei poſſeſſor, hoc remediũ ſibi nõ competeret,
a qu a hęc ęquitas tñ eum non competeret, quia in pari cauſa, &
2 c. Vltimo patet hãc p literã, quod † quando agitur poſſeſſo-
b rio recuperandæ, ſiue detentor poſſideat cum violentia, ſiue non ſemper dēt fieri primo reſtitutio poſſeſſ. quam agat cauſa proprietatis. Primum, & ſecundum probantur hic. & in l. ſi ga cuſptionis §. ſup. illis de preſcript. 30 anno. & l. ſi qs in tantam. ſupra, vnde vi. Et ita tenet Innoc. in c. ſæpe, de reſtitutio. ſpoliato & ibi vide. In aliis autem poſſeſſoriis ſecus eſt, ſi exceptio obiiciens paratus eſt incontinenti de iure ſuo [illegible] bare, vt not. in l. incerti. ſupra de interdi. & ff. de Carbon. edic. l. 3. §. duę. & ff. vt in poſſ. leg. l. ſi is a quo. & ſupra, de edi. diui Adri. tollẽd. l. 2. &
c q no. ſupra, eo. c. l. ſi quis pductionis. c Vnum tñ ſc as. quod licèt celeriter dẽat fieri reſtitutio poſſeſſionis in poſſeſſorio, vt h. c, & in l. momentaneę. ſupra, vnde vi tamẽ in illo poſſeſſorio
3 recuperandæ † dẽt offerri libellus, vt ibi gl. no. quod etiam hic tenet domi. Andr. de Barulo Et iſtam legẽ no. allẽg. Ioan. And.
d p quam probat, quod id, quod dicit in capitu. re integrãda. 3
4 q. quęſtio 1. quod loquit in rebus eccleſiæ. † habeat locum in rebus priuatorum, & laicorũ de iure ciuili probat, & allegat hãc legem, de quo p eum in ſe nouella, & ibi p Inno. in cap. cum ad ſedem extra, de reſtitutio. ſpoliato. quod ſingulariter not. & uide verba notabilia, quæ ponuntur in l. rem quę nobis. de acq. poſ. quam nota, quia de facto quotidie venit.

ADDITIONES.

a Ale. Pari cauſa. Quod etiam officio iudicis poterit agi, & quis poteſt implorare quando cecidit a poſ. ſecundum Hoſ. & Io. An. in c. accedens, el. primo. vt lit. nõ cont. & Lap. alle. 43.
b Menoch. Poſſeſſorio Cran. conſi. 229. col. pen. in fi.
c Ale. Conductionis Pater in poſſeſſorio petitur recò poſſeſſionis, in petitorio petitur non poſſeſſio ſed res ipſa Adde l. ſi. duo, in fi. ff. vti poſ. & Spe. in ti. de reſti. ſpol. § 3. ver. & no. & Io. An. in Spe. de actio. & peti. §. ſequitur. ver. ſed quam vocas, in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpol. Arch. in c. reintegrãda. 3. q. 1. & Frede. in conſi. 283. in c. [illegible] late. & Bal. in l. pe. ſi a non compete. in l. Et ibi in c. reintegranda. Adde, q idem voluit d. Ant. in d. c. cum ad ſedem ibi, quoddam eſt remediũ magis latum, & ibi Item d. Abb. & idẽ conſuluit do. Are. conſi. ſuo incipi. cum quærit. in c. reintegrãda licet Io. Cal. tenuerit contrarium, & male, in d. c. cum ad ſedem. Et ad Bar. hic, adde Ang. in d. conſi. 154. inc. in Dei nomine, in prædicta q. vertente inter cõc. Et no. per Doc. in l. rē q̃ nobis. ff. de acq. poſ. an remediũ d. c. datur cõtra ei poſſidentẽ, d. Ant. & Aban. c. ſæpe. de reſti. ſpo. tenent, q ſic, & idẽ No. in d. l. rem q̃ nobis. Idẽ Abb. in c. ſi diligenti de præſc. ubi etiam dixit, quod hoc remedium cõpeteret ẽt malæ fidei poſſeſſori, quia a poſſeſſione ceciderit. Et non mirum, quia ſic agenti non obſtat exceptio dominii appoſita a reo conuento. Et ita dixerunt, & voluerunt Innocen. & Ioan. And. in c. poſt electionem de concel. præb. & d. Ant. in d. c. ſæpe. & ibi Innoc. Et adde, quod hoc remedio etiam poſſet vti coram iudice loci, in quo eſſet res, ubi poſſet quod probatur, quia licet condictio ex canone dicti capituli ſit actio perſonalis, & quia omnis condictio ex l. eſt actio perſonalis in §. appellamus Inſtitu. de actio. Bar. in l. 3. de condi. ex l. de edicto diui A. conuentus ſoluit ratione rei immobilis ſortitur quis forum ubi quis conuenitur actione reali, uel mixta, non perſonali, ſecundum Bar. in l. 3. in prin. ff. de cenſi. & l. ordine. § ſolam ad mu. ne. ap. vt in [illegible] ubi in tem acti per Bal. in l. iubemus nullam, ſupra, de ſacroſ. eccl. & in l. fi. ſupra, de præſcript. long. temp. fallit tamen hoc in cano. reintegranda, in quo agitur poſſeſſorio, ut quo non habet locum dictum Bar. in d. l. [illegible], cum ſequen. tex. eſt & ibi Bar. & Bal. ſupra, vbi de hær. agi opor.
d Cap. reintegranda Quando locum habeat. & cui competat, vide Ang. in conſi. 114 inci. in Dei nomine, in q vertent. d. Alex. de Imo. in conſi. 3 [illegible] par. Alex. Scias quod condictio d. cap. reintegranda locum habet etiam in cap. vinibus corporis 3. q. 1. nullus & Ant. de But. in cap. cum eccleſia de cauſa poſſeſſio. & propriet. & per Pet. de Anch. in cap. ex par. de reſti. ſpolia. Et de hoc uiſe per glo. & Bal. in l. ſupra de fur. per Bar. & Ang. in l. naui. ſtabuli in §. ſin autem eo. tit. Item competit etiam detentori ſecundum Spe. in ti. de peti. & poſ. §. 3. verſ. ſed nunquid. Item licet gl. in d. ca. cum ad ſedem, de reſti. ſpolia. dicens illud remedium competere pro rebus eccleſiaſticis, vel clericis quam partem licet tenuerit Io. Cal. in d. c. cum ad ſedem, ſecundum quod no. ibi Ant. de But. & eadem opin. ſequitur in c. querelam. de electi. tamen quod etiam in aliis rebus habeat locum diffuse tenet l. ud in d. l. rem quæ nobis, quæ eſt no. & vide Lap. in ſuis allegatio nibus. alleg. 8.

LEX

LEX XV.

1 *Statutum, quod coloni teneatur ſoluere gabellam pro dominis nō ſubie-
ctis, eſt iniquum.*

a **Colonos.** a Coloni glebæ adſcripti, cauſa dñorum non
inquietant h.d. Ideo autem dixit pro terrulis
dominorum: quia ſi ſua ſponte poſſiderent, contributa tene-
1 rent ſoluere, vt ſupra eod. l. ſi penes. Et eſt vtile ad † ſtatuta di-
ſponentia quòd gabellas teneant ſoluere coloni pro dominis
non ſubiectis, iniqua enim ſunt, vt patet in hac l. & ex l. ſi penes
& infra, vt nullus ex vic. l. vna.

ADDITIO.

a Aug. Colonos. Facit hæc lex pro ſcholaribus, & clericis, vt occaſione alicuius li-
tis non debeant a ſuis ſtudijs, vel eccleſijs auocari ad idem l. omnes, ſupra, de
epiſc. & cler.

LEX XVI.

1 *Soboles ſequitur conditionem matris.*

Mulier. Mulier originaria copulans ſe cum alio in ꝯſor-
tium, cū ſua ſobole reuocat. h. d. Et ſic no. hic, ꝙ
1 † ſoboles ſequitur conditionem matris. & eſt hic regulare, ſed
filii colonorum, & inquilinorum ſequuntur conditionem pa
tris, vt infra, eo. l. ne diutius & dixi ſupra, eo. l. diffinimus.

LEX XVII.

Per colonum. Colonus domino inuito contrahen-
do circa dominium non parit præiu
dicium h. d. Ideo autem dixi, circa dominium quia plene præ
iudicaret circa poſſeſſionem, vt plene patet in l. j. ſupra, de acq.
xend. poſſeſſio.

LEX XVIII.

1 *Seruus an poſſit eſſe bainlus.*

Colonos. Coloni adſcriptitii ad nullum honorem etiā
humilioris militię vocāt, nec etiā magiſterii
poteſtatis apparitores conſtituunt. h. d. In tex. ibi apparitores.
1 no. arg. quod † ſeruus non poteſt eſſe baiulus, licèt hæc militia
ſit infima, & loquuntur ſecundum Dialecticos.

LEX XIX.

1 *Longum tempus in hac materia eſt decem annorum.*
2 *Colonum eſſe, vel inquilinum probatur, quando p decem annos reſpondit
de penſione vt inquilinus, vel reddit vt colonus.*
3 *Vaſſallus q. non probatur, probando quòd per ſpatium decem annorum
præſtitit ſeruitia alicui tanquam domino.*
4 *Colonus quando poſſit refricare quæſtionem dominij.*
5 *Sequeſtrū ſi q. vult impedire, aut reuocari facere, debet idoneè ſatiſdare.*
6 *Tēpus ſatiſdationis de reſtituendo rem ſequeſtratam, non durat niſi trien-
nio, quod incipit currere à tempore litis conteſtatæ.*
7 *L. properandū, quod non habet locum, in caſib. in quib. lis non conteſtatur*
8 *Res tempore peritura, cum de ea ſit quæſtio, officio iudicis vendi poteſt.*
9 *Colonus, quando duo aſſerunt ſe dominos fundi, quē colit, poteſt in ſe fru-
ctus retinere ſatiſdando de reſtituendis ei, qui pro ſe ſententiā reportauit.*

Litibus. Si de dominio terræ inter dominum, & colonū
eſt diſceptatio, & locatio neget. ꝯ. ſcripta forma-
ſeruat, quia ſatiſdare tenetur colonus conuentus, de reſtituen
do fructus reditum præſtādorū ſine procraſtinatione, ſi domi-
nus obtinuerit in eā. q̃ ſatiſdatio durabit triennio, & poſtea re
uocat. Si vero colonus hoc facere noluerit, vel non potuerit,
tūc redditus in aurum ꝯſiſtentes deponuntur, vt hac. l. notat. Si
verò ꝯſiſtunt in ſpeciebus, iudicis venduntur arbitrio, & pre-
tiū inde perceptum, poſtea modo prædicto ſequeſtratur: pu-
blicas autē functiones ſoluet dominus, vel colonus ſm cōſue-
tudinem antiquitus obſeruatum hoc dicit. Diuid. in duas par
tes principa. Primo enim ponit, qñ eſt quæſtio circa dominiū
inter colonum, & dominū, quid fieri dēat de fructibus & red-
ditibus dictæ terrę, & quo ordine procedat vſq; ad ver. hęc de
redditibus. Ibi eſt ſecūda pars principalis, in qua ponitur q̃s de
bet ſoluere publicas functiones pro terra locata, an dominus,
vel colonus, cum inter dominum terræ, & colonum, de terræ
dominio quæſtio agitatur. Et hæc eſt vna lect. ſm quam poſui
ſummarium, & eſt vera, & approbatur in gl. in ver. reſtituant.
Secundo in tudo legit ſecundum Placen. quia hic nō erat quę-
ſtio inter dominum, & colonum de proprietate terræ, ſed cōtē
debāt de terra. Et quærebatur, q̃d colonus debeat facere de fru
ctibus. ſed nec lec. non placet, quia eſt ꝯ hanc legem, quę dicit
in principio, ꝙ coloni ꝯ terræ dominos declamant. In tex. ibi,
1 prolixoque tēpore † longum, & prolixum tempus in hac ma-
teria, eſt tempus decem annorum, vt patet hic in gl. in verbo,
a colonorū. a Ex hac litera probatur apertè, ꝙ † ſi per x. ann. re-
2 ſpondiſti mihi de penſione tanquā inquilinus, vel tanquā colo
nus de redditu, ꝙ ex hac præſtatione diutina ꝓbat̃ eſſe colonū,
vel inquilinum meum: ſed præſtatio modici tēporis hoc non
ꝓbaret, argumento ſumpto à ꝯrio ſenſu huius l. Nec ob. ff. de
vſur. l. cum de in rem verſo, vbi diutina pręſtatio non ſufficit,
ſed requirit præſtatio longiſſimi temp. non enim homines tra
hunt ita de facili, ſicut res. Nec obſt. ſi dicitur, ꝙ hæc ſolutio vi
der ꝯ caſum huius legis, quia hic tractat de omni genere colo-
norū, & tū conſtat, ꝙ eſſe cenſitum, vel adſcriptitium, eſt ma-
la fortuna, ꝯ. l. px qua hic quęritur de ſtatu perſonæ, vtrum ſit
colonus vel non, tunc. n. diutina præſtatio nō ſufficeret, vt l. ꝯ-
traria, ſed quærit tantummodo de ſtatu rei. ſ. vtrum poſſit quæ
ſtio dominii denegari, vel refricari antiqua redditū præſtatio.
Et eſt vera ſolutio licèt de hoc ꝯrio glo. diſcrepet multū in l. ꝯria, &
etiā hic aliquantulum in verbo, colonorum. Et pro hoc eſt ca-
ſus ꝯ. eo. l. cū ſat. s §. 1. Quandoque autem ad aliquem obligan-
dum, nō dico ad mutandū ſtatum ſufficit minor præſtatio, vt
eſt in alimentis, vt l. j. ſ. de fideicom. Ex prædictis apparet, quod
3 † ſi ego tāquā vaſallus pręſtiti ſeruitium tibi ſpatio decem an-
no. quod hæc pſtatio non eſt ſufficiens ad probādum ius vaſal-
lagij. Nam hic agitur de mutatione ſtatus perſonæ, qui nō mu-
tatur ex diuturna præſtatione, ſecundum Martinū de Fano.
b & An. de Barulo. b In tex. ibi, idoneū fideiuſſorē. Ex hac litera
4 apparet, quod † qñ inter dominū, & colonū eſt quæſtio de ter-
ræ dominio, ꝙ colonus domino non tenet̃ reſpōdere de fruc.
ſed ſufficit ꝙ ipſe ſatiſdet idonee, de reſtituēdo omnes reddit⁹,
inquantum dominus ſententiam pro ſe reportauerit. Sed ꝯtra
iſtud opponitur de l. ſi quis condictionis ſ. loc. vbi colonus re-
fert domino quæſtionem dominii. Timore huius variauerunt
Gloſſatores, & etiam Doctores. Quidā. n. dixerunt, ꝙ hic cōdu
ctio non erat finita, ibi ſic Sed hoc reprobatur per Doct. quia
ſi non eſt licitum referre quęſtionem dominij conductione fi
nita, ergo nec ea durante. Alij dicunt, aut cōſtat de locatione,
& tunc non refertur quęſtio dominij, ut ibi: aut non cōſtat, &
tunc ſic, vt hic. & hęc eſt vera, & probatur pro parte per hanc
l. dū dicit, ꝙ ſi per diutinā pręſtationem apparet iſtum eſſe co-
lonum ꝙ ceſſat ordo. unde in hac lege negabatur dominium,
& negabatur locatio: in l. cōtraria, negabatur dominium, ſed
cōfitebatur locatio, & cōductio. Alii dicunt, ꝙ coloni ſimpli-
ces non poſſunt refricare qōnem dominij, vt l. ꝯria, cum ſim.
Cenſiti aūt, & alii ſic, vt hic. Sed hęc ſolutio eſt ꝯ literam huius
l. quę dicit, in colonis cuiuſq; condōnis hanc l. ſeruari debere.
Et hoc vr̃ innuere gl. 1. in prin. licèt gl. in l. ꝯria approbet hanc ſ.
Alij dicunt, ꝙ hęc lex corrigit illam, & ſimiliter hęc eſt mala,
quia vitanda eſt legum correctio, vt l. pręcipimus. in fi. de ap.
auth. quas actiones. ſ. de epiſc. & cleri. tene ergo ſecūdam. Sed
Ia. de Are. ſequēdo quādam alteram opinionē poſitam in l. ꝯ-
ria dicit, ꝙ aut eſt qō de dominio, & hoc modo reſiicari non
poteſt, vt l. ꝯria. Aut eſt qō de pręſtatione redditutim ſolum, &
tunc legitime poteſt hoc colonus obijcere, ut hac l. Et eſt iō, q̃a
tunc colonus obijcit de nullitate contractus. Sed iſta ſolutio vi
detur cōtra hanc l. quę dicit, quod ſuper terrę dominio ꝯ do-
minos clamabant. Proptcrea ſi colonus dicit de nullitate ꝯtra-
ctus, ex eo quia eſt dominus, & ideo dicit ſe non debere cogi
ac reddituū pręſtationem, de neceſſitate ſequitur refricatio q̃
c ſtionis dominii. Tene quam dixi. c Item ex litera patet. quod † il-
5 le, qui vult impedire ſequeſtrum, aut etiam facere reuocari, de
d bet idoneè ſatiſdare d de reſtituendo rem abſque aliqua procra
e ſtinatione. Vnde non ſufficit ſimplex ſatiſdatio, e niſi hęc ver-
ba ponantur. Et aduerte, quia gl. hic in verbo, *accipiatur, dicit,*
6 quod † incipit currere id triennium à tempore litis conteſtatę,
quia tanto tēpore inſtantia durat, ꝙ quod nota. quia per hoc pa-
tet, quod tempus inſtantię pręfixum per l. properandū, incipit
7 currere à die litis cōteſtatę, de quo ſolet ibi notari. † Vn̄ in caſi
bus, in quibus non conteſtat̃ lis, non videtur illa lex locum ha-
bere. Et ꝙ hęc dixi multoties allegādo in qōnibus de facto, q̃d
cum executiones inſtrumentorū, vel ſententiarum fiāt abſq;
ꝯteſtatione li. quod nō currit inſtantia, cum non fiat conteſta
f tio. f In tex. fructus vendant̃. Not. q̃ † quando res ſequeſtrata eſt
8 tempore peritura, quod iudicis officio poteſt vendi, & pretiū
g ſequeſtrari. g poſſet etiā id ſolus ſequeſter, vt l. ſi oleū. ff. de do-
lo. cu. ius ſequeſtri officium eſt voluntarium, & nō neceſſariū,
vt l. ſi. ff. de bonis auth. iud. poſ. In tex. ibi, nec de redditibus. No.
diligenter hunc ver quando res eſt in litigio inter dominū, &
colonum, ad quē ſpectet ſolutio publicarum functionum. Et
vtrum ſolutio facta p vnum altero ſciente & patiente, ſibi pręę
iudicet. Ex hac litera ſumit arg. gl. ſuper verbo, moris erat. An
h ruſtici teneantur pręſtare decimas clericis, vel eccleſiis. h Et di
cit, quod ita ſeruat conſuetudo. Vltimo ſecundum lecturam
Placentini poſitam hic in glo. ſuper uerbo reſtituantur, eſt hic
9 caſus, ſi uera eſſet, quę eſt uera quantum in ſe q̃ † ſi duo aſſe-
runt ſe dominos unius fundi, quod colonus poteſt dicere, neu
tri ueſtrum volo reſtituere fructus, ſatiſdando de reſtituendo
ei. qui pro ſe ſententiam reportabit. quod not. quia eſt limita-
i tio legis vltimę, ſupra, de peti. hęredi. i

ADDITIONES.

a Alex. Colonorum. Et Adde quæ dicit Bald. & Aug. in l. male agitur. de præſcr. 30.
ann. & unde in prox. col. & hic adde Bal. in l. 1. in 6 col. C. de ſiderus. Quid in em-
phyteuta, vide hic plenè & melius per And. de Baru.
b Alc. Adde tuas in l. qui uniuerſas §. quod per colonum. ff. de acq. poſ. Intellige cō-
tra dominum non tertiam perſonam, & in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſu. &
Bar. in l. 1. & in l. ſi conductor ff. de acq. poſ. & per Cy. & alios in l. certi annis.
ſupra de pact. Cy. & Bal. in l. 2. ſupra, de iur. emphyteu.

Alex.

e Alex. Adde Imo.in l.Imperatores ff de app.& cum Bar.hic tranſit ſimpliciter.Bar. l.ſi ſupra,qui ad libe procla.non licet.
Alex.Bar.in l.Imperatorem,+loca.vi tenere contrarium in illa quæſt.quando prælatus locauit vni rem eccleſiæ,& poſtea mouetur ſibi quæſtio de eccleſia.

d Debet idoneè ſatiſdare.Ex hoc dicit regula,quod cautio idonea facit ceſſare ſequeſtrum,ubi etiam deberet fieri,ut no.in apoſt. ad Gul. de Cun. poſt eum in ſum.generaliter.in 5.ſupra,de epi.& cler.

e Satiſdare.Quia ſi p̄ iuratoriam cautionem reuocatus, fruſtra foret. Et inde dictum elegans Io.An.in addi.Spec.eo.tit.de ſequeſt.poſſ. & fru. in ru. ubi dicit, ꝙ ubi ſequeſtratio non fieret propter ſuſpicionem, licet ordinarie à iure permiſſa ſit,non reuocabitur per præſtationẽ fideiuſſoris. all.c. eum qui de eo qui mis.in poſſ lib.6.et all §.noviſſime Inſti de ſuſp. & .ut in ſi ibi , ſatiſdatum . lis de materia ſequeſtrationis,uide apoſtill.in l. mandatis. de ſequeſtre. & uide Abb. in c.dilectus. de ſequeſt.poſſ,& fru.idem tenentem.
Alexan.uide Bal.in l.ſi.ſupra,qui ad liber.procl.non lic & in l.fideiuſſor.§ fin. qui ſat.cog.idem tamen uidetur ſi dixis ſm formam iuris , vt cõtter ſit ibi , non durat niſi triennio. Vide Imol.in l.Imperatores.§.ſi ff.de app.& Bal.in l.,de p̄n hib.ſequeſt.ibi,non habet locum.l.properandum. Adde tu quod terminus præfixus incipit currere in primo actu,in quo quæritur de meritis, quia tũc haberet lis pro conteſt.l.nihil,& l.ulia,& ibi glo.& Bar ſup.de proc. & Bal in l. mutatus.de procu ff gloſſ.in clem.ſæpe.de uerbo,ſigni.& cle 1. de elec Ange.de exhi. reis,in authen Adde quod idem voluit Bal.in l. 1. de exec.rei iud & Aret.in l. intra dies ff de re iudic & in rep.l.tale pactum.§.qui prouunciauit.ubi aliud tenet,& Rom.in rub de arb.Ang.In tex remouetur No.ar. quod fideiuſſore effectu non ſoluendo debet iterato ſatiſdatio præſtari.Facit ff.qui ſatiſd. cog l.ab arbitro de pet.hær.l ſi quo tempore.Per hoc.n.patet, quod ſatiſdatio de ſequeſtrando,uel de reſtituendo rem ſequeſtratam non duret,niſi triennio.No quod ſequeſtratio non reuocatur,niſi præſtetur cautio de reſtituendo rem cum fideiuſſore.Item dicit Ant de Bu in l. 1.de ſeque.poſ. & fruct.alle. l.ſenatuſconſ. de off præſid.& ſubdit,quod etiam ſi eſt pauper,non reuocabitur propter iuratoriam cautionem.Alleg.Spe.in ti de fideiuſ.§. 1.uer.illud autem. de hoc eſt caſus in l.fideiuſſor.§.1.uer.illud autem.qui ſat.cog.& ibi Alex.Idem ſequitur Ange. in l. 1.ſupra,de prohib ſequeſt.poſſ.
Cum fideiuſſore. Adde Abb.in c.5. de ſequeſt.poſ & de. Alex de Imo in l. fideiuſſor.§ ſi.ff.qui ſat.cog & quo ad materiam hanc habetur plene per Fel.in c. ex animata.in uer.in gl.a cum ſeq.de iud.

f Alex.Sed perpetuo durat,& hoc videtur ſentire Gul.in d.l.properandum, in prin. Et ad hoc allegabat do Ant.iſtam gloſſ.me audiente. Sed contrarium ſenſit do. Bar.in l.ab executore,in fine.de app.facit quod ipſe no. in ſummaria cognitione ſuper uerbo,figura.Poſtea dictus dominus meus mutauit ſententiam, & intelligendo , vt habeo ſuper libro.d.l properandum. in princip. nec ego uideo, quod iſta gl.inducta prout ſup inducit do. Bar.prohibet illud,ad quod eam allegat hic.ſed iudicio meo gl dicit, ꝙ ſpeciale eſt,cum hoc probet illud, ad ꝙ allegat.quaſi velit dicere,quod inſtantia triennij non currat hic , cum ſit cauſa talis,in qua lis non conteſtatur,ſed quia ſummaria.Item nec Gul.dicit , vt ſenſit in d.l.properandum Ang Vnde tenemus quod no Bar.in d l. ab executore.in ſi. Nec obſt.glo.intellecta ut intellige,quia hic non erat quæſtio principalis de ſequeſtro facienda,uel non,vt ſ.patet,ad quod no.Gul.in d l.properandum.Si ergo eſt uerum, ꝙ ipſe Bar. no.in d.l ab executore.in ſi hoc tamen fallit in cauſa appellationis,ubi inſtantia incipit currere a principio citationis in ius factæ, producendo libellum appellationis,& hoc in odium,& contumaciam appellati nec iudicium eius ualet,ut ex d.§.ſi.colligitur.
Alex.Adde Bald.in l conſentaneum C quomodo & quando iudex Item tenet Bal in l tale pactum in §.qui prouocauit.ff de pac in rep. in 10 q. in fin.Pet de Ancha.in c.1.de iuram.cal.qui dicit ita fuiſſe conſultum per do Bald & dicit ita ſe de facto obtinuiſſe.Contrarium tenet Bal in l.1 ſupra de iura. cal. cum concor & per eundem in l 2.ſupra de exe.rei iud.poſt Ang.in l poſt § fin. de iu.l.& no Mod.in l ab executore,in prin ff.de app.ſed Bar.in l properandum.in § ſi quidem.in prin.ſ.de iudi.aliter loquitur,& idem vt uelle Gui.de Suza.in d.l properandum.in prin.§.& ſi quidem;ſequitur Bar ibi In his uero,quæ emergunt ante litis conteſtationem,nunquam currit inſtantia.ſm Bal.no in l.poſt edictum § 1. ff de iud.forte tutior eſt opi quod currat inſtantia tempore quo captum eſt tractari de meritis cauſæ executio.per no.per Bar.in d § & ſi quidem cum quo cõcordat Cy & Bal.& Sal.in penultima l.Et pro hoc facit,ꝙ diſpoſitio iſtius legis eſt inducta ob publicam utilitatem,ut no.glo.in prin huius legis.ergo debet extendi ad caſus ſimiles per no.per gl.& Bar in l.ſi conſtante & ibi Bart. in 9 q. primæ partis.ff ſol ma ſi maior eſt ratio in cã executionis, quæ eſt ſummaria. l.a diuo Pio § ſi ſuper.ff de re iud cum in ſummarijs limitata ſit inſtantia, ſicut in ordinarijs,& potius in eis eſt maior inſtantia,l.de ſubmerſis. ff. de naufrag. Bal.in l.1.§.1.ad ſi ff.ſi quis ius dicen.non obtempe tenet idem, quod tenet in l. 2.de executio rei iud.Ale conſi 182.lib 3.Menoch Affli deciſ.346 num.1 2.3.9. intelligit quantum ad inſtantiam vnius actus.non totius cauſæ.quia ſubeſt inſtantia,uide eum,qui latiſſime tradit.

g Et pretium ſequeſtrari Adde iſtum in l.ſi.per illum tex.ibi,ff.de requir. reis. & ibi poſiui in apoſt.ad iſtum,in uer.poteſt uendi.

h Menoch Vel eccleſijs.Ad cuius articuli deciſionem uide tu plene do.Soc. in cõſi. 267.in c Eleganter,& ſubtiliter.et prin.cum uer.ſeq.uſque ad fin.Dec. l. pactum quod bona fide.nu 4.C.de pac.reprobat.Grama.conſ.57.num.1,Barb.conſ.9. col.10.lib.2.Soc.in conſi.68.nu.169.lib 3.

i Ang In tex.ibi,fideiuſſor.Eſt.n.hic caſus,quod lite pendente fructus ſequeſtrantur. ſcilicet cum dominus agit contra colonum ſuum. regulariter autem talis ſequeſtratio eſt prohibita.l 1.ſupra,de prohi.ſequeſtr.pecu.niſi timeretur de barataria fructuum,ut l.Imperatores.in fin. ff.de appell Item nota optimum argũ, ꝙ licet ex forma legis,uel ſtatuti,fructus debeant ſequeſtrari,ſi tamen ille, contra quem agitur,vult dare fideiuſſorem de reſtituẽdo omnes fructus, nullo modo peruenitur ad ſequeſtrationem.In tex.ibi,per triennium.Hic tex.eſt optimũ argu.quod fideiuſſor, qui promittit reſtituere omnes fructus , qui perciperentur,ad hoc ut ſequeſtratio euitaretur , quod non intelligitur obligari, niſi pro fructibus triennij tantum Et eſt ratio, quia conuentus non tenetur pro maiori tempore fideiuſſorem dare quam triennij,ut hic.ergo ſimpliciter dando ad tempus,ad triennium uideatur dediſſe,quod no ſed non firma.In tex ibi, ædes ſacra. No. cum ſequeſtratio ſit de aliquibus fructibus alicuius rei , debet fieri apud ædem ſacram illius ciuitatis,ſub qua poſſeſſio ſita eſt. Vnde ſi poſſeſſio eſt iſta in parochia Sancti Petri,in eccleſia illius parochiæ debebit fieri ſequeſtratio,& ſi illa eccleſia ad illud ſequeſtrum non ſit ſufficiens,uel idonea, fiet ſequeſtrum ad eccleſiam cathedralem,tex.eſt hic.In tex.ibi,fructus uendantur.ibi, ſolus ſequeſtrans non poſſet,licet fructus corrumpantur,niſi iudice permittente ei de partium uoluntate.ſic intelligitur l.ſi oleum.ff de do No etiam ex principio huius legis,quod nunquam fit ſequeſtratio de re alicuius , niſi de debito conſtet, per publicum inſtrumentum,ut infra,de ero.mil.ann.l.per hanc.& ibi dixi.
Ale.Adde ꝙ Bal tenet contra Barto. in l.2. de iuramen. calum.ubi dicit,ꝙ ſi ſtatutum requirit inſtantiam cauſæ terminari intra duos menſes, ꝙ habet locum ubi petitur executio inſtrumenti confeſſionati , licèt aliqui contra ſm eum. In tex ibi,fructus uendantur.uide Ang & Doct.in l.fideiuſſor §.ſi.qui ſatiſ. cog. & adde Bar.in l ſi magiſtratus ff de priuilegiis credito & l.intereſſe de acq. poſſ. Bal. in c.olim.de reſcr.bene facit l.diuus de petitio.hær.In ead l.in ſi. An hoc ſit uerum,uide Imo in l.Imperatores.de ap §.ſi.& quod not.Bald.in d l. 1. ſupra, de prohib ſequeſt.& uide Abb.in c.dilectus in ſi de ſequeſtr poſſ & fru. ubi reprobat dictum Bar.eo modo reprobat Imo.in d.l. Imperatores , §. ſi uide quæ no.in l.per hanc.de ero.mili anno.lib 12.& vide Bar in l.fin.in ſi ſupra,de edi. diui.Adriani tol.ubi dicit , quod immiſſio debet probari per publicum inſtrumentum,nec ſufficit per teſtes.
Per publicum inſtrumentum adde Anto Corſ. omnino ſing. ſuis in uer ſequeſtri in c quis non poteſt ,petere d. 11 poſt Lac Reb.in additionib ad ipſum in præceden.in ſi.ut eodem uer ſupra,eod.& de hoc per do.meum Decium conſi. 81. incip.diuino, &c & pro tenui ingenioli mei,&c. verſ. 6.quam facit, ibi, immo quod fortius eſt uol. 1.

LEX XX.

Ne diutius. Hodie natꝰ ex adſcriptitio, & ſerua, vel adſcriptitia, & ſeruo, ſequitur uẽtris conditionẽ. Itẽ inter ſeruos & adſcriptitios modica eſt dñia, cũ ſeruus cum peculio adſcriptitius cum terra alienari pñt per dñm, h.d. Præmino ad euidentiã, quod olim ſenatuſcõſultũ Claudianũ volebat, vt natus ex adſcriptitio, vel adſcriptitia, ſemp ſequeretur conditionẽ adſcriptitiã, & ſic quãdoq; paternã, quãdoque maternã, vt ſ. de Senatuſconſulto Claudiano. Vnde vidẽs Imperator, quod ſemp quis traheretur ad peiorẽ fortunam, ſtatuit ꝙ illud Senatuſconſultum eſſet ſublatum ex toto, & quod ille qui naſceretur ex adſcriptitio, & muliere libera, eſſet liber, vt no. in lib. Auth. ibi hoc ẽt declaratum fuit in li. Auth. ꝯſtitutio, quæ ex adſcriptitio, & libera natos, in prin. col. 6. Verũ, qa multi dubitant, qñ qs naſcebatur ex vno adſcriptitio, vel adſcriptitia, & ex alio ſeruo, vel ſerua, vtrum ſequeret cõditionem vẽtris, cũ illa lex antiqua poſita ad remotionẽ dicti S.C. non loqueretur, niſi tñ de adſcriptio, & muliere libera, ideo Imperator poſuit legem, & diſpoſuit ꝙ ſicut ille, qui naſceretur ex muliere libera & adſcriptitio, ſequitur conditionem ventris, ita ille qui naſcit̃ ex adſcriptitia, & ſeruo, vel ſerua, & adſcriptitio, ſp ſequit̃ conditionem vẽtris. Et ex hoc infert̃ alia regula generalis, quod partus ſequitur regulariter conditionẽ ventris, ſiue cõditio vẽtris ſit deterior partui, ſiue vtilior. Hæc autem regula fauore publicæ vtilitatis fallit in partu murilegulorum, quia ſp murileguli ſequunt̃ ꝯditionem liberi, ſiue ſit pater, ſiue mater, vt l. fi. ſ. de murilegul. s. Item fallit in partu eius, q natus eſt in p̄dio tamiaco, quod p̄ræd um quale ſit, notat̃ j. de prædiis tami. in rub. & in l 1. Itẽ fallit in filiis inquilinorum, & colonorũ natis ex libera muliere vt j. eo. l. diffinimus. Itẽ fallit in filiis libertorum curię 2. q 2. de libertis & hoc de iure ciuili, Item fallit ſm legem Lõ. ardorũ, vt no. in gl. Quo ad honores vero aſſequendos partus ſeqt conditionem paternam, vt l. cum legitime. ff. de ſtatu homi. Vltimo not. ex gloſ. pe. omnes differentias inter adſcriptitios, & ſeruos.

LEX XXI.

1 *Verba enunciatiua in diſpoſitione, vel cõtractib. ſi ſunt in duplici confeſſione emanata, valent in vna, poſt in alia probant, & obligant.*

2 *Terræ recõmendatæ, quæ tenent Ciuitati præſtare ſubſidium in caualcatis, ſi ſtant p centum annos, quod non præſtiterint, per hoc non cenſent̃ pręſcripſiſſe libertatem, ſi non fuerint requiſitę.*

3 *Statutũ quod abſentes a Ciuitate Peruſii nõ gaudeãt priuilegio ciuium, nõ cõprehẽdit abſentes, quorum fratres, ſorores, & cognati ſtent in Ciuitate, qui ſupportent onera, & non dr̃ abſens, nec vagabundus ibi nu. 5.*

4 *Iniuria facta vni de conſortio, videtur toti conſortio facta.*

6 *Confeſſio facta in iudicio, non in figura iudicij, nõ nocet: & quãdo noceat etiam extra iudicium geminata.*

7 *Geminatio actus, vel eius ꝓſeueratio, ꝙ multũ arguant actus validitatem.*

Cum ſcimus. Sola ꝯfeſſio, vel ſcriptura, in qua enũciatiue qs ſe alterius colonum eſſe aſſerit, non præiudicat, nec ſtatum mutat, niſi ſit aliis adminiculis approbata, ſ ex illa diutina præſtatione, quam faciũt filii adſcriptitij, aut qa alia confeſſio emanauerit de eodem. Item ſi filius adſcriptitij viuente patre p 30. annos continuos terram nõ coluit, non ppea liberatus eſt à ꝯditione adſcriptitia, cũ pater eiꝰ, tpe vitæ ſuę culturæ ſatisfecerit h. d. Iõ aũt dixi enũciatiuè prolata, & facta, quia ſi diſpoſitiue p ſolẽnem ſtipulationem quis vellet ſe facere alterius adſcriptitium, non requirerent̃ alia adminicula, ſm Martinũ de Fan. & And. de Barulo hic, licet gl. in l. pxi. in §. cum autẽ, videat̃ dicere, quod licet p̄cederet pactio, qua quis ſe obligauerit: tñ illa pactio non p̄iudicat, niſi ſecuta ſit poſtea triginta annorum p̄ſcriptio. Sed ego intelligo illam glo. qñ illa ſtipulatio non fuit ſolennis, ſed poſtea curſu tpis ex diutina pręſtatione ſolennizatur. Vbi autem quis paciſceretur ſolenniter, puta per ſtipulationem, nõ videtur dubium, quod eo ipſo ſit effectus ſeruus, & adſcriptitius, vendẽdo ſe ad pretium participãdum. In tex. ibi, ſin autẽ eſt ſcriptura, ex hoc ver.
1 limitari pñt oẽs leges dicẽtes, ꝙ † verba enũciatiua nõ inducũt diſpoſi-

a diſpoſitionẽ,ª & etiam in contractibus prolata, nõ ſunt obliga
toria. Nã hoc eſt verũ, niſi bina confeſſio emanauerit, vna poſt
aliam. Si enim circa conditionem adſcriptitiam, q̃ eſt mala, vt
l. ne diutius. §. eo. præiudiciũ generat, quãto magis generabit in
b his, q̃ non ſunt tanti præiudicii, certe multo magis.ᵇ In tex. ibi,
2 illud quoque. Ex hoc §. ſumitur optimum arg. † quod ſi terræ
c recõmendatæ tenentur dare ciuitati Peruſij ſubſidium ᶜ equal
catis, & exercitib. ex ciuitate in euntibus, & p centum annos ſte
terunt, quod non p̃ſtiterunt ex eo, quia ciuitas Peruſina nõ re-
quiſiuit, cum de ſuis gentibus eſſet copioſa nimis, vt nõ ꝓpter
hoc dictę terię præſcripſerint libertatem dicti ſeruitij: nã ſa. n.
cauſa deſidiæ põt communi Peruſij imputari, ex quo neceſſita
tem dicti ſubſidij non habuit. De quo dixi in l. in filiis. §. de De-
cur. vbi videt caſus. In tex. ibi, patres, vel fratres. no. arg. ꝙ ſtatu-
3 tum dicit, ꝙ † abſentes ᵈ a Ciuitate Peruſij non gaudeant pri-
d uilegio ciuiũ, cũ onera non ſupportent, quod ſi aliquis abeſt a
Ciuitate, & in eadẽ p̃manẽt patres. vel fratres, ſorores vel cogna
ti, qui ſupportẽt onera ciuium ꝙ nõ obſtante tali abſentia pri-
uilegio gaudebit abſens: videt enim ſupportare onera, cum il-
li ſupportent, q̃ ſunt de ſua progenie. Et ideo ſi ſtatutum dicit,
quod non allibrati nõ audiant in ciuilibus, nec in criminalib.
e cum non ſupportent onera ciuitatis, quod libra patris, ᵉ vel alio
rũ cõſortium de domo, p̃derit non allibrato, ſufficit enim hos
conſortes onera ſuſtinere per hãc legem. In tex. ibi, cum in pars.
Not. quod corpus vnius ꝯſortum appellatur pars cæterorum
4 conſortium. Itẽ † iniuria, quę fit vni eorum, non cõſortio facta
f videtur, ᶠ vt l. j. de Senatuſconſul. Claudi. & omnes poterunt vi-
dicare tanquam conſortes eorum, proſequentes eorum iniu-
riam vt l. ſi femina. §. ad Turpilian. etiam ſi vindicans ſit ſpuri⁹
l. j. cum ſimil. ff. de libe. cauſ. In tex. in fi. l. per hanc literam, vide
5 tur poſſe dici, quod † non videantur abſentes a ciuitate illi, qui
de ciuitate habent patrem & alios cognatos. Vnde non appella
bitur vagabundus, cũ ibi reſidere videatur. Sed contrariũ vide-
g tur. Nã videmus, quod bonis abſentis datur curator, ᵍ & citan
tur primo agnati, ſi volunt eum defendere. Text. eſt in l. nec ait
prætor §. j. ff. ex quibus cauſis ma. ores. Et quod datur curator,
patet in l. ab hoſtibus eod. titulo & non obſtat hæc lex, quia ĩõ
hic non reputatur abſens quoniam ſui cognati onera ad eum
6 ſpectantia ſupportabunt. Nota ꝙ † confeſſio facta in iudicio, ñ
h in figura iudicii, puta coram tabellione, nõ nocet.ʰ Et per hoc
patet, ꝙ male dicant illi, qui dicunt, quod gl. quæ eſt in l. iube-
mus. ſupra, de libe. cau. quod non reperiat alibi q̃ ibi, quia hoc
non eſt verum, quia etiam hic inuenitur, & eſt etiam alia gloſ.
ſing. in l. interrogatã. ſup. de liberali cã. Hoc eſt verum in ꝯfeſ-
ſione, quę nõ p̃iudicat extra iudicium, vbi autẽ præiudicaret
extra iudicium, eodem modo p̃iudicaret coram notario, vt in
gl. ſequen. Item confeſſio facta non in figura iudicii licet nõ p̃-
iudicet, tamen ſi bis emanauerit, forte ita præiudicaret, ſicut ea
i quæ eſt facta in figura iudicij.ⁱ Hoc videt velle ſequens gl. Ad-
de quod dixi in l. triticum. ff. de verborum obligat. vbi dixi, ꝙ
7 duæ ꝯfeſſiones plus operantur q̃ vna. † Actus enim gemina-
k tus ᵏ vel perſeueratio, multum arguunt ad vtilitatem eius quod
l agitur.ˡ & facit optime l. ſi mulier. ſupra, ad Velleianum.

ADDITIONES.

Pro ſaluando Bar. hic in hac l. cum ſcimus. qui vult, quod ex confeſſione geminata extraiudiciali oriatur actio, ut hic circa finem commenti ſui uide concordantiam quam potui ad l. triticum ff. de uer. ob.

a Diſpoſitionem. Adde do. Soc conſ. 117 inc. præſens conſultatio pulchra. uer. 5. quia uer. ſeq. & in conſ. 67. inc. circa aliam q.

b Alex. Certe multo magis. Vide quæ dicta ſunt in l. ex hac ſcriptura. poſt Bart. de dona. & idem Ro. in litera D, in nu. 5.

Ale. Adde Ang. in l. male agitur de præſc. 30. anno. circa fin. Item ibi patres uel omnes fratres abeſſe a ciuitate, uel loco, non dicitur qui habet de ſua progenie in loco, vel ciuitate, vt in patre, qui habet filium. uide gl. in l. fi. in verbo, & eadẽ perſona. ſupra, de impub. & aliis ſubſtitu.

c Menoch. Subſidium. Brun. conſ. 117. nu. 138 & conſ. 36. in fi. Chaſſ. conſ. 4. nu. 3. Crauet. conſ. 124. in fi. & conſ. 111. nu. 3.

d Menoch. Abſentes. Ruy. conſ. 200. nu. 6 lib. 2.

e Libra patris. Adde bonam gl. in l. 2. ſupra, qui æta. uel profeſſio. lib. 10. de quo per Ang. l. prætor in prin. ff. de eden. & Bar. in l. 2. §. ſi hæredis. ff. ad leg. Fal. l. j. §. dñi. ff. ad Sylla. Bal. in l. ſi præall. ibi dixit per gl. in l. 2. qui æta. uer. excuſantur, quod ſi ſtatuto cauetur, ꝙ nullus poſſit habere officium, niſi habeat centum in bonis, ꝙ filius poterit habere officium, ſi pater habet æſtimum vſque ad illam quantitatem, licet ſint plures fratres, qui ſi diuiderent non haberent illa centum. Et ita dicit in l. prætor §. ſed ſi filius. ff. de edend. & Ang. in l. fin. prælleg. & Bal. in l. 2. ad fin. ſupra, de libe. & eorum libe. & in l. j. §. illud, ſupra, communia de manumiſ. & in c. filius. de Cap. qui curam uenit & in l. non plures. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. coguntur & ibi Bar. in pen. q. Bal. in l. diximus § ſi pater. ff. de excuſa. tut. & in l. 2. in fi. ſupra, de leg. hæred. ... uer. modo uidendum eſt, ſupra, de executio. rei iudi. & Bal. in additionibus Spec. in tit. de cenſibus ad fi. & in l. illud ff. quod cuiuſque vniuerſi. Item ibi in ver. item de iniuria, quæ fit vni, adde Bar. in l. lex Cor. & ibi dixi. ff. de iniuriis. Et ibi omnes no. Bar. & ibi ſcripſi in l. 2. in pri. ff. de acq. ...

f Videtur. Adde Fel. in c. partus. de homi.

g Sed contrarium uidetur, quod bona abſentis datur curator. Gl. in l. cognatos. ff. de capti. & idem in hæreditate iacente, in l. j. de cur. bo. dando. & Ange. in l. 4. §. quoties. ff. de dam. infec. per l. ſi ſeruus communis ff. de ſup. ſeruorum. Ale. in gl. extra iudicium, non in figura iudicij.

h Menoch. Non nocet. Maria Soc. ſen. conſ. 8. colum. 3. ſup. prin. lib. 1. latè declarat Rui. conſ. 72. lib. 4.

i Iudicii. Adde do. Soc. in conſ. 15. inci. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. ver. tertius vero tractatus, circa medium. & Fel. in c. a. ſi cautio, de fide inſtrumen. ver. fallit notabiliter in fi. & ver. fallit vltimo.

K Alex. Actus enim geminatus. Confeſſio bis emanata extraiudicium præiudicat, ac ſi eſſet facta in iudicio, regulariter tamen contra, l. prima. in fine in glo. ſuper verbo actionibus. ff. de interrogat. action. & per gloſ. in l. quoniam. ff. de infamibus, & in l. cum de indebito in §. fina. de probatio. & in l. generaliter. ſupra, de nõ numerata pecunia. Adde circa confeſſionem geminatam glo. in l. capitu. 5. ff. de adulte. quæ dicit, quod quamuis dicatur, quod alias confeſſus non præcedentibus indiciis, & timore tormentorum, non ſibi præiudicet. l. 1. § diuus. & l. manitus. & quod ibi per glo. & Barto. ff. de quæſtio. tamen ſi ante confeſſionem factã ſine indiciis emanaſſet alia confeſſio quæ teneret, per conſequens condemnaretur ex ea propter geminationem ipſius confeſſionis. Adde tamen confeſſionem factam extra iudicium, quod licet regulariter non præiudicet confitenti, tamen ſi iuramentum interueniſſet, ſibi præiudicaret. Barto. in l. cum quis decedens. §. Titia honeſtiſſima, de legatis ſecundo. & adde in eo quod dicit hic Barto. de cõfeſſione bis emanata, quod idem voluit Bald. in rubr. tex. inter alios acta, & iudicio inceo eſt tex. ibi gloſ. & Doctor. in l. ſi mulier. perfectæ ætatis. ſupra, ad Velleia. & in l. prima ſupra, de plus peti. Et adde quod confeſſio geminata operatur vnum nota effectum, vel quod exceptio non numeratæ pecunię quæ alia intra biennium opponi poterat, iuxta ea quæ habentur in l. ſi extant. ſupra, de non numerata pecunia. non poterit opponi ſi confeſſio fuerit geminata. Ita dicit Abb. in capitu. ſi cautio. de fide inſtrumento. vbi alleg. no. per gloſ. hic, et allega textum in l. in contractibus. §. de illo. de non numerata pecunia. Et adde in confeſſione facta extra iudicium, quod talis confeſſio non prodeſt ad actionem, ſed ad probationem l. 1. in fine. ſupra, depoſiti. fallit niſi eſſet geminata, quia tũc cum æquiparetur confeſſioni factæ in iudicio, vt hic. & confeſſio facta in iudicio prodeſt ad actionem, vt eſt gloſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de interrogat. in §. Item ſi iuratio, quod confirm. Cyn. in l. proinde. §. procurator. ff. de ad leg. Aquil. igitur poteſt dici tali caſu prodeſſe ad actionem. Cogita, quia nemo hic tangit. Item adde quod iſta geminatio operatur naturalem effectum, quia ex geminatione pacti nudi dicitur pactum veſtiri & parere actionem & obligationẽ, quæ alias ex tali pacto non naſcitur. Dictum eſt Angel. in l. petens ſupra, de pact. & tacit. Inſtitu. de actio. in §. de conſtituta. Item ad illam geminationem, ad ꝙ geminata interlocutoria non reuocatur, gloſ. not. in l. cũ es ſupra, de appellatio. Item geminata mora non poteſt purgari l. traiectitiæ. § de illo. ſecundum vnam lectu. de actio. & obligatio. Item geminatio reſcriptorum operatur clauſulam motu proprio. Bal. ſingulariter in l. damnata. ſupra, de precibus Imperat. offeré. Item peccatum veniale geminatum tranſit in mortale. Tex. eſt in § criminis 25. diſtinctio. Et ibi ſi bis enumerauit, diuerſis tamen temporibus & interuallis, ſecundum Bald. in proœ. ſupra, ad fi. Adde quod habetur in l. ſi ex numerit. de pignoratitio. Adde do. Anto. de Butr. actu requiſito ad conſuetudinem, vt requiratur interuallum temporis, in c. fi. ff. de conſue.

l Menoch. Agitur. Quid autem operetur in obligatione, reſcripto, in interlocutoria, & in nonnullis aliis actibus, uide tu plene Fel. in c. ſi cautio. Itatim poſt medium ibi, & hic eſt. de fide inſtr. Dec. lib. 1. nu. 49. C. de pactis. Aſſit. Dec. 55. 144. & 337 nume. 5 latiſſime Dec. conſ. 151 colum. 4 in prin. 184. nu. 10. plura Soc. In. conſ. 133. nu. 4. 5. 6. lib. 1. Crauet. conſ. 201. num. 42.

LEX XXII.

1 *Statutum quod inſtrumenta dotalia executioni mandentur, nulla longi tẽporis præſcriptione obſtante, an obſtet præſcriptio quadraginta annorũ.*
2 *Statutum excludens præſcriptionem an valeat.*
3 *Adſcriptus alicui conditioni, ſi fugit, vt illud onus euadat, dicitur furtũ ſui facere etiam ſi ſit liber.*
4 *Coloni, & cenſiti ſunt homines liberi.*
5 *Moderator prouinciæ cognoſcit de crimine.*
6 *Colonus an poſſit deſerere culturas agrorũ, etiam ſi dominus nouet pacta, ſi ſtatutum dicat, quod non poſſit eas deſerere.*
7 *Uxor ſi verberatur a uiro, licitè poteſt diuertere.*
8 *Proteſtatio procuratoris, quod faciat incidere poteſtatem in pœnam, ſi nõ oſtendit mandatum.*
9 *Conditio adſcriptorum eſt durior, quam aliorum colonorum.*
10 *Statutũ, ꝙ iudex prouideat ne damna dentur, uel ꝙ debeat tueri tales iniuriam patiẽtes, quando pariat actionẽ, & quando officium iudicis.*
11 *Primogenitus Regis an dicatur natus ante dignitatem regalem.*
12 *Stante ſtatuto, quod habitantes in comitatu, non gaudeant priuilegio ciuitatis, nec eorum filij, aliquis habitat, an præiudicet filijs ante habitationem natis.*
13 *Statutum diſponens quod pro quolibet animali naſcenti in territorio domini, ſoluat unum ſolidum, quod comprehendit illum, qui ducit animalia prægnantia extra territorium, ut ibi pariant.*
14 *Colonus remanẽs in colonia, tenetur ſolitam fructuũ reſtitutionẽ facere.*
15 *Hæredes coloni ſi remanent in colonia ſine renouatione pactorum, pacta facta inter dominum, & colonum ſeruare debent.*

Cum ſatis. Adſcriptitius fugiens, ſicut ſeruus, ſui furtũ facit, licèt liber ſit, & ideo tali fortuna ñ liberatur 30. an. ſpacio, ſed cum ſua ſobole idem adſcriptitius remanet. Item effecti colonariæ conditionis per culturã aſſiduã 30. an. ſunt liberi, & eorũdem filij, licèt omnes adſcriptitij ſint conditionis prædictę, etiam ſi tanto tempore filij non ſteterint in cultura. Item domini poſſeſſionum non debent eiſdem violẽtiam inferre, aut veterẽ conſuetudinem redditutum immutare, ꝯtrium facientes eiſdem ad intereſſe tenentur, nec poterunt ob hoc culturam agrorum deſerere. Itẽ nullus debet colonũ, vel adſcriptitium alienum occultare, & ſuſcipiens etiam ignorãter, niſi reſtituat ipſum, pœnis hic inſertis tenetur. h. d. In text. ibi, quantumcunq; emanauerit. hoc verũ, niſi ille adſcriptitius in fuga ſteterit per 40. anno. vt l. omnes. de præſcriptio. 30. ann.

quantū autem tempus requiratur in ſeruo fugiuo,no.de ſer.
fug.l.1.Not. ꝙ dicit,quantumcunq;,&c. quod per hoc patet
1 ꝯiuncta l.oēs quod licet † ſtatutū dicat,ꝙ inſtra dotalia executioni mandent, nulla longi temporis pręſcriptione obſtante,
quia ſi currerent 40.an.curricula,quod obſtabit temporis præ
ſcriptio, ſicut uidemus hic Imperatorē dicere, non pręſcribere iſtos longi tpis curſu libertatē,tñ currunt curricula.40.ann,
2 †Sed ꝯtrarium dicas,quia iſtud ſtatutum ſimpliciter loquit,&
ideo ſimpliciter intelligendum eſt,vt l.pretio,ff. de public.Nec
ob.hęc lex,quia limitatur per aliā,quod in ſtatuto non eſt. De
hoc dixi.ſ.q nu.li.ſe exeu.l.fi.vbi gl.all.omnes leges quę poſſūt
a allegari.a In tex.ibi, furari intelligatur. Not. ꝙ licet quis ſit li-
3 ber tamē ſi†adſcriptus eſt alicui conditioni,ſugiendo,ut onus
illius ꝯditionis euitet,dī facere furtū ſui Sequitur in textu uo-
4 luit liberos permanere.†Ex hoc patet,qđ coloni,& cēſiti ſunt
5 hoīes liberi,licet adſcripti ſint huic conditioni.† No ꝙ moderator ꝓuinciæ cognoſcit de crimine,& facit reſarciri īteresſe.
Vnde per hoc dici pōt, qđ in cauſa criminali ueniat refectio
expenſarū. hic.n.crimen violentiæ,vel rapinæ intendebant,tñ
iudex hic recognoſcens facit reſtituere dāna, & intereſſe. qđ
an ſit verū,no.ſ.qui accu.nō poſſ.l.qui crimen.per Cy.in l.fin.
§ de ſru & li.expen. Quis aūt iudex de hac violētia cognoſcat,
& quis exequat, & qualiter petatur huius violētię punitio,dic,
vt in gl.in ver.per iudicē.lo tex.ibi,& ſic ueterē ꝯſuetudinem.
6 No.ꝙ ſi† ſtatutū dicat,quod coloni non poſſunt deſerere culturas agrorum,quod non poterūt,licet eis pacta immutentur,
ſed dñi tenentur eiſdem ad intereſſe,& idē ſi verberantur a dominis. Concor.in quibus cau.col.& cenſi.l.1.Sed contrariū teneas.Nā non plus operatur hic ſtatutum.quam operaretur pa
ctum,vt no.ſ.in rub.de decur.Sed ſi quis promittit terrā excolere ſub certo pacto, & pęna,non incidit in pęnam, ſi eidē pa-
cta mutantur,uel dñs ita rixoſus eſt , quod colonus in colonia
non poteſt perſiſtere,ſicut dicimus in ſocio, qui prominit ſocietatē non diſſoluere.nam poteſt,ſi ſocius eſt rixoſus,vt ff. pro
ſoc.l.ſi ꝯuenerint.in fi.Nec ob hęc lex,quia ſpeciale eſt in iſtis,
quorū cōditio eſt multum ſtricta,vt ſ.eo.l.ne diutius.& l.diffi-
7 nimus.†Præterea vxor cum flagellis verberatur a viro, b licite
b pōt diuertere,vt in Auth.vt lic.mat.& auiæ.§.quia uero pluri-
c mas.multo ergo magis colonus a dño, qñ acriter verberatur. c
8 Sequitur in tex.vel per procuratorē.† Hic vr̄ caſus,quod proteſtatio procuratoris facit incidere proteſtārem in pęnam ſicut
proteſtatio dñi,qđ verū eſt,qñ ipſe oſtendit procuratorem , vt
l.ſi quis inficiatus, in princ. ff.depoſi.In glo.etiam 40 ann.hoc
procedit in curialibus,vt non liberentur præſcr.40.an. vt l hic
alleg.adſcriptitii vero bene liberantur tanto tempore a tali ꝯditione,vt l.oēs de pſcr. 30 an.niſi pars corū corpis in predijs remanſerit,vt ſ.l proxi. In ead. gl.ibi ſolue ut ibi,quia ibi tracta
tur de alia libertate , quàm de ea,quę per uiam præſcriptionis
Inducitur,& ſic non obſtat contrarium.In gl.ibi l.eum glo.in
l præſcriptiones,de pręſcr.40.ann.ſoluit alio modo,ſ.qđ ibi eſt
ſpāle in adſcriptitiis curiarum, vt minori tempore præſcribantur,adſcriptitiū vero fundorū Principis nullo tempore pręſcribant,vt l.j.ne rei dom.vel tem.Et prædicta procedunt cum adſcriptitii ipſimet volunt pręſcribere libertatem . An autē alius
poſſit pſcribere adſcriptitios alienos, dic vt hic no. In glo.ſup
ver. intelligat in glo.q̄ incipit,ex fœmina adſcriptitia. ibi,l.ea.
9 hoc placet,qa † adſcriptitiorū ꝯdō eſt durior, quam aliorū colonorū, vt ſ.eo.l.ne diutius,& ideo magis eis fauetur pro libertate.In gl in ver pmanere.ibi,no.ſimile, &c.no.quē poſſe eſſe
liberū & adſcriptitium ſimul,& ſemel.quod facit j.eo.l.fin.&
quod no.Inſt.de iu.perſo.in princ.& in Auth.de nup.§. adſcri
10 ptio.†In gl.in ver.p iudicē.ibi,hic innuit,prouideat,&c.Et no.
bñ ꝓ ſtatutis dicentibus,ꝙ iudex prouideat bene ne damnum
detur,vel iniuriæ inferātur Nam vigore huius ſtatuti nulla naſcitur actio,ſed eis datur officium iudicis. Si aūt ſtatutū dicat,
qđ iudex dēat tueri tales iniuriā patiētes,tunc eis datur actio,&
exceptio,vt l.ſtatuas,ff.de acq.rer.do.In eadē gl.ibi , qđ in ſimplū,& ſic ſm Hugo opi.eſt dare caſum,in quo ꝓ furto,vel rapina non ꝯpetit ius agendi,niſi ad ſimplum tantum, ſ,cum fu
d ratur,uel rapit dñs ab adſcriptitio,vel colono,aut cenſito.d In
gl nati ex colonis.ibi,ſed quid de nato. Nota,an filius natus ex
colono ante præſcriptionem ꝯpletā , vel conceptus ante præſcriptionē completam,& natus poſtea ſit colonariæ conditionis.nam non eſt primo caſu, quia non eſt natus ex patre colono.ſcđo caſu nō eſt, qa cū ſit conceptus antequā pr̄ eſſet colo
nus,ēt habetur pro nato , cum de eius fauore tractetur, vt l. q
11 in vtero,ff.de ſtatu hominum. † Et ideo non dr̄ primogenitus
e Regis,e qui natus eſt ante dignitatem regalem, nec filius preſbyteri,qui natus eſt ante presbyteratū,vt no.in l.Imperialis,de
f nup.& l.ſenatoris,ff.de ſenato.f In filiis autem eorū, qui ſe ſpōte curiæ obtulerūt,hoc ſpeciale eſt,vt licet nan ſint poſt oblationē factā curiæ,nō ſint curiales inuiti,vt no.in l.fin.ſ.de his,
g qui ſponte mu.ſub.g In eadem ibi licet , Sed non obſtat hæc
lex,quia intelligitur de liberis natis,& conceptis poſtquam pa

ter eſt colonus effectus,& ideo ipſi ſūt coloni licet nō ſteterint
12 30 ann,In ead glo. bi,itē daretur occaſio †No.bene ad ſtatuta
dicētia, ꝙ ꝓ animali naſcēti in territorio Peruſino debeat ſoluere dominus vnū ſolidum.nam ſi habens animalia pręgnantia ducit,vt pariant extra territoriū Peruſinū, non euitat propter hoc ſolutionem,quia in fraudē fecit.Pro hoc.ff.de hær. in
h ſtit.l.ex facto la grande.h

ADDITIONES.

a Ale. Allegari Si ſtatutū excludit præſcriptionē longi tēporis,an verificetur in præſcriptione longiſſimi temporis Dicas , quod non.Facit quod dicimus ſtatutum interpretari , ut aliquid addat iuri communi,ſecundum Bar. in l 2 de uſu Bal. in l 1. de præſcr.lon, temp. quæ pro lib. cum ſi. Sed præſcriptio longi temporis eſt tantum 10.ann,inter præſentes, &c, In contrarium faciunt ea , quæ dicimus ſtatutum interpretandum ſecundum ius commune , & pro certo dictum Bart, nunquam mihi placuit . Pro quo multa poſſent adduci , ſpecialiter quod not. Bal.per illum tex.in l.in contractibus,in princ. de non num. pec. & multa alia. Quando autem valeat ſtatutum excludens præſcriptionem , uide per Bal. in l. 1 ne rei do uel templorum , & dixi plene poſt Barto in l. 1. de uſur. Sed aduerte ad dictum Barto hic quod puto, quod ſit corruptum , quia non deberet eſſe illud uerbum longe relatum in ſtatuto , an præſcri centum anno. intelligatur excluſa,vide no.in d.l.1.ne rei do.vel temp. & in cap. 1. §. præterea. de c. Con-ta.in vſib.feud.

Ale. Statutum faciens mentionem de præſcr.lon tem. non comprehendit præſc. 40 ann. Idē Bal.in l.ius emphyteutici ſup. de fun. pat & ibi uide. & contra Bart. hic tenet Ang.in l.ſi quis decurio. ſup de decur.li.10.vbi dixi.

b A uiro. An liceat uiro uxorem ex cauſa uerberare , uide Fel.in cap. illud. de præſumptio.

c Alex. Verberatur.& Dy.& Bal idē tenētes in l.1.ſup. de legibus.ubi dixi, qđ hoc caſu dabūtur alimēta extra domū,& idē no.Cy.in l.quod in vxore. ſup. de neg. geſt.& ibi Bal.bene facit tex.in l.Caio Seio §. fin. ibi , ſi ob grauiorem ſeruitutem diſceſſerunt.ff.de alimen.& cib. lega. facit etiam. l ſi dotem. § ſin autem in ſeuiſſimo.ff.ſol.mat.& Bal.in l 1,de priuil.dot & in l.1 ſup.de ſent. quę ſine certa quantitate

d Alex.Cenſito.No.caſum,in quo pro furto,& rapina nō agitur,niſi ad ſimplū ,& quæ differentia ſit inter furtū,& rapinam,& violentiā,vide Bar.in l.itaque fullo.ff.de fur & l.licitatio.§ quod illicite,de publica & inter furem,latronem, & raptorem,vide in c.ex parte , de teſt. per Doct & per Ang. in Auth.ut mulieres iurent.§.j & Bal.in auth.ſed nouo iure ſup.de ſer.fug & in l.capitalium §.famoſos,de pæ.& ibi dixi.

e Non dicitur primogenitus Regis. Tu adde omnino per Bald. in l. Imperialis, nu 10 & ibi poſui in apoſt.ad ipſum ſup.de nup.quā ad hoc alleg.ꝓ ſing. Franc. de Crema,ſing ſuo 30 incip. vide pulchram diſputationem.vbi remiſſiones habes ad ſaturitatem.

f Adde.Senato.Vide Bar in d.l Imperialis , & adde qđ idē Bart dicit in l.2 §. filius. de decurionib.vbi ponit de filio nato antequam pater efficeretur nobilis.an gaudeat priuilegijs nobilitatis. Et ibi concludit , quod non nec quo ad cōmoda , nec quo ad incommoda,& Bal in d.l.Imperialis.§.ſi Ratio. quia qualitas adiūcta verbo, debet intelligi ſecundum qualitatem verbi , cui adiungitur. l. in delictis §.ſi extraneus ff de nox & facit tex.& ibi Bar in l. ſi ſenator.inf. de digni. li.12 & vide quæ ſcripſi in l.2 §.filius de decur.

g Ale.Sub. Facit ut ad q.dicit ſtatutū , quod ſi aliquis fecerit ſtationem in villa per decem annos,teneatur in perpetuū ipſe, & filij, an talis præſcriptio noceat filijs natis ante præſcriptionem.

Item ſi ciuitas recipit aliquem in ciuitatem. bene facit ſtatutū quod omnes trahentes moram in comitatu,non gaudeant priuilegio ciuitatis , nec eorum filij, quod ſi aliqui habitauit in comitatu,non pręiudicet iam natis,ſecundum Bal. in l.1.ad ſi ſup.de lib.& eorum libe.

h No. Grande ex illo §,arg.quod colonus remanēs in colonia , illam partē fructuū ſolum reſtituere tenetur,quam reſtituebat temporibus retro actis.

Item eſt caſus,quod hæredes alicuius coloni remanētes in colonia, ſine reuocatione aliquorum pactorum,quod per omnia,& pro eodē modo,& conditions pacta omnia,quæ extabant inter dominum , & colonum defunctum , debent ſeruari inter dominum,& hæredes coloni, quod no.Ang hic additio eſt. §. caueant,

LEX XXIII.

1 *Adſcriptitij matrimonium contrahere poſſunt.*
Adſcriptitij effici poſſunt clerici dominis eorum inuitis.
2 *Partus conditionem ventris ſequitur.*

Si qui.[1] Mulieres liberæ cū adſcriptitiis matrimonium ꝯ-
hentes nō perdunt ipſæ, nec corū poſteri libertatē,
& natus ex libero,& ex adſcriptitia muliere,ꝯdōnem ventris ſe
quitur. Itē dñi talium adſcriptitiorū poſſunt eos extrahere à tali matrimonio authoritate ꝓpria , & ēt caſtigare, ſi iudicis copia deſit; quod ſi nō fecerint , ad eorū damnū negligentia redūdabit,h. d.† Et no adſcriptitios ꝯhere mrīmoniū. Per quod
dicunt quidā ipſos eſſe liberos, & non ſeruos. Sed certe matrimoniū iſtud eſt de facto,non de iure,vt in Auth.de nup.§.adſcriptitios.Nō tamē intelligas,quod ipſi ſint ſerui , niſi quo ad
quædā ſeruitia.Et hoc apparet,quia etiā inuitis dominis pñt effici clerici,vt in Auth.de ſanc.epi.§.adſcriptitios,qđ non eſt in
ſeruis.Hāc opi tenet glo.d.§.adſcriptitios.ī ver. Agriculturam.
Similē tex.habes ad literam in l.1.ſ. de ſenatuſcon. Claud. in §.
ſed ſerui.in fi.Olim enim ſemper natus ex alio adſcriptitio,vel
adſcriptitia,cōditionē adſcriptitij ſequebatur. Et hoc introductū fuit per ſenatuſconſultū Claudianū.ſed poſtea hoc mutatū
fuit,quod ſequeretur conditionē ventris,vt l.1.de ſenatuſcon.
Claud.& in Authen. conſtitut. q̄ ex adſcrip.& vidiſtis.ſ.eod. l.
ne diutius.in glo.intelligitur.in fi.& hoc verū olim ex diſpoſi-
2 tione ſenatuſcon.Claud.ſed hodie†indiſtincte partus ſequitur
conditionem ventris liberi, licet pater fuerit ſeruus.

De capitatione ciuium cenſibus eximenda. Rub.

LEX VNICA.

1 *Rubrica ſi eſt generalis, lex etiam generalis intelligitur.*

PLebs. Ciues Romani habitãtes in urbe effugiũt onus capitationis. h.d. ſm primam lectũ. Poteſt etiam intelligi in ciuibus aliarũ ciuitatũ habitãtib. intra vrbẽ. Et hoc patet ex generalitate huius literæ, quæ dicit, in Oriẽtalibus quoq;. Sed hæc lex fallit in tributo capitis, q̃d pro metallo præſtatur, vt l. per annos. ſup. de
1 metalla. q̃ videtur contra. † Vltimo no. ex glo hic poſita, q̃ qñ
a rub. eſt generalis, quòd etiam lex debet generaliter intelligi.

ADDITIO.

a Alex. Intelligi Per Mod. in rub. ff. de verb. obl. Quãdo rubrica eſt generalis, lex debet eſſe generalis, Adde Imo. in rub. ff de verb. obl. 1 t hoc maxime, quando per verba rubricæ cõprehẽditur mens ſtatuti. Facit gl. 1 ſup. ne fideiuſ. dot detur & l. j cum ibi no. per Bar. & Doct. ff ſi cer. pet. & gl. in l. 1 in ver. prætorio & ibi Bar. ne liceat tertio prouoc. & no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de diſpu & alleg. ad fin & Bal. in l. ſi ff. de hæc. inſti. & glo. in rub. ſi quis reſt. lib. eſſe iuſſ. ru. & in l. j. in prin. ff. quod quiſque iuris. * Dec. conſi. 42. col. 1 in fi. Menoch.

In quib. cau. colo. cenſi. domi. accu. poſſ. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Coloni, qui colonia finita perſeuerant in ea conſuetum aſſiſctum præſtare tenentur.*
2 *Timens ne ab aliquo offendatur poteſt iudicem adire, ut ille ſibi caueat.*

QVisquis. Colonus exactus per dominum contra conſuetudinem præſtationis antiquam dominum accuſare poteſt, & ſi dominus cõuincitur punitur, & hęc lex no iſtud dicit. In tex. ibi,
1 quã ante conſueuerat, arg optimum † pro colonis noſtri temporis, qui redditũ annuũ præſtant dominis, vt ſi fin no tẽpore coloni in colonia perſiſtunt tantundẽ debẽt præſtare, quantũ conſueuerunt, facit s. tit. 2. l. cũ ſatis. §. caueant. In tex. ibi, in poſterũ prohibeantur. No. poſſe ferri ſententiã, vt in futurũ non debeãt agentẽ moleſtare, ſicut in negatoria, vt Inſt. de actio. §. æque. & in vti poſſidetis, vt in tit. vti. poſſ. ff & C. & ſic patet, q̃d rõne iuris de præſenti fertur ſentẽtia ſuper futuro Secus ſi ius non cõpeteret de præſenti, ut l. 1. §. 1 ff. de uſu. quæ hic allegatur
2 pro cõtro † Et per hanc literam dicit And. de Baru. quod qui timet ne offendatur ab aliquo. poteſt adire iudicẽ, vt ſibi caueatur per illũ, vt nõ offendatur, de quo per Gul. in l. illicitas, §. ne potentiores, de offic præſid. & facit. ff. de vſufruc. l. æquiſſimũ.

LEX II.

1 *Statutum, quòd aliquis non habeat uocem in capitulo uidetur ei præclu dere uiam in iudicio.*
2 *Imperator eſt uniuerſalis dominus omnium, non tamen particularis.*

Coloni. Coloni cenſiti licet reſpectu aliorum ſint liberi, tñ quo ad perſonam dominorum, quibus tributa præſtant, uidentur quadam ſeruitute eſſe adſtricti, & ideo eos ad iudiciũ vocare non poſſunt pro cauſis ciuilibus niſi ratione ſuperexactionis, ſed pro publicis criminibus eos accuſãt, ſi ſuã vel ſuorum iniuriã proſequantur, tamen ſua peculia, & eorũ prædia alienare non poſſunt inuitis dominis inter viuos,
1 hoc dicit. † In textu. ibi, ipſi ſunt, & ideo cũ pſona eſt alterius, multo fortius bona illius. In tex. ibi, vocẽ negamus. No modũ loquẽdi, nã per hoc patet, quod ſi ſtatutum dicit, quod talis nõ habeat vocẽ in cap. per hoc videt ſibi pręcluſa via in iudicio.
2 In glo quæ incipit. coloni. ibi, nam ſæpe vulgariter. † No. iſtud. vulgare, quid importet in eadẽ ibi, ſic & alias. no. quod omnia ſunt Principis quo ad iuriſdictionẽ, & vniuerſale dominium, ſed non quantũ ad particulare, de quo not plene in l. bene a Zenone. ſupra de quad. pſcri. In gloſ. ſuper verbo, alienare. ibi, nec etiã intrare Eccleſiam De iure ciuili videtur ſecus, vt not. glo. in l. quemadmodũ. de agri. & cenſi. & eſt text. in Authen. de ſanct. epiſco. §. ad ſcriptitios.

De colonis Palæſtinis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Nati in terra, ubi Chriſtus fuit natus, non habent aliud priuilegium, quam alij.*

CVm per alias. Coloni Palæſtini non poſſunt a terra recedere, ſicut alij, & eorum dominis datur plena poteſtas reuocandi domũ.
a h. d. Et no. † gl. fi. huius legis, quod nati in terra, vbi fuit natus Chriſtus, non habent aliud priuilegium, quam alij.

De colonis Thracenſibus. Rub.

LEX VNICA.

1 *Vagabundus quis dicatur, quod ille, qui uagando uadit per orbem.*

PEr vniuerſam. Thracenſes capitationis nõ præſtant tributa, ſed tributa terræ, non tamen poſſunt a terra diſcedere, & occultans, vel retinens colonũ Thracẽſem, ipſum reſtituit domino cũ peculio, & cũ agnatione, & punitur in duab. libris auri.
1 h. d. In tex. ibi, vagabũdi, no. No. † de vagabũdo, quia proprie il-
a le dicitur vagabũdus, q̃ vadit vagãdo per orbem. a vt hic, & l. j. l. proxi. & eſt caſus in l. 1. de tyro. li. 12. & hoc eſt verũ, niſi in proprio domicilio fuerint agnati, vel cognati, qui vellent eũ ab inquietudine defendere, vt s. de agric. & cẽſi. l. cũ ſemus. §. illud quoq;. Gl. tamẽ ff ad Mun. l. eius. §. Celſus, dixit q̃d ille eſt vagabundus, qui non habet domiciliũ. Sed hęc eſt truffa, quia ſecundũ hoc ſemper opus eſſet, quod locus originis eſſet paſſus
b aratrum, quod eſſet abſurdum. b

ADDITIONES.

a Per orbem Ad quod tu vide omnino Fel in c ſi. de foro compet. uer. de uagabundo & quod ibi dixi in apoſtil. de vagabundis dixi multa, ſupra in addi. ad Bart ſed nunc non occurrit locus, uide tamen omnino de hoc Ant. Cor ſing. ſuis in uerſ. vagabundus incip. ſi beneficiatus ubi late de multiplici uagabundo tractat.

b Alex Abſurdũ Adde. Bal. in l. 4 § prætor de dam infec. qualiter vagabũdus ſit citandus, vide Inn. c. ſi aduerſarius de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan & Spe. in tit. de cõpeten iudicis adi. in ver. q̃d ſi debitor, vide gl. & ibi Bar in l. cum hæreditas. ad Treb qui dicantur vagabundi & qualiter conueniãtur, & citandi ſint, vide Io. And. in addi Spec. in tit praell & ibi etiam ponit quid de barri & per Cy & Bal. in l. vbi de cri agi opor. & in l ad recognoſ. & quæ dixi ibi poſt Bar. §. ex quib. cau. in poſſ ea.

De colonis Illyricanis. Rub.

LEX VNICA.

1 *Intereſſe lucri ceſſantis æſtimatur iudicis officio.*
2 *Bannitorum receptatores, quomodo, & qualiter puniantur.*

COlonos. Coloni Illyricani origine a terra ſeparari nõ poſſũt, cõſcientes reuocantẽ & reuocati ſubmittunt i vinculis hẽ receptãtes eos licet ignotos, puniuni. h d. Et de hac receptione
1 vide. q̃d dixi s. de agric & cẽſi. l. cũ ſatis. & s. de fab. l. pe. † In tex. ibi, authoritate iudicis, no q̃d intereſſe lucri ceſſantis iudex ex ſuo officio æſtimare debet, q̃d nota pro eo, q̃d ponit Cyn. in l. vnica. s. de ſentẽtijs q̃ pro eo quod intereſt. proferuntur, circa
2 probationẽ intereſſe, In tex. ibi, iſtud ſufficiat. † No optimum text. contra receptatores exbannitorũ, q̃ puniuntur pœna receptatorũ, non ſolum ſi ſciuerint pœnam in qua erãt banniti, & cauſam pro qua erãt bãniti, ſed etiam ſi omnino iſta ignorauerint, dũ tamẽ ſciuerint iſtos eſſe bãnitos, ſecus autem ſi hoc ignoraſſent l. 1 ſupra de recep & de agri. & cenſi. l. quemadmodũ. & quod dixi ſupra de fabric. l. nullus. Rubricas quatuor ſequentes vide per teipſum.

De omni agro deſerto. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Prædia ſterilia, quòd debeant iungi pro parte fertilibus propinquis.*

CVm diuus. Prædia deſerta decurionibus loci, quibus ſubſunt aſſignari debent cum immunitate trienni, & ſi inſufficientes ſunt ad onera ſupportanda debent diuidi, & poſſeſſionibus fertilibus
1 aſſignari. a † Et no. ex fine legis q̃d prædia ſterilia debẽt adiũgi
a per partes fertilibus propinquis, ad hoc, vt alia pdia fertilia ſu-
b ſtineant onera prædiorum ſterilium h. d. b

ADDITIONES.

a Alexan. Aſſignari Hanc legẽ allegãt Bart. in ſuo tractatu repreſaliarũ, in 3. q. pen. q. princ quod per ſtatutũ poteſt fieri, quod quilibet de villa teneatur pro debito alterius, quod tamen intellige, & limita, vt per Bar. in 4. q. pen. q. princ. in l. prouidendum, ſup. de decur.

b Alex. Hoc dicit. Quod põderat Barto. in l. ſi ſe nõ obtulit. § actor ff de iudi. allegat hanc legem, ſi quis de ciuitate non eſt ſoluendo, quod alij de ciuitate tenentur ſoluere pro illo per libram, & ſolidum & cum Barto ibi tranſeunt omnes poſt eum, ſed Bartol. in l fina § mixta ff de mun. & hono determinat contrarium. vbi vult, quod de iure communi onus deficientium nullus tenetur ſubire, alleg. text in l. 1 ſup. ut nullus ex uica pro alien. uican. deb. libe. 11. Et reſpondet iſtam l. procedere, niſi alio modo eſſet expreſſum lege municipali, quia illi legi, uel conſuetudini ſtandum eſt, damnum ſuſtineat. Pro hoc etiam facit diſtinctio Barto. in l. 2 de apo pub l b 11. de quo ut ſeas quod ibi ſcripſi. & uide per Ang in d § actor. uerſic. quærit Bartol quid ſi aliquis de uniuerſitate & uide Alex. in repe. l. ſæpe. in prin. ff. de re iud.

LEX

LEX II.

1 *Prædia fertilia dicuntur nerui ſterilium prædiorum.*

Si quis. Poſſidens fundos ſteriles, & fertiles tributarios ſi
alienat fertiles, & ob hoc efficitur nõ ſoluẽdo, te
netur ad tributa fertiliũ & ſterilium emptor. h. d. Et not. quod
1 † prædia fertilia appellantur hic nerui prædiorũ ſterilium. Et eſt
ratio, ſicut in corpore humano caro fertilis, & imbecilis cõſer
uatur per neruos, ita prædia ſterilia conſeruantur per fertilia.

LEX III.

1 *Verbum cautio, an intelligatur cum fideiuſſore, uel ſine, remiſſiue.*

Quicunque. Recipientes ꝓdia deſerta cum immu
nitate triẽnij, debẽt cauere idoneè, qđ
prædia non relinquant cũ damno Reipublicæ h. d. In text. ibi,
Imperatorũ, not. dicit Imperatorum, vnde ille cui aſſignarẽtur
prædia deſerta abſq; imperatione, non debet hac cautione gra
uari, quia ſatis eſt, qđ fuerint ipſo inuito illa prædias ibi aſſigna
1 ta in fi. gl. ult. No. benè de hoc † verbo, cautionis, utrũ intelliga
a tur cũ fideiuſſore, uel ſine. a de uer. ſig. l. iancimus. & ibi p Cy.
& hic per And. de Barulo.

ADDITIO.

a Cum fideiuſſore. uel ſine. Adde gl. & iſtum in l. ſi mandato §. fin. ff. mandati & in l. caut. de uerbo ſig. & in l. prætoriæ. in fin. ff. de præto. ſtip. Bal. in l. ſancimus in 2. opp. ſup. de uerbo. ſig. & in auth. cui relictum. uerſicu. item no. quod idonea cautio. ſup. de iudic. uid. tollen. Alexan. in l. 3 qui ſatiſda. cog. & Cardin. in Cle. 3. §. quia de pœn. & per Oldr. conſ. 65.

LEX IIII.

1 *Repudians hæreditatẽ, priuatur nõ ſolum hæreditate, ſed etiam omnibus bonis ad eum quocunque titulo per inſtituentem deuolutis.*

Hæredes. Hæc lex eſt ſingularis. Scriptus hæres a tribu-
tario debitore, & onus fundorum ſterilium
agnoſcere cogit, & ſi hæreditati renũciet, cogetur cedere om
nibus bonis, quę etiã ex alio titulo a debitore percepit. h. d. No.
1 ſing. caſum, † in quo repudians hæreditatẽ inſtituentis eũ, non
ſolum priuatur hæreditate, uerũ etiam omnibus bonis, quocũ
que titulo ad eũ deuolutis per inſtituẽtem. Et ſic eſt argu. hic,
q. l. inſtitutus a debitore Cõmunis Peruſij, ſi repudiat eius hę-
reditatẽ, priuatur omnibus bonis ſuis, quocunque titulo et ac
a quiſitis a teſtatore. a

ADDITIO.

a Ang. Teſtatore. Hoc tamen eſt ſpeciale fauore fiſci, ergo in contrarium eſt ius commune, Lius ſingulare ff. de leg. & ſine. no.
Menoch. Iaſ. in l. filio pater mi. § de leg. primo.
Alexand. Vide Ange. in l. 1 ff. de acqu. hær. & uide in l. ſi patroni. §. quid ergo. ff. ad Treb. & in l. qui hæred. §. ſi pars, de cond. & dem. utrum autem repudiata hæreditate uideatur repudiatum officium executionis, & econuerſo, uide Bar. in l. cum proponas. C. de fideicom. lib.
Menoch. Conſet. in his ſing. in uerbo. Hæres: incip. Inſtitutus.

LEX V.

Qui vtilia. Poſſidens prædia ſterilia, & fertilia non põt
renũciare ſterilibus, & fertilia retinere, ſed
omnib. debet cedere, ut pariter omnia curialib. deſerant. h. d.

LEX VI.

1 *Verbum, reuertantur, ſignificat tranſlationem dominij, ipſo iure, & de eius ſignificatione, remiſſiue.*

Quiſquis. Prædiũ ſterile deſertum iungi debet poſſi-
denti fundum fertilem dñicum, vel templo-
rũ, & ſi nullus reperiatur uolens dictũ fundum poſſidere, an-
tiquo poſſeſſori reſtituit præſtita cautione ſoluẽdi tributa, &
alias publicas functiones. h. d. In tex. ibi, reluctãdũ, ſed quomõ
reluctantur cũ prędium deſertum aſſignetur domino inuito,
vt ſ. eo. l. j. Reſpondeo. quod hic loquitur in prædio dñico, vel
templorum, ibi autem in prædio priuati. In tex. ibi, reuertant.
1 Not. de verbo † reuertant, quia ſignificat trãſlationem domi-
nij ipſo iure, & eſt vtile pro ſubſtitutionibus De quo habes in
l. 1. ff. de donatio & ſ. de reuoc. do. l. ſi unquam, & de inoff. do. l.
ſi totas. & d. xi de uulg. & pup. in l. Centurio.

LEX VII.

1 *Habens fundum ſterilem in emphyteuſim ſi ſua cultura facit eum meliorem, an poſſit illum tranſmittere ad hæredes extraneos, licet hoc in inſtrumento non dicatur.*
2 *Ille cui aſſignatur prædium patrimoniale Principis ſterile, habet biennij vacationem a tributis, ſi fiſcale, habet triennium.*
3 *Portare granum de Cluſio Peruſino, qui teneantur.*
4 *Colonus qui fundos ſteriles, reddit bonos, & fertiles, ſua cultura, non poteſt per dominum de eorum cultura remoueri, nec ei penſio augeri.*

a **Quicunque.** Qui fundum patrimonialem ſterilem ſ
ſua induſtria fertilẽ fecerit, dẽt ipſum
perpetuo poſſidere. & ipſum relinquere hæredib. tanquàm ꝓ-
prium & ille, cui aſſignata ſunt prædia ſterilia, tributa ꝓſentia,
non præterita ſoluit, & etiã pro pręſentibus gaudet immunita
te biennij, qua immunitate alij gaudere non debent. Itẽ procu
rator cũ videt prædia ſterilia curare debet pro poſſe, vt aſſignẽ
tur ꝓdijs uicinis fertilib. Itẽ hoſpitale d. achaiinne hẽt immuni-
tatem, ne cogatẽ ſuſcipere prędia ſterilia. h. d. In tex. ibi, ꝑpetuo.
1 Not. arg. qđ † hñs in emphyteuſim fundum ſterilem, vel deſe-
b ctiuum, ſi ipſum ſui cultura fecerit meliorẽ b poteſt tranſmitte
te ad hęredes extraneos, nec finit emphyteuſis tertia genera-
tione, licet in inſt. o hoc non dicatur. Pro quo facit j. l. qui fun-
c dos. tam c hoc non affirmo. In tex. ibi poſt biennium. No. qꝫ il
a le, † cui aſſignatur prędiũ patrimoniale Principis ſterile, habet
biennij vacationem a tributis Si autem eſſet fiſcale, tũc hẽt ua
cationem triennij, vt ſ. eo. l. j. & ita tenet hic gl. In tex. ibi, vt pri
3 mum vicinas. Not. hic argu. qđ ad † portandum granũ de Clu-
ſio Peruſino ad Ciuitatem Peruſij, primo debent grauari Clu
ſij, poſtea viciniores Cluſio, tertio alii, ſi primi ſint inter impo
tentes, pro quo facit optime j. de naui. l. cum nauarchorum.
An autem iſti propinquiores aliis teneantur portare ſuis ſum-
ptibus, vel publis. s. dic vt ibi dixi. In tex. ibi, ꝯſenſu omnium.
Not. hic dicit conſenſu oĩum. & tñ gl. dicit ſufficere conſenſũ
d maioris partis, d & hoc eſt vtile ad quæſtionem ſtatuti dicẽtis,
qꝫ factũ per maiorem partem ſtudi. non valeat reprobari, qđ
certum eſt, ſi ſit factum per maiorem partem, vt hic. In tex. ibi
4 es eludat. No. optimum arg. pro † laboratoribus, & colonis tan-
e tum, qui eorum cultura fundos bonos, & fertiles fecerunt e cũ
eſſent ſteriles, vt non poſſint per dominos eorum de cultura
remoueri, nec etiam eis penſio augeri. Facit j. tit. 2. l. 1.

ADDITIONES.

a Sterilem. Quæ dicatur ſterilitas in fundo, uide Bar. in l. ſi uno. § ubicunque, uerſ. d. dubitatur ff. loca. & Saly. in l. licet. C. de lo. uerſic. quæro, quando, non dicatur ſterilitas, ubi etiam uide Bart. & Bal. & Ioan. And. in addi. ad Spe. in tit. de loca. & Aud. Barb. conſ. ſuo incip. Scripſit propheta.

b Menoch. Meliorem. Adde D. Rip. in tract. peſt. in 2. parte principali, nume. 255. Roma. ſing. 385 Ruy conſ. 35. num. 16. lib. 1 conſ. 116. nu. 3. 4. 6. lib. 1. & conſ. 157. nu. 14. 15. eo. lib. 1. Boer. q. 50. nu. 8. Marſil. ſing. 550.

c Ale. Affirmo. Hoc dictum ſecutus eſt Lud. in rub. de arb. ſed ipſemet, & melius in l. etiam in prin. ſol. mat. tenet contrarium, & bene, per c. ad aures. de reb. ec. non alie. Nec obſtat text. quia loquitur in re Principis, non eccleſiæ. Item non apparet hic, quod eſſet data in emphyteuſim. Ita dicit ipſe, hoc autem, tenendo opi. quod talis emphyteuſis non tranſeat ad extraneos. De quo plene ibi, & in l. quod dicitur. de uerb. obl. & Imo Alex. Adde, quod ſi quis ſuit exẽptus a canonis præſtatione alicuius fundi ſterilis in totum, vel in partem, & poſtea ſit effectus fertilis induſtria poſſeſſoris, an debeatur præſtatio canonis, & poſſit augeri Caſus eſt, quod non, in l. fi. ſup. de alie. fundis quem alleg. Ange. in l. ſi ſeruus ff. de ſer. ruſt. præd. Imo. ſecundum eum liberatio, & exemptio, remanebit firma per illum tex. & § quia uero Leonis in Authen. de non alie. & Bal. ad l. hanc legem in argumentum in c. 1. de alie. fund. pat. & ibi in tex. perpetuo no. ar. No. caſum in quo emphyteuſis durat ultra tertiam generationem, & ad extraneos tranſmittitur. Adde Rom. in rub. de arb. regulariter tamen non egreditur tertiam generationem. in §. emphyteuſim. in Auth. de alie. & emph. etiam ſi ſit præſcripta ſecundum Bal. in c. 1. §. quibuſdam oblig. uerunt. de feu. da. in uicem leg. commiſſoriæ. qui dicit ita ſe conſuluiſſe de facto Et eodem modo ſolet dici in dignitate, quæ obuenit ex accidenti, quæ non egreditur tertiam generationem i. pronepotes ſecundum Bar. in l. diuo Marco. ſup. de quæſt. Et quæ dicatur tertia generatio, & uſque ad quẽ gradũ duret uide per Doct. in authen. ſi quas ruinas. de ſacroſ. eccl. in l. ſi mini, & Tiro, & in l. qđ di. de uerb. obl. & a quo incipiat generatio. Ang. in §. emphyteuſim. in Auth. de non alie.

d Conſenſus maioris partis. Adde Bald. in l. ueterem num. 1. & quod ibi poſui in appoſt. ad ipſum, in uerſi. quod omnes tangit. ſupra, de author. præſtan. & Ant. Cor. in ſin. ſuis in uerſic. uniuerſitas tota, quod fit a maiori parte capituli.

e Ale. Fertiles fecerunt. Adde Inno. in c. fin. de pecul. cler. quod ſi clericus fundum ſterilẽ eccleſiæ, fecerit ſui cultura fertilem, & propter delictum deponatur ab adminiſtratione, pro uictu, debet ſibi remanere ille fundus fertilis, quod not. Rom. in litera E. alias, F. no. 31.

LEX VIII.

1 *Agrum deſerere, & agrum derelinquere ſunt diuerſa.*
2 *Occupãs prædiũ incultũ, & deſertũ propria authoritate, ſi accuſetur qualiter teneatur, & ponit practicam tam pro accuſato, quàm accuſatore.*
3 *Cautela, ut quis præſcribat fundum incultum tributarium minore tempore biennij.*

Qui agros. Agrum ſterilem, & tributarium deſertũ q-
libet authoritate propria poteſt inuadere, ſi
ue inuadens ſit vicinus, ſiue nõ, ſed dñs deſerens intra biẽniũ
recuperare poteſt reſtitutis expẽſis cultori, quo elapſo nõ audi
1 tur. h. d. No. diligẽter ex hac lege. q. l. † aliud eſt agrum deſerere,
& aliud derelinquere, qui. n. derelinquit ipſum ex pœnitentia
nõ reuocat, vt l. 1. ff. pro derelic. Sed qui deſerit intra biẽniũ, ſic,
vt hac l. Itẽ biẽnium datur ſi non ſuit vocatus per poſſidentẽ,
aliàs datur ſibi ſolũ tempus ſemeſtre, vt j. eo. l. locorum. & eſt
optima hæc lex in ciuitate Eugubii, in qua per formã ſtatuto-
2 rũ oĩa prædia ſunt tributaria. Nã † ſi aliquis prædium incultũ,
& per ꝯñs deſertũ authoritate propria occupauerit, non tenetẽ
cõdictione ex l. cum quęrebatur, ſ. vnde vi. quod tenet gl. hic.
Et ideo ſit cautus aduocatus accuſati in dicta ciuitate interdi-
cto recuperãdæ, vel ex illa lege, vt articulet quõ prędiũ erat in-
cultũ, & reputabatẽ deſertũ, quo probato neceſſario ſequitẽ ab-
ſolutio, ex quo prædiũ erat tributariũ, ſecus ſi nõ erat, vt l. clã
poſſidere. §. qui ad nũdinas, ff. de acq. poſ. niſi diuturnitas tpis,
vt ipſe 10. an. aliud induceret, vt no. gl. mag. in l. 1. ſ. de ſer. fug. Per
hãc ẽt legẽ dici pt, qđ licet ſine titulo non præſcribantẽ res ſpa-
tio minori 30. ann. tñ in locis, in qbus ſunt ꝓdia tributaria, ſpa
tio biennij præſcribitur res, vt hic. Et iõ ſit cautus aduocatus ꝯ-
uenti, vel agẽtis, ut articulet, qꝫ oĩa prędia ſunt tributaria ſecun
dum formam ſtatutorum, & quod ipſe ſemper poſſedit illud
prædium per biẽnium, & hoc probet per teſtes, quòd intrauit
poſſeſſionem illius prædii tunc uacantis, & deſerti. Et ob hoc

præſumit tributarium quibus probatis agens, & excipiēs obti-
3 nebit abſque aliquo iu. & † ſi vult breuiori ĩpe poſſidens eſſe
ſecurus, faciat citari illos, quorũ credit intereſſe, vt compareāt
intra ſex menſes ad ꝯtradicendum, ſi credũt prædium ad eos
pertinere nec ne, vt ſi intra dictũ tēpus, dñi non cõparuerint,
poſſidens dñium ipſius acquirit pleno iure. Potes dicere quo-
modo dominus auditur ſi agrum deſeruit. Reſpondeo, nõ de
ſeruit, arg. l. 5. ff. pro derelicto, ſed tantũ culturam, & intra bien
a nium auditur, quo elapſo non auditur. a

ADDITIO.

a Alexan Non auditur Vide tex. & Bar. in l. de eodem de acq. poſſ. in uer. per hanç legem vide hic dicta ad limitationem Doct. in l. Celſus. ff. de ulu.

LEX IX.

Qui fundos. Præmitte ad euidentiam, ꝙ fundos pri-moniales Principis ille dr̃ poſſidere iure priuati, qui ipſos accepit ſteriles, & ſui cultura fecit fertiles, vt s. e. l. quicunque. Et ideo dicit Imperator, ꝙ poſſidens tales fundos, ſi eidem alij fundi ſteriles aſſignentur, quod ſibi dat electio, quod aut retinuat fertiles, aut ſuſcipiat vtrumque, h. d.

LEX X.

Qui per potentiam. Si fiſcus alicui ſucceſſerit, qui fundos ſteriles, & fertiles poſſidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupauerit, cogitur ſteriles ex eadem ſubſtantia pro portione acceptare.

LEX XI.

1 *Caſus, in quo quis poteſt priuari dominio rei ſuæ.*
2 *Caſus, in quo contumax habetur pro confeſſo.*
3 *Citatus ad iurandum de calumnia, ſi nõ cõparet, nõ habetur pro cõfeſſo.*
4 *Proprietas poſſeſſionis ſi dicatur, idem eſt, ac ſi diceretur dominium rei.*

Locorum. Cum prædia deſerta per æquatorē alicui
aſſignant, antiqui domini per edicta uocā
tur, q intra ſex menſes ſi venerint, recuperant bona, & debita
ꝯcta pſoluūt, ſed ſi p dictũ tpˢ cõtumaces extiterint, perpetuo
1 poſſidens poſſidebit, & ſoluet tributa futura, non pterita. h. d.
2 No. † eaſum, quo per lapſum ſex meſium, a quis poteſt priuari
a dñio rei ſuæ, de quo s. eo l. qui agros b Secundo no. hic † caſum
b quod contum. ex lr̃ pro confeſſo c qd tenet hic gl. Idem no. in
c l. 2. §. ſenatus, ff. de iure fiſci. vbi delatus contumax, tribus edi-
d ctis ſuocatus, pro confeſſo hr̃ Concor. in Auth. de exhib re. §.
ſi uero. de aſſer. tol. l. 3. in fi. & ff. de re mil. l. qui cũ vno, §. q poſt.
& s. de iuramen. calum l. 2. § pen. regulariter ꝯ, vel l. diuus. ff. de
3 cuſto reor. Ex hoc patet ſm And. de Barul. quod † citatus, ut ue
niat ad iurandum de calumnia, quod ſi non ueniat, non habe
tur pro confeſſo In tex. ibi, proprietas poſſeſſionis. no. modum
4 loquendi. Nam † tantũ eſt dicere proprietas poſſeſſionis, quan
tum dominium rei, ut l. cum ſatis. de agrico. & cenſi Et hoc eſt
vtile pro ſtatutis dicētibus, quód domini poſſeſſionis poſſunt
talia facere. Nam non refertur ſolum ad dominos poſſidētes,
ſed ad dominos rei.

ADDITIONES.

a Ang. Per lapſum ſex menſium. Et hanc legem no quia per eam habes quod cum eccleſia, & Reſpublica æquiparentur, ut no in l. Reſpublica ſup. ex quib. cau. ma. & requiritur in eccleſia ceſſatio biennij, ut emphyteuta poſſit repelli, ut l. 2. ſup. de iu. emph. quod illud uerum eſt, ubi eccleſia non citauit emphyteutam ut ueniret ad ſoluendum canonem, ſed ubi citauit, non erit neceſſarius curſus biennij, ſed ſufficit lapſus ſex menſium, per hanc l. quod ſingulariter no. quia pulchra limitatio eſt, uide in Auth. de alien. & emph. § ſi uero quis. Ale. Vide Ioan. And. in c. quoniam §. quod ſi ſuper, ut lite non conteſt. & quæ dixi poſt Bartol. in l. ſi fur. ff. de vſufruct. & in terminis Spec. in ti. de proba. § ordendum ue. ſic ſed pone ſtatutum, & Bal. in l. 2. § locũ, de teſt. & ſum ſun. Et quid ueniat appellatione proprietatis, uide Bald. in l. pen. ſup. ſi a non compe. iud. Et adde Ioan. And. et do. Ant. in d. c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper, ut li. non conte. et quod no. Bal. in l. ſciendum. § ſed etiam cum ſeq. qui ſat. cog.

b Alc. Agros. Adde quod aliquando per lapſum quatuor menſium. l. cum duobus. §. 1. idem reſpondit. pro ſocio.

c Pro confeſſo. Au. & quando contumax habeatur pro confeſſo, uide Fely. in c. cum Ber. ad fi. de re iud. ubi plene. & quid in cauſa criminali. uide Old. conſ. 4. Menoch. Rip. & Cur. iu. in l. a Imonendi ſupr. de iur iora.

d Edictis. Sed quid ſi ſtatutum diſponat, dic idem. quia omnino intelligitur ſi ſter citatus, non ſemel pro omnibus ut per do. Ale. in l. abſentem. de pæ. & Fel. in c. excommunicatus. de hære.

LEX XII.

Hac diffinitione. Ad tributa prædij ſterilis, nullus poſſidens fertilia adſtringit; niſi poſtquam fuerit aſſecutus. h. d.

LEX XIII.

Omnium. Domini prędiorũ debent requiri, ut ſoluāt tributa contracta, & ipſis ceſſantib. aſſignātur uolentibus ſoluere. h. d. Et not. hanc legem in ciuitatib. in quibus ſunt prędia tributaria. Nam ſi domini non ſoluant tributa, incontinenti poſſunt prædia alijs aſſignari.

LEX XIIII.

1 *Dominium rei emptę per aliquem ex fratribus nomine proprio, qui cataſtro communis cum alijs poni fecit, & tributa communiter ſunt ſoluta, acquiritur per hoc omnibus fratribus.*
2 *Confeſſio facta in iudicio, per quam confiteor rem meam tuam, licet falſa ſit, mihi præiudicat.*
3 *Confeſſio erronea, vel falſa, quod ſolutis expenſis corrigi poteſt, ſi cauſa erroris eſt probabilis.*
4 *Aſſertio facta in libello, vel exceptionibus, an poſſit corrigi.*

Rura & poſſeſſiones. Si curialibus patientibus
& apud acta fatētib. prædia eſſe alicuius, & tributa qs ſoluerit, apud ſoluentes remanet
a perpetuo dñium a prædiorum, & nulla repetendi datur licen-
1 tia. Et no. hanc legē † ꝯ fratres, qui fecerunt ſe in inſtrumentis
emptionũ tantummodo nominari, & poſtea prædia fecerunt
in cataſtro cõſcribi eis, & fratribus, & ſic communiter tributa
ſunt ſoluta. nam pro hoc eſt fratribus dominium acquiſitũ ſi-
b cut ipſis, quos tenor inſtri designat. b Pro hoc facit s. de donat.
c l. cenſualis, & no. per Cyn. s. de rei uend. l. ſolennib c In text. ibi
a apud acta. No. ꝙ † licēt ꝯfeſſio extraiudicialis, qua ego confiteor
dominiũ rei meæ eſſe tuum, non præiudicet mihi, ut l. cum fal
ſa s. de iur. & fac. igno. tñ ſecus in iudicio, licēt iſta ſit confeſ-
3 ſio falſa, per hanc legē. In gl. hac lege, ibi, non põt corrigi, † hoc
d eſt verũ. d niſi ſit erronea confeſſio, vel falſa, & cauſa erroris ſit
probabilis, vel iuſta, vt l. interrogatam, s. de lib. cauſ. & ff. de ꝯ-
feſſ. l. cũ fideicommiſſum, & de interrog. act. l. confeſſionibus,
& facit s. de dec. l. ſi ille. & tunc non admittit erroris correctio,
niſi refectis expenſis, ſi iudici uidebitur, ut l. edita. s. de ed. cum
ſua gl. Et nota bene, an aſſertio facta in libello precum, vel exceptionis poſſit corrigi.

ADDITIONES.

a Menoch. Dominium. Maria Soc. ſen. conſ. 18. col. 4 cir. med. lib. 1. et conſil. 129. num. 14 lib. 4. Parh. conſ. 31. col. 2. in fi. lib. 2. Mod. Paris. in cõſuet. Pariſien. tit. 1. §. 5. nu. 23 ubi declarat. Dec. conſ. 21. nu 10 Roma. cõſ. 91. nu 7. ubi apoſtil. Ale Tenor inſtrumenti deſignat. Vide quæ dixi inſti. de act. in § ſic itaque. Pau. de Caſt. in l. centuriatos. ſup. de teſta. mil. ubi dicit, quod in dubio præſumitur pro matricula, & quod per eam quis præſumatur quaſi in poſſeſſione, ut ibi per Bal. & Sal. & ad hoc all. Pau. de Caſt. ibi, quando præſumatur pro æſtimo, quaſi aliquis poſſ. ſit deſcript. eſt in æſtimo meo, præſumitur mea alleg. l. ſi. cum gl. & ibi Bar. de prædiis nauic. ſupra, cum ibi notatis per Bal. in l. cenſualis, ſupra. de don. & quod no. in l. cum poſſeſſor. §. 3 de cenſi.

b Menoch. Affict. Deci. 324. num. 16. Dec. conſ. 21. nu. 10 conſ. 146. num. 13 verſic. prædictis minime Crau. conſ. 217 nu. 8 Iaſ. conſ. 28. & col. pe. cir. me. lib. 2.

c Ale. Solennib. Adde Bal. in l. ſolennib. in prin. ſup. de rei uendi. & Roma. in litera D no. 56. & in conſil. Bald. ubi dicitur, quod apponens aliquod ſignum rei, quod uidetur eſſe communis, ſi ſignum ſit commune. Idem dicit in l. ſi paruus ſup. communia uerum & facit in rubeo, & nigro, ut nemini licet, & ut nemo priuatus ut & Bar. in tractat. de inſignijs, & armis. & in materia eiuſm, uide quod dixi in l. fin. in fi. de prædijs nauicular. Nicol. de Neap. per glo. hic dicit, quod interlocutoria redacta in ſcriptis, non poteſt reuocari per iudicem. Simile dicit in teſte, quod licet alias poſſit ſe corrigere, tamen dicto ſuo in ſcriptis redacto non licet Facit gloſſ. in cap. apud miſerabilem. 22. q. 1. quæ dicit, quod confeſſio redacta in ſcriptis reuocari non poteſt. Sed certe Nicolaus uidetur male dicere, quia gl. hic non dicit, quod dictus Nicolaus. Secundo, iſtud eſt contra tex. in c. cum ceſſante, de appella. ibi, ne proceſſus negotij friuolis occaſionibus tardetur, quæ ratio ceſſat, ſiue interlocutoria ſit redacta in ſcriptis, ſiue non Cogita tamen.

d Hoc eſt uerum. Tu uide de hoc Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falſam, § confeſſiones num 3: . uer pro ueritate & ibi poſui habes multa ſingularia de hac materia extra, de probat.

LEX XV.

Si quis deſerta. Ad euidentiam ſcias, ꝙ quędā prędia erant adſcripta nauicularię functioni, vt s. de præd. naui. per totum, & dicta prædia erant etiā tributaria Et ideo ſi dicta prædia efficiuntur ſterilia & deſerta, alicui adiungētur, ille autem ſolum ad nauicularium functionem, & non ad tributa tenebitur.

LEX XVI.

Si quis authoritate. Accipiēti fundum patrimonialē ſterilem ſub certi cano
a nis annui præſtatione, non debet augeri a canon ex melioratio
ne h. d. No hanc l. ꝯ inſatiabiles prælatos, de quib. uidiſtis in l.
cum ſatis. §. caueant. de agr. & cenſi. in l. 1. in quib. cau. colon.

ADDITIO.

a Menoch. Debet augeri. Ruy. conſ. 157 nu. 15. lib. 5.

De fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & paſcuis limitaneis, vel caſtrorum. Rub.

LEX PRIMA,

1 *Reſcripta impetrata a potētibus in curia Romana exiſtentibus, quod ſint nulla.*

Tyberianus. Ad euidentiā ſcias, quod quidam Præfectus, q uocabat. Tyberianus ſtatuit quaſdā poſſeſſiones qbuſdā militib. cuſtodiētibus limites Imperij, qñ deferebant frumēta, hoc ſtatutũ hic confirmat hæc lex, & iubet in perpetuum obſeruari, mādatque, ꝙ reſcripta in ꝯtrium impetrata nullius ſint momētι. h.
1 d. Et hoc eſt optimũ arg. ſecundum And. de Barul. † ꝯ potentes
exiſtentes in curia Romana, vt reſcripta impetrata ab eis ipſo
iure ſint nulla, qñ inferunt hęc alicui præiudicium. Et hoc patet ex litera, quæ dicit, quicquid vel potentiam vniuſcuiuſque.

LEX

LEX II.

1 *Caſtrum non poteſt teneri infra territorium, ad æmulationem, vel caſtrametationem alterius.*

Quicunque. In limine Imperii nullus debet eſſe caſtelli detentor, niſi is ſolus, cui ꝑ Principē detentio eſt cōmiſſa, ꝯtrafacientes pœna hic inſerta puniūtur h.d. Et no. hāc l. cōtra tenētes caſtra in finibus territorij Peruſij, nā coguntur ea relaxare cōmuni cum eorum territorijs niſi permiſſu ciuitatis ſint eis conceſſa, vel per tēpora vetuſta poſſederint, q̄a tunc talis vetuſtas pro lege habetur, vt l.a ff. de
a aqua plu. arcen. in prin. a In alijs autem locis, quā in finibus
1 bene eſt licitū poſſidere caſtellum, vt l. ſi legatum. §. fin. ff. de ope. pu. † nili tale caſtellū teneatur ad æmulationē, vel ad caſtrametationem, vt l. per prouincias, de ædifi. pri. hoc tenet gl. hic. & vide Inno. in c. Piſanis. de reſt. ſpol.

ADDITIO.

a Ale. Adde Bar. & quod ibi ſcripſi in l. opus nouum, de decret. ab ordi. fac. in fi. vide gl. in l. per prouincias, hic alle. & in l. opus, de ope. publi. vide glo. in rub. de metallarijs, & Ange in l. cum eo, de ſerui. ruſt. prædio. Et qui poſſint petere, ut deſtruatur caſtrum factum ad æmulationem, Inno in cap. Piſanis, de reſt. ſpol. * Frua conſi 87 nu 18. Menoch.

LEX III.

1 *Caſus, in quibus nulla currit præſcriptio.*
Statutum, quod contra inſtrumēta dotalia nulla currat præſcriptio, quid operetur, remiſſiue.

Agros. Agri limitanei donec ꝑ milites poſſidentur, ſunt a tributis immunes, ſi tamen alienati fuerint lege prohi bēte vēdicantur, non obſtante longi temp. præſcrip. hoc
1 dicit. † No. hic caſum, in quo nulla currit p̄ſcri. Alios caſus habes no. in gl. ver. ceſſante, q̄ eſt vtile ad inſtrumēta dotalia, in q̄b. nulla currit p̄ſcriptio ea forma ſtatutorū, de qua uidiſtis in l. cū ſatis, de agri. & cenſi. & in l. ſi q̄s decu. & in Auth. vt de
a cætero a commu. eccle. rerum. §. nunc autē. No. tamen gl. quæ alle. omnes leges de hac materia loquentes.

ADDITIO.

a Ale. Statutorū. Vide Ang. in Auth. vt de cætero cōmutatio q. dicit, q̄d hoc caſu currit præſcriptio centum anno per illum tex. & adde Ang in Auth vt eccl. Roma. vbi quærit, an pactum fieri poſſit, quod non currat aliqua præſcriptio & idem vt de cætero commu. vbi ponit, an poſſit fieri per ſtatutum. Et vide quod ſcripſi poſt Bar. in l. ſequitur, in § ſi viam ff. de vſucap. & adde ſicut non currit præſcriptio contra inſtrumenta dotalia, ita non currit contra inſtrumenta finis dotis, Ang. in l exigere dotem. ff. de iud. & ita dicit pluries obtinuiſſe.

De paſcuis publicis, vel priuatis. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Pactum initum per officiales deputatos ad venditionem gabellarum cum emptoribus ipſarum, quod ſit nullum, ſi eſt factum contra ſolitum modum vendendi.*

Cum nulla. Hæc lex dicit, quod ſi aliquis cōduxerit paſcua publica, vel etiam Principis, pro certa annua penſione, appoſito pacto, quod ibidem poſſint depaſci publica animalia, ſeu Principis, quod ſi poſtea talis conductor vult ſoluere maiorē penſionem, ad hoc vt dicta aialia ibi depaſci non poſſint, quod non pōt, nec hoc debet iſti permitti, h. d. Et no. arg. ex fin huius l. q̄a
1 ſi † officiales deputanī ad vēdendum gabellas communes, q̄d oē pactū initum per iſtos officiales cum emptoribus gabella-
a rum ꝯ ſolitum a modum vendendi eſt nullum, quia intelligetī eis conceſſa poteſtas, vt vendant more ſolito, & non aliter.

ADDITIO.

a Ale. Solitū, Tēpus ſolitū, vel non ſolitū hic poſitum, aliter intelligitur. Vide Bar. in l. Mela §. 1. de ali. & cib. leg. & in l. ſi. quomodo, & quando iud. vbi dicit, q̄d refertur ad actum proxime præcedentem vide quod in ſimili dixit gl. in l. 3. ſup. de epi. aud. quæ loqui ur in verbo, conſueto quod verbū refertur ad duas uices. Alb. & Bar. Secus vero in verbo, ſolito, quod verificatur in prima uice, ut dixi per dictum Bar. in d. l. 1. quod ſequitur Ful. in auth. ſed nouo iure. ſup. de ſer. fugi. vbi dicit pro hac eſſe caſum, in l. Mela, in ver. ſed alimenta, licet in conſuetum videatur facere tex. in l. filium, de leg. 2. Sed dic, quod illud prouenit ibi ex voluntate teſtatoris, & illud, quod dicitur conſuetum, probat per binum actum induci, eſt verum in conſuetudine hominis, non mulieris, quia mulieres non poſſunt facere, nec inducere conſuetudinem. dictum Bar. vbi tex. ſup. de leg.

LEX II.

1 *Milites Imperatoris poſſunt petere a Tuſcis, ut eis aſſignentur prata, in quibus poſſint eorum equos paſcere.*

Inſignis. Hic mādat Imperator magiſtro militū, vt animalia militum nō dimittat paſcere in publicis pratis: quod ſi nō curauerit obſeruare vna cū eius officialibus, in 12. libris auri punietur, q̄ pœna ponitur etiam deuaſtantibus prata priuatorum. dicit tamen, quod prouinciales debent ꝓuidere, in quo loco animalia militum ſine dāno prouincialium depaſcant, h. d. Et no. l. contra deuaſtantes prata publica, & eſt
1 hæc lex vtilis pro † militibus Imperatoris deſcendētibus ad partes Tuſciæ, vt poſſint petere a Tuſcis, vt aſſignenī eis prata, in
a quib. poſſint eorum equos paſcere. a No. iſtum tex. milites deuaſtātes prata. Adde do. Mar. de Lau. in trac. de Princ. in ti. de militi. 14 ꝯcluſione. ſed quid ſi Capuaneus reſarciat damnū datum a militibus ſuis damnū paſſo, an poterit ei computare in ſuo ſalario? Dic quod non, iuxta no. per gl. in l. ex maleficiis, §. is quoque. de acti. & obli. & in l. 1. §. plures. de eo per quem fac. erit, & no. do. Mar. de Laud. in conclu. 12. Sed quid ſi non ſunt prata, ſed frumēta in herbis deuaſtata, poſſit ne hac pœna agi, ac ſi deuaſtata prata eſſent.

ADDITIO.

a Ale. Paſcere. Ego ex dictis Bar in l. certe. ff. arb. fur. caſa. colligo quod non. Nam dicit, quod damnum debet æſtimari quantum poſſit vendi dubius euentus illius frumenti quod paſculatum eſt arg. l. propter ſpem. ff. fam. erciſcun. ita dicit do. Iac. de Are.

LEX III.

1 *Milites non poſſunt cum eorū equis ſtare in paſcuis publicis, vel priuatis.*

Prata. Prouincialium prata non debent fatigari moleſtia
1 militū Principis h. d. Sic facit hæc lex contra † ſtipendiatios communia Peruſij, quod non poſſint ſtare cum eorū equis in paſcuis publicis, vel priuatis.

De fundis patrimonialibus, & ſaltuenſibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Emphyteuta eccleſiæ, vel priuati, poteſt domino irrequiſito, rem emphyteuticam donare, non tamen uendere.*
2 *Cōducens rem a fiſco in perpetuum, tenet locum domini, & uēdere poteſt.*

Si quis. Accipiēs fundū fiſcalem in emphyteuſim perpetuam, ipſum donare poteſt & irrequiſito fiſco. h. d. Sicut autē donare, ita vendere poſſunt, quia tales emphyteutæ tenent locum domi
1 norum, † ſed ſecus in emphyteutis eccleſiarū, vel priuatorum, quia licet poſſint donare fundos domino irrequiſito, non tn̄
a vendere, vt l. fi. §. de iure emph. Et ita tenet hic gl. pen. Vltimo
2 ſcias, quod ille, † qui conduxit a fiſco in perpetuum, tenet locū domini, & ideo poteſt vendere, vt no. gl. in rub. ſ. eo.

ADDITIO.

a Vēdere. Pro Cōcordia. Aduerte, quod Bar in l. fi. C. de iu. emphy & in l. ſi domus. §. ſi ff. de l. g. 1 tenet quod donari, vel legari nō poteſt res emphyteutica ſine cōſenſu domini, ſed cōtrarius allegat in hac l. ſ. de fun. pat. & in l. in conuentionib. ff. de verb. ſig. Tu dic ſi bene conſideretur Bar. vbi ſupra ſoluit, quod prima opin. procedit in emphyteuſi priuata. Rationem reddit, quia tunc nimis grauaretur dominus, quia eſſet opus quod dominus ageret rei vendicatione cōtra poſſeſſorem, cum nullam obligationem perſonalem haberet, cum nullus ſit initus cōtractus inter dominum, & poſſ. ſſorem. Sed in caſu huius l. 1. eſt ſpeciale, & Bar. vbique, ſi videatur, dat iſtam ſolu. quia tunc in iſto caſu ceſſat ratio prædicta in hoc caſu ſingulari, & inepte allegatur in d. l. in conuentionibus.
Limita, vt in l ſi ſup. de iure emphy. & ibi Bart in l. ſi domus. §. ſi de leg. 1. & adde c. potuit, de loca. Quid in conceſſione vſusfructus, an poſſit alij concedi ſine cōſenſu domini. al in d. l. fin. ſup. de iure emphy. alleg tex quod ſic, in l. 1 §. itē in fundo, quib. mod. vſusfruc amit. facit, quia etiam ibi non loquitur, an poſſit facere ſine conſenſu domini emphyteuta; puto contrarium verius per regulam l. ſi. ſup. de rebus eccle. non alie. vbi prohibita alienatione prohibetur & vſusfructus conſtitui. * Gozad conſi 92. nu. 1 Menoch

LEX II.

1 *Minori non ſoluenti vectigalia Principis pro eius fundo patrimoniali nō currit præſcriptio.*
2 *Minor non ſoluens vectigal in ciuitate Florentiæ non incurrit pœnam.*

Patrimoniales. Si ꝑ re patrimoniali emphyteuticaria, tpe debito ſoluta penſio non ꝓbatur, minori ipſo iure non infertur damnum vel pœna, ſed
1 tutori, & curatori i ſolutione ceſſantibus. h. d. † Nec eſt ꝯtra. ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. ſi in cōmiſſum, & ff de pub. l. Imperatores. §. fi. ibi, minori currit tēpus. ſed poteſt reſtitui, quia illæ leges loqnūtur quādo minor dēt ſoluere vectigal fiſco, hic quādo Principi, ex eo q̄d prædiū erat Principis, licèt aliàs omne priuilegiū, quod dat fiſco eſt Principis, & Auguſtæ ſolēt habere, vt no. ſupra. de iure fiſ. in rubr. Itē nō ob. ſupra, de fide inſtru. & iure haſt. fiſ. l. quicunq;, vbi res incidit in cōmiſſum, & non reſtituit. q̄a ibi ſimiliter erat fiſci, & venditio rei minoris erat facta, hic cū debitū erat Principis, & res minoris non erat
2 diſtricta, vt hic tenet glo. † Per hoc patet, quod cū omnia vectigalia cōmunis Florē, ex commiſſione Principis ſint licita, quod ſi minor ceſſauerit ſoluere vectigal, q̄d dicitur Principis, multo magis nō incidiri in pœnā, ſicuti nō incidit in pœnā non ſoluēdo vectigal, quod debetur ipſi ciuitati, & hoc eſt

verum, niſi ciuitas ſuper hoc legem propriam haberet, quia ſic
minori curreret præſcriptio ſtatutaria, licet poſſet reſtitui, vt
a patet in c. conſtitutus, de in integ. reſt. a

ADDITIO.

a Ale. In integ. reſt. Adde Bar. in l. Imperatores ff. de publ. Et in ea in fi. ſicut per reſcriptum non poteſt auferri directum dominium, ita nec vtile. Pro hoc eſt tex. ibi, & Bal. in c. 1. de na. feu. & in c. 1. de noua for. fidel. Sed dubium in hoc facit, quia licet Princeps non poſſit tollere dominium de iure gentium, tamen quod eſt introductum de iure ciuili, poteſt etiam ſine cauſa, vt no. Bal. in l. reſcripta ſup. de precibus Imper. offe. per Pau. de Ca. ibi, & alle. ibi, in rub. ff. ſi cer. pet. in fi. Sed dominium vtile uidetur huiuſmodi, ſ. de iure ciui. quia iſtæ duæ ſine dubio ſunt inductæ de iure ciuili, ſ. emphyteuſis, & vſuſfructus, vt in l. 2. in prin. ſup. de iu. emph. Sed reſpondeo, quod licet forma & nomina ſint inducta de iure ciuili, tamē traditio quæ fit, quæ eſt actus iuris gentium, cōſeruat ſibi effectus directi dominij, & ita declarauit Bart. ad alium finē, in extrauag. quoniam nuper in ver. rebellandi. in ver. item quæro, quid de dominio bonorum,

LEX II.

1 *Emphyteuta, an propter ſterilitatem petat remiſſionem canonis,*
2 *Res emphyteutica non poteſt ab emphyteuta euelli, licet alius offerat meliorem conditionem.*
3 *Dominium vtile nulli ſine cauſa auferri non poteſt, ſicut nec directum.*

a Quicunque. Emphyteuta ob ſterilitatem pt̄ remiſſionem a mercedis impetrare, & reſcriptū
in contrarium impetratum per obreptionem non valet. Item
fundus fiſcalis conceſſus in emphyteuſim perpetuam ab emphyteuta non poteſt euelli, licet alius offerat meliorem cōdi-
1 tionē h. d. Et no. hic caſum, quod † propter ſterilitatem non petit remiſſionē, licet ſecus ſit in colono. Sed an hoc ſit verum
ſimpliciter? dic vt nu. in Auth. de non alie. §. hoc igitur interpatis, & per Pet. de Bellaper. eo titu. §. quia vero Leonis. in tex.
2 ibi, ſed nec &c. † No. q̄ ab emphyteuta perpetuo non pōt res
euelli, licet alius offerat meliorem conditionē. Item quia per
3 hanc l. patet, ſicut † dominium directum nō poteſt auferri mihi per reſcriptum abſque cauſa, vt no. ſ. de fide inſtr. & iu. ha.
b ti. l. quæcunque, nec etiam vtile, vt hic. b

ADDITIONES.

a Remiſſionem. Ad quam materiam vide Pet. de Ancar. c. potuit, de loca. vbi etiam Io. de Imo. & Cap. & Salomonino, in l. 1. de iure emph. & Arg. in Auth. de non alie. §. lex itaque, & Rich. Malumb. in d. l. 1. & do. Alc. de Imo. in conſil. 6. 2. par. & in conſi. 1 - 4. par. & Pau. Aretino in conſi. inci. vtrum emphyteuta, &c. Adde Ia. Reb. in l. omnium, nu. 1. & quod ibi poſuit in apoſt. ad ipſum in verſ. ſterilis ſup. de omni agro deſerto & Cano. in c. propter ſterilitatem, & ibi Barb. ext. de loca. & eundem Barb. conſ. ſuo inci. ſcripſit propheta.
b Alex. Vt hic No. ad hoc Bal. in l. 1. ſup. de iu. emph. & vide Ange. in Auth. de alie. & emph. & ibi, qui primo iurauit nō alienare, qui ſentit contrarium eius, quod hic dicit Barto. loquitur tamen indiſtincte in ſterilitate, quæ ſecuta eſt propter guerram, vel mortalitatem. Pariſ. conſi. 85. nu. 7. lib. 4. Menoch.

LEX IIII.

1 *Eccleſia, & fiſcus pariſicantur.*
2 *Eccleſia poteſt concedere fundū in emphyteuſim cum pacto, quod non incidat in commiſſum, licet emphyteuta teneatur ad Canonem.*

Fundi. Si fundi patrimoniales Principis in emphyteuſim conceduntur appoſito pacto, vt rōne canonis non ſolu. non incidant in commiſſum, ob hoc nō reuelatur emphyteuta a ſolita canonis præſtatione. h. d. Et no. tex. ex
1 quo patet quod cum † eccleſia, & fiſcus parib. paſſib. ambulēt,
a vt l. fi. de ſacroſan. eccl. † quod ſicut fiſcus poteſt cōcedere fundum in emphyteuſim pacto appoſito, vt non incidant in com
a miſſum, ita etiam eccleſia. a Secūdo habes quod per iſtud pactū
b non tollitur, quin emphyteuta teneatur ad canonem. b

ADDITIO.

a Ale. Eccleſia pōt dare in emphyteuſim cum pacto, q̄d non incurrat in cōmiſſum, quod no. pro conſulendo illis qui accipiunt ab eccleſia Nanadulana. Sed poſſet quæri an tale pactum valeat. Et videtur tenere Bal. in l. 2. ſup. de iure emphy. vbi ſimpliciter loquitur non faciendo mentionem de fiſco, uel eccleſia, & uidetur tenere, quod valeat. Ad hoc bene faciunt, no. per Bal. in l. ſi. de vſufru. in prin. in ver. ne tamen, quod non valeret reſcriptum ſuperio. is ſic concedentis, vt no. Bald. in l. ſi a re de pac. inter emp. & vend. adde Dec. in l. cum tempus, nu. 9. de reg. iur. Corſet. ſuo ſing. in verbo emphyteuta incipiente, emphyteuſis. Soc. ſen. conſi. 118. nu. 23. lib. 4. Menoch.
b Ale. Canonem. Adde Bal. in l. 2. ſup. de iure emph. & ibi etiam per Bar.

LEX V.

Si qui. Suſcipiēs a peræquatore fundum deſertum, ipſum perpetuo poſſidebit, h. d.

LEX VI.

Hi quib. Donatarius Principis rem ſibi donatam poſſidet inconcuſſam, & eam in alium poteſt transferre. h. d.

LEX VII.

1 *Satiſdare qui tenetur ex forma ſtatuti antequam acceptet officium, ſi eſt idoneus ſtatur eius cautioni cum generali hypotheca.*

Quicunque. Accipiens in emphyteuſim fundum a fiſco dēt cauere de nō deſerēdo ſub hypotheca omniū bonorum ſuorum, vel ſatiſdare tenetur, quā ſatiſdationē ſi magiſtratus omiſerit, ad ſuum redundat pericu
1 lū. hoc dicit. † Et eſt arg. quod vbi ex forma ſtatuti aliquis tenetur ſatiſdare antequam acceptet officium alicuius poteſtariæ, quod ſi eſt idoneus, credetur ſoli cautioni cum generali hypo
a theca bonorum ſuorum. a

ADDITIO.

a Alex. Suorum. Adde quod no. Bal. in l. abſtinendum ſup. qu. appel. non reci. & q̄d no. in l. prætoriæ ff. de præto. ſtip. & in l. 1. qui ſatiſdct. cog. illud dictum ſequitur Pau. de Ca. in l. diuortio. §. ſed interdum. ſol. mat. vbi etiam pro hoc alleg. quod legitur, & no. in l. de creationib. ſup. de epiſ. aud. cōtra hoc tamē faciunt no. per Ang. in l. 1. ff. de lib. & poſthu. adde Pau. de Caſt. in l. 1. qui ſatiſ. cog. & quod idem no. in d. l. prætoriæ circa prin. de præto. ſtip. Etiam ſimiliter facit in contrarium tex. cum gl. in l. ſi mulier ſup. de iu. dot. niſi dicas, quod ibi debet intelligi, quod tutor erat diues, non tamen in tantum, quod ſine fideiuſſore diuitiæ ſuæ eſſent in damno ſiue reſpectus facultatibus pupilli.
Alex. Satiſdatum dicit, quod ſatiſdetur in perſona idonea, ſufficit nuda promiſſio bonorum. Adde Bal. in l. 2. in fi. de exe. rei iud. item Pau. de Ca. in l. 1. ff. qui ſat. cog. vbi dixit per illum tex. quod nulla ſatiſdatio, etiam prætoria, vt damni infecti, quorum legatorum, &c. eſt præſtanda ab eo, qui eſt manifeſte diues, ſed ſufficit ſola promiſſio ſub hypotheca bonorū ſuorum. Ad idem alle. l. de creationib. ſup. de epiſ. aud. Ad idem dixit Pau. de Caſt. in l. diuortio §. interdum, ff. ſol. mat. ubi idem dicit, ſi ex forma ſtatuti tenetur quis ſatiſdare, uel præſtare fideiuſſorem. Adde ho. tex. & ibi gl. in l. ſi mulier ff. de iu. dot. & tex. in auth. cui relictum ſup. de indi. vid. tol. & in l. ibi, propter ampliſſimas facultates, de curio. reor. & in l. 1. §. magiſtra. ff. de magiſtra. conue. & ibi Bal. Et in materia adde, quod per hoc non proceditur dictum Bal. in l. generaliter ſup. de epiſ. & cle. vbi dicit, quod iudex tenetur in ſyndicatu, ſi non recipit idoneos fideiuſſores. Nam fallit, niſi eſſet idonee diues & idoneus, per prædicta, quia tunc non tenetur in ſyndicatu etiam ſi minus idoneum recepiſſet. quod no. * Dec. l. plus cautionis, in fi. de reg. iur. Tiraq. de pœnis legum. cauſa 51. nu. 38. 39. Menoch.

LEX VIII.

1 *Exceptio introducta per ſtatutum, quòd quis non debeat audiri, impedit litis ingreſſum.*

Omnes. Fundi limitrophi militibus aſſignati, etiam per reſcriptū Principis, vel annotationē in emphy-
a teuſim, vel iure dominij, in aliū trāſferri non poſſunt, & trāſlati reuocantur. h. d. In tex. ibi, penitus audiatur. Nota ex hoc,
1 q̄ † exceptio introducta per ſtatuta, q̄d quis nō debeat audiri, impedit litis ingreſſum, vt hic, & ſ. de legib. l. leges ſacratiſſimæ.

ADDITIO.

a Menoch. transferri, Dec. conſ. 558. nu. 3. circa med.

LEX IX.

Vniuerſi. Ad euidentiā ſcias, quod ſi alicui fundus patrimonialis tanquā fertilis a Principe aſſignatē quod peræquator pōt et fundū ſterilem aſſignare. Modo Imperator facit hic differentiam, an quis accipiat fundum patrimonialem a Principe, vel a priuato. Nam ſi accipit a Principe directo, pōt peræquator ſibi ſterilē aſſignare. ſed ſi a priuato ſecus, tamē talis accipiēs debet ſoluere fiſco canonem annuum.

LEX X.

Fundos. In hac lege dr̄, quod ſi fundi patrimoniales fertiles aliquibus ſint cōceſſi, & ſteriles non, peræquator debet ſterilia fertilibus congregare, vt ſic omnium penſio præſtetur, & diuiſio fiat ſterilium æqua lance, & fertilibus congregentur.

LEX XI.

1 *Pactum appoſitum a poſſidente fundum patrimonialem uel fiſcalem, ipſum uendente, quod ipſe, & non emptor teneatur canonem ſoluere, non tenet niſi in inſtrumento adſit Principis authoritas.*
a *Lex intelligitur ſecundum materiam tituli ubi eſt poſita.*

Ius emphyteutici. Hæc lex diuiditur in duas partes, vt patet in litera. Et prima legitē trib. modis. Primo modo in gl. in huius l. alij duob. modis in gl. vl. ſm primam lect. illud principium breuiter. h. d. Pēſio emphyteutici prædij fiſco debetē per emptorē non obſtāte pacto, quod venditor ſoluere debeat niſi Principis iudicio fuerit firmatū. h. d. Verba autē literę expone, vt ſ. dicam. & hæc lect.
1 placet, & eſt vera, & not. Ex qua habes, q̄ † poſſidens fundū patrimonialē vel fiſcalem, ſi ipſum vendit appoſito pacto, quod ipſe teneatur canonē ſoluere, & non emptor, tale pactum nullam obligationē inducit, quoniā ius percipiendæ pēſionis, eſt immutabile, niſi fuerit firmatū Principis iudicio & ſecūdū dictā lect. expone verba hoc modo Ius. i. penſio, ſine obligationis vinculo id dicit ſine, quia nō inducit obligatio, quod venditor teneatur ad ſolutionē penſionis, & nō emptor. Retentū eſt, id eſt reſeruata. immutabile id eſt immutabilē, ſubaudi, niſi talis pacto Principis iudicio firmata, vt litera patet. Aliæ vero lecturæ, quæ ponuntur in gloſſ. vltim. recipiūr potius vltimū dictū quam principium huius legis. Poſſeſſionem, hæc eſt ſecunda pars huius legis, & legitur tribus modis. Primo modo, qui emit prædium patrimoniale emphyteuticum, non iuuatur ex vetuſtate tēporis, quo venditor ſoluit canonem, quo minus ipſe ſoluere teneatur. Secundo modo legitur, quod ille, qui poſſidet prædium emphyteuticū ex cō emit, nec tn̄ eo habet aliquem titulū, ſed ipſum prædium vi, vel occ quæſiuit, & ideo non iuuatur vetuſtate tēporis, quin ipſe canonē ſoluere teneatur, licet nō ſoluerit. & ſecundū iſtā lecturā verbū violē, eſt adiectiuum

uum nominis poſſeſſionis.q.d.vitioſa poſſeſſio,q̃ ſine oblõne
& titulo fuit,non iuuaĩ temporis vetuſtate.Secundum verò ſe
cſidà lec.eſt adiectiuũ nominis vetuſtatis q.d.poſſeſſio acqui-
ſita ſine obligatione.i pacto,de qua fit mentio in prin.legis,qđ
emptor non teneatur ſoluere penſionem, q̃ pactio non parit
a obligationẽ,vt dictũ eſt, nõ iuuatur uitioſa a uetuſtate tempo-
ris,quo minus emptor teneaĩ ſoluere canonẽ,licèt per vetuſta
tpa non ſoluerit.Tertio modo legitur hic ver. ſm Azo. quod
non loquiĩ de præſcriptione libertatis contra præſtationẽ ca-
nonis,ſed quod loquaĩ de iure ipſius iuris emphyteutici,vt ip-
b ſiuaius non præſcribatur b longo tẽpore,ſ 30 an, qñ nõ ſoluit
canonẽ.certè poſſunt agere ꝯ eũ in rem,non obſtan. exceptio
ne præſcriptionis.Sed lect.iſta reprobatur per Accur.qa nõ eſt
verũ,quod hæc lex loquatur in fundo priuati emphyteutico,
ſed in fundo pĩrimoniali loquitur Et iſtud apparet,quia ĩ rubr.
dĩ de fundis pĩrimonialibus,& ſic hæc lex vĩ loqui de e.s,ff.de
in diẽ addic.l.Imperator,& quælibet iſtarũ poteſt eſſe uera ꝑp
plenitudinem literæ,& ſm omnes lect.hæc lec. breuiter, h.d.
Emẽs fundum emphyteuticum patrimonialem non immutat
ſuo pacto ius prẽſtandæ pẽſionis,quin eam ſoluere teneaĩ niſi
fuerit Principis iudicio confirmatum,etiam ſi per vetuſta tpa
non ſoluerit emptor.Item habens ius prædij emphyteutici nõ
perdit ipſum vetuſto tpe. Hoc dicit ſecundum vnam lect.po
2 ſitam in gl.fi.ibi,nam in rub.&c.No. ꝙ † lex debet intelligi ſe-
cundũ materiã tituli vbi eſt poſita,& eſt caſus in l. Imperator.
de in diem addict.Quod autem hæc litera dicit ius, & præſtã-
di penſionem non præſcribi longo tempore, intellige niſi ef-
fluxerint 40.ann.vt l.fina.de fun.rei priua l.finali.

ADDITIO.

a Ang Non iuuatur vitioſa No er hac l.quod vitioſa obligatio vetuſtate temporis non firmatur. alexand.
b Nõ pſcribaĩ.Et ſic facit qđ ſtatutũ tollens lõgam præſcr.non dĩ ſuſtuliſſe præſcriptionem 40.ann.ſecundum Bar.in l.cum ſcimus ſup.de agri & cenſ. & idem tenet Bal in c.1.§.præterea de cap.Cõrad.ſed in l.1 ſup.ne rei domi vel templ. & in l.non ſolum.de vſuc.tenet contrarium,quam opi.ſequi ut Roma in rubr de arbit.per l hoc iure §.ductus aquæ ff de aqua quoti.& æſti. ſed pro opi. Bar. facit quod dixit Ang in l.2.§.interdictum hoc perpetuum, de itine. actuque priua, per gl ibi poſitam, videlicet ſi ſtatuto caueturquod contra inſtrumentum guarentigionatum nulla poſſit opponi exceptio præſcriptionis, quod nihilominus æquitate ſuadente poterit opponi præſcriptionis exceptio centum anno Et vide quæ dixi in l.ſi quis decurio ſup.de decur. * Bald.de præſcriptione. 4. parti. 4. partis prin.q.8. Menoch

LEX XII.

1 *Emphyteuta,quod habeat utile dominium,*
2 *Emphyteuta non cogitur emere a domino iura dominij per allodium.*

Poſſeſſores. Emphyteutæ fundos patrimoniales ꝑ allodium emere non coguntur, dominiũ
verò vtile habent,ſi a Principe, vel alio quocunq; titulo acqui
a ſierint.h.d Not hic caſum expreſſum,quod † emphyteuta hẽt
a vtile dominium,a vt in fi patet.In aliis vero legibus non dĩ, qđ
emphyteutæ ſint domini, ſed habent in rem actionem. Vlti-
2 mo uidetur hic caſus,quod† emphyteuta nõ cogitur emere a
domino iure dominij per allodium.vt hic in fi.cõcor. ſup. de
iure deliberan.l.nec emere.cum ſimilibus.

ADDITIO.

a Habet vtile dominium.Adde ſlo.ord.in l cum manu ſata § nemo. ff. de contrahen.empt & vend.& Bal.ſup.in rub.de iure emph.& in rub, de contrahen emp, & vend q.11.

LEX XIII.

Nulli. Prædia patrimonialia hic noĩata non poſſunt alienari in alium,pęna ꝯfacientib. imminente. h. d. Et
eſt localis hæc lex,vt dicit gl.Regulariter aũt prędia pĩrimonia-
lia emphyteuticaria poſſunt alienari,vt ſ̃.l.ius emphyteutici.

LEX XIIII.

1 *Canonis præſtatio præſcribitur ſpacio 40.annorum,& requiſita,num. 5.*
2 *Præſcriptio 40.annorum, quod currat contra Rempublicam, & eccleſiam,non tamen Romanam.*
3 *Poſſeſſio naturalis annexa cum ciuili dicitur naturalis.*
Poſſeſſio corporalis ſeparata a naturali,quod non reperitur.
4 *Prædium dominicum,uel templorum,etiam cum beneficio Principis non alienatur,ne canon ſoluatur.*

a Iubemus. a Qui per 40.an. fundum pĩrimonialẽ, vel tẽplorum, vel alterius iuris cũ titulo, vel ſine,
poſſederit,nullã pro ipſo moleſtiam,controuerſiam,vel qõnẽ
pati põt,ſi ſoluat canonem debitũ. Si verò a principio probet
titulũ poſſeſſor,adempto canone a Principe prædium fuiſſe ſi
1 bi ꝯceſſum,a canonis præſtatione ſecurus eſt,h.d. † Et ſic non
ob ſ̃.co.l.ius emphyteutici,q̃ dicit prẽſtationem canonis non
b prẽſcribi b vetuſto tpe, quia non 10.annis, vt ibi, ſed 40.ſicut
a hic.In tex.ibi,vel locorum, no †ꝯ Rempub. & contra templa
prẽſcribi ſpatio.40.ann.hoc eſt verũ, ſm hæc iura,in quolibet
tẽplo,ſed hodie fallit in eccleſia Romana,vt authẽ.quas actiones.ſ̃.de ſacroſ.eccle.& in corpore vnde ſumiĩ.Itẽ hoc verum
in rebus emphyteuticis templorũ, aliàs ꝯ, vt ſ̃.ne rei dom. vel
tẽpl.In tex.rei corpalis.Not.ꝙ dicit corporalis, & ĩ. ſubnectit
poſſeſſionis,& ſic apparet, quod hic loquiĩ de corporali poſ-
3 ſeſſione,& appellat hic† corporalẽ poſſeſſionẽ naturalẽ annexam cũ ciuili,quod apparet,quia ex eo reſultat prẽſcriptio, ut
hic,cũ ex ſola naturali nõ poſſit reſultare,vt in l.acquiritur,in
fi.ff.de acq.rer do. Vnde non vĩ vera doctrina dicentiũ, quod
poſſeſſio corporalis eſt illa,quę parit effectũ,i.dñium,i.fructuũ
c acquiſitionẽ. c Nam hic erat corporalis poſſeſſio, & tñ effectũ
parit dñij,& ideo dicas prout gl dicit, quod nõ reperitur poſ
ſeſſio corpalis ſeparata a naturali. ſed qđ duplex eſt poſſeſſio,ſ.
4 ciuilis,& nãlis In tex. ibi,hoc etiam,&c. per hunc verſ. patet
quod† prædiũ dñicum,vel templorum, etiam cum Principis
beneficio,nõ alienatur eũ pacto,ne canõ ſoluatur. Expreſſius
probaĩ.ĩ.de fun.rei priua l.fi.niſi tale beneficiũ ſpatio 40 ann.
5 ſit ꝯfirmatũ,vt hic.†Et aduerte bene,quia ſi non ſoluaĩ canõ,
non præſcribitur ſpatio 40.ann niſi duob.ꝯcurrentib. Primo,
qđ poſſidens acquiſiuerit rem cum tit. Secundo,quod tẽpore
acquiſitionis Imperator ꝯceſſerit,quod canon non ſoluatur.
Nam ſi poſt acquiſitionem prędij tale beneficium ꝯcederet,
tunc prẽſcriptio 40.anno procederet,vt no hic in gl.

ADDITIONES.

a Alex.Iubemus.Hanc legem alleg.gl in l.emptorẽ ſup. de loca. quia licèt dicatur quod emptor cogatur ſtare colono,hoc verum, niſi conduxiſſet a domino ad modicum tempus,Cũ adde tex.in l.1 §.cum autem, & ibi Bart. de ſuperficie. & vide alium caſum in quo teneatur ſtare colono,in l.in vẽditione ſup.de bo.autho.iud.poſſ & ibi alium caſum poſui poſt Bar Item in l.ſequen.in tex.ibi, vel locorum,habetur in auth quas actiones,de ſacroſ.eccl.
b Menoch.Non præſcribi.Gramma.deciſ.100 nu 31.
c Acquiſitionem. Adde Pau.de Caſt.in l. Iulianus. §.ex venditio. ff. de act. emp. & Cy.in l certum,ſup.de rei uend & Ale de Imo. in l.3 §.ex contrario. ubi etiam vide Bar. ver quæro quæ poſſeſ.ff.de acq.poſſ & d. Ale.conſi.34.tertia par.

De mancipijs, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Locato caſtro cum territorio, & terreno, non cenſentur locata loca ſylueſtria ad culturam penitus inhabilia.*
2 *Colonus,qui facit cultiuari arbores,uel uineas per inexpertos, ſi prædia ex hoc efficiantur deteriora,tenetur domino.*

EMphyteuticarios. Si villa locata in emphyteuſim ꝯcedit,
nõ põt colonus vſurpare totũ territorium eiuſdem,
& vniuerſas aquas,& fontes,ſed fructũ dẽt accipere
de his,in qbus cultura reqritur, & vti aqua quatenus ad cultu
a rã neceſſaria eſt,reliquum verò cedit emphyteutę. h d. a Et ſic
1 videĩ caſus hic,quod † ſi dñs villæ,vel caſtri,locauit alicui villã
vel caſtrũ cum territorio,& terreno,non videtur locare pode
ria,& alia loca ſylueſtria ad culturã penitus inhabilia, nec fon
tes,nec riuos aquarũ,niſi quatenus aqua eſt expediẽs ad culturã,& ideo de reſiduo aquæ poterit vti,& collibus,& poderijs,
vt hic.Vltimo gl.hanc legẽ induxit contra Doctorem,ſeu magiſtrũ,qui nimis facit ſcholarem pro ſe legere.Item contra ſcri
ptorẽ committẽtem alicui ſcribere pro pecunia. In tex.ibi,cul
2 turis erudierunt.No.tex. contra † colonos,qui faciũt cultiuari
arbores,vel vineas,vel arant terras, ꝑ ineruditos in cultura. Nã
b ſi prædia ex hoc ſint effecta deteriora tenentur dominis, b quia
imputatur eis cur ineruditos miſerint ad culturam.

ADDITIONES.

a Alex.Hoc dicit Ludo.in litera l.no 4.alleg.iſtum tex.
Item ver.& ſic videtur.vide d.Mar.de Laude in tract.de Principe,in titu.de Caſtellanis,in 13.concluſione ibi dicit, quod in conceſſione non venit vſus fluminis.
b Tenentur dominis.Adde Bal.in l.1.nu.3.ver & no.quod lex ſup.de accuſ. Bar. in l.ſi merces §.conductor.ff.loca & l.2 ff de ann leg.

LEX II.

Libertates. Manumiſſio facta de mancipio fundi patrimonialis a non domino, reſcinditur ꝑ
procuratorem Cæſaris.

LEX III.

1 *Emens a fiſco,uel in emphyteuſim accipiens,tenetur ſtare colono fiſcali.*
2 *Singularis ſucceſſor eccleſia,an teneatur ſtare colono eccleſia.*

a Cognouimus. Emptor fundi pĩrimonialis teneĩ ſtare colono, a quẽ ſi expulerit,poſ.pri-
1 uaĩ.h.d.Et no.hic ꝙ † emẽs a fiſco, vel in emphyteuſim accipiens rẽ,teneĩ ſtare colono fiſcali.Et eſt rõ,ne colonus fiſcalis
hẽat recurſũ ꝯ fiſcũ.Cui ꝯcor.ſ̃.e l.1.emphyteuta verò,vel emptor fundi priuati nõ teneĩ ſtare colono rſr, vt ſ̃.loc. l.emptorem,

ADDITIO

a Colonn. Et ſic collige quod ſingularis ſucceſſor eccleſiæ tenetur ſtare colono ſicut in ſucceſſore.Facit in l.ſi.de ſacroſ.eccl.& tenet Lud.in l. ſi filiofami. §. fin. ſol matr & ibi ſcripſi poſt Imo.
Colono.Vide tu ad hoc D.Soc.in conſi.112.incip ex his quæ ſuperius, ver. circa ſecundam quæſtionem cum verſ.ſeq

2 tē.†Et no iſtam legem ad quæſtionem de eccleſia, quę cōceſ-
a ſit fundum in emphyteuſim, in quo fundo ſteterat ad laborā-
dū quidam per maximum tempus, quia ſi emphyteuta expel-
lit illū colonum cum bonus eſſet, & alium inbrogauit in locū
eius, quod debet emphyteuſi priuari.

ADDITIO.

a Menoch Fundum. Marſil ſing. 548.

LEX III.

Super. Coloni ad aliquā militiā euolātes reuocantur ad culturā antiquam. Itē milites veterani ad genē donati rei ruſticæ operam nō debēt dare. Et hoc fallit in militibus limitaneis, qbus eſt arare permiſſum, vt l. agros. ſ. de fun. limi.

De fugitiuis colonis patrimonialibus, emphyteuticis, & ſaltuenſibus. *Rub.*

LEX PRIMA.

Qvicunque. Coloni patrimoniales, vel ſaltuēſes nō obſtantibus aliquibus ſtipendijs, quæ promeruerint, reuocantur ad priſtinā culturam agrorum. h.d.

LEX II.

Quiſquis. Suſcipiens, vel occultans colonum patrimonialem, pœna hic inſerta punitur.

LEX III.

Cuiuſcunque. Omnes adſcriptitij ad agriculturam prędiorum patrimonialium, ſi conuolauerint ad aliquam militiam, reuocantur.

De prædijs tamiacis, & de his, qui ex colonis dominicis alijſque liberæ conditionis procreantur. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Partus ventrem ſequitur, fallit in tamiaco.*

Si liber. Natus ex vno parente tamiaco & altero libero tamiacus eſt: natus autem ex aſcriptitio, vel ſeruo alieno, & ancilla dominica, vel adſcriptitia, vel ſerua priuati, & ex colono, vel ſeruo dominico,
1 ſem er ſequitur conditionē parentis liberi. h.d †Et ſic eſt ſpāle
in natis ex tamiaco, qui ſemper ſequuntur cōditionem parētis
tamiaci, regulariter contra, quia partus ventris conditionē ſequitur, vt l. ne diutius, ſup. de agric. & cenſi. & ibi fuit dictum.

LEX II.

1 *Abundans cautela non nocet.*

Meminimus. Hic Imperator dicit, qđ ipſe fecit quādā legem quam non habemus, In qua ſtatuit, ꝙ prædia tamiaca venderētur emere volētibus ſub ſolito canone & quod emptores prædiorū per neminem poterūt inquietari. & licèt illa lex illis emptoribus eſſet ſufficiēs, attamē
adhuc Imperator cōſtituit, ꝙ dicti emptores nō poſſint grauari.
1 Et ſecundū hoc no. illud vulgare, quod † abundans cautela
non nocet, ſm An. de Baru. de qua ut l. teſtamentum. ſ. de teſt.

De diuerſis prædijs vrbanis, & ruſticis, & templorum, & ciuitatum, &c. *Rub.*

LEX PRIMA.

PRo ædibus. Aedificans in loco publico, ſoluere debet debitam penſionem pro ædificio, ſi expediat reipublicæ, aliàs ipſum ſolum cū ædificio vendicatur. h.d tex. & glo.

LEX III.

1 *Reſtauratio murorum non poteſt fieri inconſulto Principe.*

Reſtaurationi. Tertia pars canonis, quę redigit ex fundis, & locis reipublicę. ſufficit ad
1 reſtaurationem murorū. h.d Et no. †ꝙ reſtauratio murorū nō
a pot fieri inconſulto Principe, ade quo in l. ſacra. § muros. de rerum diui. & hic in glo.

ADDITIO.

a Inconſulto Principe. Adde iſtum in l. ſacra loca. de rer. diui. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & omnino per Ale poſt eum in l. opus. ff. de ope publ.

LEX IIII.

Eos qui. Emptor rei pu. vel tēplorū, ipſam ꝑpetuo poſſidebit, nec ab eo poteſt euelli, licet alius offerat meliorē ꝯdōnem. h.d Et ſm hoc no. quod habet locum ſubha-
a ſtatio in reb. templorum, & reipublicę, ſed hoc eſt correctū in reb. templorū per auth. hoc ius porrectum. ſ. de ſacroſan. eccl.

ADDITIO.

a Menoch. Subhaſtatio Ruy conſ. 180. num. 9 lib. 1.

LEX V.

Si quis. Emptio rei emphyteuticę fiſcalis facta a priuato, vel ciuitate pacto ne teneat ad canonē. tenet, ſed pactū eſt iritū h.d. Nec obſtat. ſ. de fun. rei priua. l. fin. vbi non
a tenet venditio nec pactū, q̃a ibi emptio fuit facta a Principe a
q̃a erat emphyteuta alterius, & ideo abominabile eſſet, ꝙ Princeps non poſſidens teneretur ad canonem, vt hic no. qđ hęc litera dicit, a conſulatu, &c. Quia ſecundum hoc patet, quod poteſt fieri lex, quæ habet locum in omnibus actibus præteritis a tali tempore citra, vel retro.

ADDITIO.

a Principe Adde do Alex. de Imo. in l. opus, de ope. publ. vbi etiam per Bar. & Bal. in l. ex hoc. ff. de iuſt. & iure.

De locatione prædiorum ciuilium, vel fiſcalium, ſiue templorum, ſiue rei priuatæ, vel dominicæ. *Rub.*

LEX PRIMA.

Diui patris. Prædia Principis quæ in perpetuū locari, ſunt locanda diuitibus, vel alijs cum fideiuſſione idonea ꝓſtita & officialis ꝓdicta negligēs, debet de ſuo reſarcire oē detrimentū.

LEX II.

Fundi. A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferunt fundi, licet alius meliorem conditionē offerat. h d Et no. hic contra prælatos qui poſt ædificia facta in ruinis volunt dicere ſe deceptos, de quo ſ. de fund. rei priua. l. 1. & ſ. de prædijs naui. l. 2. vbi dixi.

LEX III.

1 *Emphyteuta poteſt conductor appellari.*

Loca. Subhaſtatio in locatione ꝑpetua fundorū publicorum, ita vendicat ſibi locū, ſicut in vēditione, h d.
1 In tex. ibi, perpetuarijs cōductoribus. † No. emphyteutā appel-
a lari conductorem. Nā omnis accipiens rem in perpetuum, di-
b citur potius emphyteuta, a quam conductor. vt hic.b

ADDITIONES.

a Potius dicitur emphyteuta Potes ex hoc elicere diſcrimē, quod eſt inter emphyteuſim, & locationem, de quo vide Bal. in l. 1 ſup de iure emphy. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. 5. in prin. & dominum meum Phil. Dec. conſi. pen.

b Ale. Hic. Vide Bal. in l. ſi ſi contraxus, vel vtil publ. vol 2. per totum.

LEX IIII.

1 *Conductores perpetui, quod poſſideant.*

a Congruit. a Si finita locatione conductor primus tātū offert, quantum nouus, in locatione præfer-
1 tur. h.d. † No glo. hic poſitā, quæ tenet, quod conductores perpetui poſſident, ſecus in tēporalibus, quia illi dicuntur habere detentionem, qui ſunt ad tempus.

ADDITIO.

a Ale. Congruit. Adde Bar. in l. cotem in prin. de publ. & vide inf. in l. fi. Facit l. cognouimus ſup. de man. & colo Adde l. 3. de vend. rerum ciui. lib. 11.

LEX V.

1 *Conducens rem in perpetuum, poteſt eam uendere, & donare.*

2 *Caſus, in quo Princeps non poteſt rem uni conceſſam, etiam motu proprio alteri concedere.*

3 *Donans, uel locans rem, quod intelligatur ſolum donare, uel locare ius quod in ea habet.*

a Prædia. aPrædia domus Auguſtalis in perpetuū locata ad aliū non poſſunt transferri ſub alio prętextu quandiu penſio ſoluitur, & comes rerū priuatarum contrafaciens punitur. Idē prędium Auguſtale Princeps donare poteſt ei, cui locauerit in perpetuū, vel ad tempus. Item primus conductor conductione finita, ſi in licitatione offert tantū, quātū alius, præfertur. Si vero rē cōduxerit in perpetuum omni tempore eſt ſecurus h.d Et cū primo reſponſo huius legis no. glo.
1 hic in ver. retrahendā, ꝙ † cōducens rem in perpetuū.b poteſt
b eā vendere & donare, & ad poſteros trāſmittere. Item tex. ibi,
2 vel ſponte donauerit †No. caſum, in quo. Princeps rē conceſ-
c ſam per ſe vni, non poteſt alteri cōcedere, etiā motu proprio,
niſi dicat, non obſtāte tali cōceſſione facta, vt in c. ſi motu pro
3 prio, ext. de præben lib. 6. In tex. ibi, cōcedere pēſionem. † No.
quod ſi dominus rē quidam habens ius in ea donat eam ſimpliciter, intelligitur donare ſolū ius, quod habet. Idem eſt in locatione, vt l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. uo in l. cū alienam rem, ſ. de leg. quod ſatis credo.

ADDITIONES.

a Alex. Prædia. Idem in donante, Docto. in l. ſi domus. §. fin. de leg. 1. alleg. cap. paſtoralis, de do.

Idem Bal & Sal. in l. cum alienam, de leg. 1. in prin. & ibi Ang. & Bal. in rubr. de contrahen. empt. in 6 q & in l. monumenta ſup de legi. & Doct. & maxime Pet. de Anch in d. cap paſtoralis, & in l. ſenatus, de lega 1. § fin.

b Menoch. In perpetuum. Corſet ſuo ſing. in verbo locatio, incip. conductor. Dec. conſ. 187. nu. 313

c Menoch. Non poteſt alteri Adde D. Alcia. tract. præſump. reg. 3. præſump. 2 num. 13. Corſet ſuo ſing. in verbo Princeps incipiente Princeps. Dec conſ. 291. num. 5. Cra. conſi. 269 col 6 in fi & col 7 in prin. Gozą conſi. 62 num. 18. Dec conſi. 240 nu 2. Iaſ conſi. 27. num. 1 verſi. 2. lib. 1. conſil. 213. col. 5. in prin. lib. 2 Ruy. conſi. 136 nu 3. lib. 1. con. 186. nu. 4. 60.

De cõductoribus, & procuratoribus, ſiue exactorib. prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ. Rub.

LEX VNICA.

1 *In cauſis fiſcalibus ſeruandus eſt ordo iuris, ſicut in cauſis priuatorum.*
2 *Citatio facta per Regem Baroni, ut oſtendat ius, quod habet in tali caſtro eſt nulla.*
3 *Bardi iij Poteſtatis ſi delinquunt, grauius puniuntur, quam alij.*
4 *Subſtitutio ſi eſt facta de domo Bardorum, intelligũtur ſubſtituti omnes illi de Bardis.*
5 *Legatum factum Eccleſiæ Sancti Franciſci, an ſit nullum, ſicut ſi eſſet factum Fratribus.*

Conductores. Conductores fundorũ domus fiſcalis, & alij homines dictæ domus, cum agere volunt, experiri debẽt ordinario iure, & nulli alij patrocinium præſtare debent, nec executionis miniſterium, & contrafacientibus pœna imponitur, nec eſt pœnitentiæ locus. h.d. Per hãc l. dicit And. de Baru. ꝙ
1 in † cauſis fiſcalib. eſt ſeruandus ordo iuris, ſicut in cauſis pri
2 uatorum. † Item ſi Rex facit citare Baronem, vt oſtẽdat, iura, a
a quæ habet in caſtris, quæ poſſidet, aliàs auferret ſibi ea: nam talis citatio ip o iure eſt nulla, cum nemo titulum oſtẽdere debeat ſuæ poſſeſſionis, vt l. cogi ~~C~~. de pet. hær. & ſic eſt in iſto, ꝙ no. (In cauſa fiſcali non iuratur de calũnia. Gl. oo. i c. j. §. ſacramentum de ꝯſue. recti feu. quã ad hoc allegat, & ſequitur Laudẽſis in trac de Principe, in ti. de fiſco, cõcl. 17. Alex.) In text.
3 ibi grauior. no. † ꝙ Bardarios Poteſtatu deliquẽtes, vt ipſi dicant
4 magis puniri, q̃ alij ciues Et no. hic glo quæ exponit [b] domũ, i.
b illos de domo, Vñ † ſi quis ſuoſtituit filio ſuo domũ Bardorũ, ꝙ intelligantur ſubſtituti omnes illi de Bardis. Item per hoc te-
5 net, † ꝙ ſi legatũ relinquitur Eccleſiæ Sancti Frãciſci, ꝙ illud legatũ eſt nullum, ſicut ſi relinqueretur Fratrib. de Sãcto Frãciſco, licet tenuerim contrarium in libello Minoricarum.

ADDITIONES.

a Menoch. Iura. Iaſ in l. 2. nu 176. C. de emph.
b Menoch Exponit Calca. conſi 8. nu. 3. circa fi.

Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet. Rubr.

LEX VNICA.

NVllus. Palatini milites prohibentur a locatione fundorum Principis. h.d.

De collatione fundorum fiſcalium, vel rei priuatæ, &c. Rubr.

LEX PRIMA.

ORdinariorum. Præſes prouinciæ, & ſui officiales põt exigere ꝯductores Dñicos, & etiã imparturi fauorem curialib. Cęſaris volentib. facere dictam exactionem.

LEX II.

1 *Ambaſciatoribus non creditur ſine publicis literis.*
2 *Baiulo non creditur ſine literis, quando non eſt notus, uel quando uult aliquem grauare.*

Palatinos. Palatini põt tranſmitti per Comitẽ rerũ priuatarũ ad præſidẽ cũ literis, vt ſint ſoliciti circa exactionem penſionum fiſcalium, & nõ debent inferre aliquam concuſſionem, ꝯ facientes puniuntur relatione facta de
1 hoc præfecto prætorio. h.d In tex ibi, cum publicis literis p hanc literã patet, ꝙ † nõ credit ambaſciatorib. ſine publicis literis. Cõcor. ~~C~~ de dec. l. ſi quis decurio, ſm vnã lect. & de exacto. tribu.
2 l. miſſi. ibi, cum delatorum, &c. † Item per hãc legem dici põt, quod cum iſti Palatini obtineãt vicem quorundam baiulorũ, vt ibi dr̃, ꝙ baiulo debet dari litera ad hoc, vt ei credatũ, & hoc eſt verum, qñ baiulus non eſt notus, vt hic, & d. l. miſſi. aliàs bene debet ei credi ſine literis. Et ita no. gl. in l. ſed & interpellatũ. §. 1 ff. de arb. Pro hoc facit l. 4. §. toties. de dã. infe. ibi, libellũ, &c. Vel dic, ꝙ qñ baiulus vult grauare aliquem realiter, quod tũc requiritur litera, quia agitur de magno pręiudicio, vt d. l. miſſi
a & de iure fiſ. l ſacultas Aut vult citare verbotenus, a ut ꝯpareat corã iudice, & tunc ſi eſt notus, nõ requiritũ litera, ut d. l. ſed & interpellatũ. ſi eſt ignotus, ſic, vt hic Nam hic tranſmittebatũ de vna prouincia ad aliam. Vltimo no. hanc legem cõtra baiulos committentes contra aliquem concuſſionem.

ADDITIO

a Ale. Citare verbotenus. Tñ no. qđ nunq̃ citatio facta domi redditeicitatũ cõtumacẽ abſque literis, vt no. Bal. & Angel in l. 2. de ann. except. & vide de hac materia, quãdo credatur nuncio, *per Bar. in l. 1. §. cura cauus. ff. de offic. præfec. vrb & ibi dixi. Alex Ro in l. ſtipulum. de verb. obli. & D Ioan. de Platea in l. prohibitum. ſup de iure fiſ. & per D. Ant. in c quod ſuper his. de fide inſtrumen. vbi dicit, quod perſonæ dignæ, notæ, & fide dignæ creditur ſine literis. facit c. nobiliſſimus. 97. diſt & no. Angel in conſi. 109.
Nuncio. Et tamen ad ſicuritatem vide plenè per Fel. in cap. inquiſitionis. § fin. ver item quęritur. de accuſa & in ca. ii ver. quarta concluſio. circa med. ver. de iudi. & quod ibi in apoſtil. & in c. quoniam. de probat. in princ. glo. in ver. citationes & quod ibi dixi etiam in apoſtillis
Adde Aretum conſi ſuo 81. incipit non creditur nuncio, & quod ibi poſui in addit. Bal. in l properandum. § ſed & ſi quidem nu. 13 vbi poſui poſt eum in ver. executoris. ~~C~~. de iud. dixi poſt Rebuf. in l prohibitum, in prin. ~~C~~. de iure fiſ. li. 10. poſt Colle. la. in c cum dilecti nu. 5. ver nunquid credatur nuncio citanti. in apoſt. in eo. ver extra, de do. poſt Lanfran c. quoniam contra falſam. §. citationes. nu. 16. ver in gl fi. ibi, iſta gl extra, de pbat & Fel. c. 5. ver quarta cõcluſio. extra, de iudi.

LEX III.

Omnia. Prædia ex quacunque cauſa ad fiſcum pertinẽtia, a tranſuectione publicarum ſpecierum non habent immunitatem. h.d.

De priuilegiis domus Auguſtæ, vel rei priuatæ, &c. Rubrica.

LEX PRIMA.

PRiuatas. Ad extraordinaria munera, vel ſuperindicta etiam fiſcalis poſſeſſor non cogitur hoc dicit.

LEX II.

1 *Comitatini ſoliti portare granum Cluſinum ad ciuitatẽ Peruſij, non poſſunt vrgeri, vt portent ad alium locum longiorem.*

Rem priuatam. Prędia Principis à tranſuectione publicarũ ſpecierũ nullatenus hodie excuſantũ, ſicuti nec prędia priuatorum. licet aliquando excuſata fuerint, qa vltra ſolitum locum tales ſpecies portabantũ,
1 quod hodie fieri non permittitur. h d. In tex. ibi, quibus ante optimum argumentum præſtat hæc litera, quod † cum de conſuetudine ciuitatis Peruſij ſit quod granum Cluſij portet ad ciuitatem Peruſij quod comitatiui ſoliti portare nõ poſſunt vrgeri, vt portent ad alium locum longiorem, & magis diſtantẽ a Cluſio, facit ~~C~~. de anno. & tribu. l. pro locis.

LEX III.

Protyronibus. Hic dicit Imperator, quod cum certus reditus aſſignatus eſſet militib. certæ militię, & ad huius redditus præſtationẽ prædia prouinciali tenerent conferre, quod etiam prędia Principis ad hoc tenentur hoc dicit.

LEX IIII.

1 *Strata, & via ſunt diuerſa.*
2 *Statutum puniens in duplum maleficium commiſſum in ſtrata, non comprehendit maleficium factum in via.*

Abſit. Inſtructiones vię publicæ, pontium, & ſtratarum, inter ſordida non numerãtur, & ideo nemo excuſatũ ab eo. Cõcor. ~~C~~. de ſacroſan. eccl l. ad inſtructiones. Fallit ſi alicuius muneris publici vacatio ſit ſpecialiter ꝯceſſa, vt l. cui
1 muneris. ff. de vaca mu. Et no. ꝙ dicit hic ſtrata um & ~~C~~. dicit viæ. Et ſic patet, ꝙ hic † via, & ſtrata ponuntur, vt ſpecies differẽ-
2 tes. Concor ff de via publ. l. 1 circa fi. † Et eſt vtile ad ſtatutũ dicens, ꝙ cõmittens maleficiũ in ſtrata, pęna dupli puniat Nã ſi accuſatio dicat, quod maleficium ſit commiſſum in via, nõ concludit pęnam dupli, qa ſunt attendenda verba legis, vt l. prætor ait. §. hęc autem actio. ver. docere. ff. vi bon. rapt.

LEX V.

a Excepto. a Nullus a ſuperindicto excuſatũ, excepta Principis poſſeſſione. h.d.

ADDITIO.

a Alex. Excepto Intellige niſi in contrarium appareret communis vſus loquendi, tam in via, quam in ſtrata, quia tunc attenderetur l. librorum. ver quod tamen Caſſius. de leg 3 & l. cum de laniones § aſinam. ff. de fun inſtr. per Bar. in rub. ff. de ope. no. nunc. quod tamen intellige, vt ibi in margine.

De grege Dominico. Rub.

LEX VNICA.

1 *Pęnitentiæ, quòd ſit locus in furto conſummato.*

PRopoſitis. Subtrahẽs equum a grege Dominico, ipsũ reſtituit & in vna libra auri puniẽ, ſubtrahens de grege priuati punitur in media libra. a qua pęna relevatur, ſi eum obtulerit ſponte, hoc dicit. Et no. hic caſum, in quo ſubtrahẽs puniẽ alia
1 pęna quam dupli, vel quadrupli. † Itẽ no. ꝙ in furto cõſummato eſt locus pęnitentiæ. Simile ~~C~~ de his, qui ſe defe. l. 3. & ff. de alie. iu mut. cau. fac. l. 1. in fi. & ~~C~~. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis. §. ſi. regulariter contra, vt l. qui ea mente ff de fur.

De cupreſſis ex luco Daphnenſi, vel Perſeidis per Aegyptum non excidendis, vel vendendis Rub.

LEX RIMA.

a SI quis. a Ementes, vel vendentes arbores cupreſſi in locis hic nominatis puniunẽ. hoc dicit Et eſt hæc lex argumen. quod eo ipſo, quod imponitur pęna ementi, imponitur vendenti. De quo in l. 2. ſup. ad leg. Iul. maieſta.

ADDITIO

a Alex. Si quis. Adde Dom. de S. Gem. in c. 2. de temp. ord. in 6. & in l. non ſit. ff. de re iud. per Raph. & Are. Sed quid ſi ſtatutum dicit, de quolibet contractu venditionis ſoluatur gabella, an comprehendat emptionem, & venditionem Dic

quod

quod ſolus venditor comprehenditur. Caſus eſt in l. debet. in ff. de ædi. edic. Adde Bal. in rubr. de reb. cre. l ſ. & ſequitur Rom. in not. 3 in litera g. adde Bar. in l. lege m. de indic. viduit. tollen vbi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti punitur vendens frumentum in alio loco, quam in platea communis, punitur emptor & emene, dic vt ibi. Adde etiam Bal. in l ſi ſ. de ædil. act. ad Bal. in contrarium in l. j. ſ. de communi ſeruo manum. vbi dixit, quod ſtatutum cogens aliquem emere, non propterea cogit aliũ vendere. Et adde Sal. in rub. ſ. de reb. cred. vbi dat vnam regulam, quod ſemper in correlatiuis lex loquens de vno, trahitur ad reliquum, & ibi inducit ad ſtatutum loquens de debito, an comprehendat creditum, punitur quando ſtatutum loquitur de dignori. gl. ibi in rub. preall.

• Menoch. Fama. tract. emp. s. q. ph. in ſi. dicit, q́ illa pœna eſt impoſita pro re, idẽ vtrunq; & emptorem, & venditorem afficit, aliàs ſecus, vide eum.

LEX II.

Omnes. Authoritate propria nullus p̃t in luco Daphnes ĩcidere cupreſſos, nec eas collapſas alio trãſportare, p̃faciens punitur. Item plantans cupreſſum nõ poteſt aliã ob hoc incidere, ſed pro tali plantatione à fiſco vnam librã auri conſequetur. hoc dicit. No. legem pro conſtitutione Papali diſponente, q́ de maſſa trabacia nulli ſit licitum excidere abietes, nec eas collapſas alio portare.

BAR. AD DVODECIMVM.

LIBRVM CODICIS.

De dignitatibus. *Rub.*

Cõtinua rubricam, vt in gl. Vel dic vt dictum eſt in libro precedenti de multis qualitatibus pſonarum: ſed quia dignitas eſt qualitas, quæ inhęret perſonæ, vt dicitur ibi in l. j. ideo ponitur hic rubrica de dignitatibus.

LEX PRIMA.

1 *Militia an ſit dignitas, remiſſiuè & infra nu. 83.*
2 *Doctor torqueri non poteſt, nec perſonaliter capitur. nu. 11.*
3 *Donatio facta in concubinam per Doctorem, non tenet.*
4 *Doctor non tenetur vltro, quàm facere poteſt.*
5 *Pro delicto non ſuſpenditur, nec decapitari poteſt. nu. 10.*
6 *Habentes domum ad locandum, coguntur Doctoribus locare.*
7 *Doctoribus competit actio popularis.*
8 *Doctorum filij præferuntur alijs, & gratis promouentur.*
9 *Doctoris perſona diſcipulo ſancta & honeſta videri debet.*
10 *Doctor ſine literis eſt de conſilio Principis.*
11 *Efficitur Comes, ſi legit per viginti annos.*
In iure vocatur ſcriptura, non verbo.
12 *Doctor non ſubit munera perſonalia.*
Doctor habet iuriſdictionem.
Doctor non punitur corporaliter, niſi degradetur, & nu. 10.
13 *Præſes ſcribens Doctori ſi nõ appellat eũ patrem, extraordinarie punit.*
Extrahens Doctorem de domo, capitis pęna punitur.
Doctori creditur de vita, & peritia ſcholaris.
14 *Doctoris interpretatio eſt probabilis.*
Doctori credens excuſatur ab expenſis.
15 *Doctori conſuetudinem allegantis creditur.*
Doctores gaudent priuilegio immunitatis.
Dicitur habere dignitatem.
16 *Non tenetur ſoluere gabellas.*
17 *Scholaris magni ingenij, licèt non ſtuduerit per quinquenium, doctorari poteſt.*
Scholaris, qui doctoratur, debet eſſe maior 17. annis.
Moribus alios antecellere.
Examinatur à ſeptem Doctoribus.
18 *Spurius eſſe non debet doctor, licet de facto non ſeruetur.*
Iudæus, vel mulier, non poteſt doctorari.
19 *Priuilegia conceſſa militibus trahunt ad Doctores, vel aduocatos, remiſſiuè.*
20 *Doctor legum eſt maior omnibus profeſſoribus.*
Orator præfertur alijs profeſſoribus.
21 *Doctor poſtquàm recepit inſignia reprobatur, & ſemel approbatus, non poteſt amplius reprobari.*
22 *Doctor cum eius familia non poteſt ſcrutari de armis.*
Doctor non tenetur ſoluere collectas.
23 *Scholaris ſtudens, non tenetur ad munera in propria patria.*
Scholaris vagabundus, an poſſit doctorari.
24 *Doctor ſenex non eſt ſemper iuueni præferendus.*
25 *Scholaris licentiatus ante ſuſceptionẽ bireti nõ hẽt priuilegia doctoratus.*
26 *Licentiatus, quando habeatur pro Doctore.*
27 *Scholaris, ſolo verbo vocatus Doctor ab Imperatore, habet priuilegia doctoratus, & nu. 29. quando.*
28 *Doctor legens, dum legit, dicitur ciuis illius ciuitatis.*
30 *Imperator ſolo verbo Doctorem creat.*
31 *Scholaris doctus præfertur Doctori ignaro.*
Scholaris, qui exceſſit 25. annum, præſumitur non addiſcere.
32 *Scholaris, qui incipit ſtudium patre viuente, an debeat ſtudere de bonis communibus.*
33 *Doctori promittenti ſcholaribus maria, & montes, non eſt credẽdum. & eſt præſumptio contra ipſum.*
34 *Mulier ſequitur cõditionẽ viri, & an illuſtris ſi nubat clariſſimo, & n. 40.*
35 *Dignitas proueniens ex accidenti, non extenditur vltra pronepotes: ſecus ſi ex origine, & vide latius, nu. 20.*
36 *Conſules dicuntur clariſſimi.*
37 *Hic titulus, in quo differat a tractatu primi libri ſupra, vbi tractatur de dignitatibus.*
38 *Officium, quod ſit aliud à dignitate.*
39 *Caſus in illa lege.*
40 *Nobiles habent nobilitatem, & dignitatem, & qualiter. num. 42.*
41 *Dictio, vir, qualiter intelligatur.*
43 *Abbatiſſa dicitur hẽre dignitatẽ, & adminiſtrationẽ in ſuas Monachas.*
44 *Dignitas quot modis dicatur, & qualiter accipiatur, & quid ſit quando eſt idem quod nobilitas. nu. 47.*
45 *Dignitas diuiditur per gradus, & qui ſint illi gradus.*
46 *Nobilitas, an ſit idem quod dignitas.*
47 *Diuitiæ, quod conferant ad nobilitatem, vbi circa finem, quod poſſunt eſſe cauſa remota ad nobilitatem acquirendam.*
48 *Mores boni in aliquo, & antiqui dicuntur, ſi durauit in actib. virtuoſis per decem annos.*
49 *Nobilitas tranſit in filios, niſi propter eorum delictum illam amittant.*
50 *Nobilitas non tranſit ad baſtardum ſed ad legitimum tantum.*
51 *Nobilis an dicatur, qui deſcendit a parentib. valentibus, puta patre, vel auo, licet ipſe ſit modicæ conditionis.*
52 *Ruſticus, licet probus, diues, & valens, tamen non dicitur nobilis.*
53 *Filius natus ex nobili, quando dicatur nobilis, & quando ignobilis.*
54 *Nobilitas, an conſequatur ex natiuitate.*
55 *Nobilitas, quæ habetur ex progenie, non durat vltra pronepotes.*
Origo non eſt dignitas, nec dignitatem tribuit.
56 *Nobilitas, an detur vbi virtus datur.*
57 *Nobilitates ſunt tres, ſcilicet theologalis, naturalis, & politica.*
58 *Nobilis apud Deum quis dicatur, & ſit.*
59 *Nobilitas conſiderari poteſt duob. modis, intelligendo de naturali.*
60 *Nobilitas naturalis vno modo conſiderata, eſt quidam habitus electiuus in medio conſiſtens circa ea, quæ pertinent ad præeſſe, vel dominari.*
61 *Nobilitas politica quæ ſit. & nu. 62.*
Nobilitas politica eſt inuenta ad ſimilitudinem nobilitatis theologalis.
63 *Plebeius in ciuitate Florentiæ ſi efficitur miles, efficitur nobilis, ſecus alibi.*
64 *Dignitatem nullus habere poteſt a ſeipſo, ſed oportet quod per alium cõferatur, & eam ſibi aſſumens incidit in pœnam falſi.*
65 *Tres cauſæ, quæ poſſunt impellere ad concedendam dignitatem, non tamen neceſſitant.*
66 *Dignitates etiam propter vitia conceduntur.*
67 *Dignitas, quando concedatur ex mera gratia.*
68 *Præferens indignum digno peccat.*
69 *Progenies eſt cauſa concedendi dignitatem.*
70 *Nobilitas quandoque cadit in ignorantem.*
71 *Nobilitas eſt actus voluntarius, nec in intellectu conſiſtit.*
72 *Nobilitas poteſt alicui in puncto mortis conferri.*
73 *Infans poteſt effici miles, & coronari.*
74 *Nobilitas, quæ cadit in ignorantem, non eſt propriè virtus.*
75 *Voluntas licèt non ſit virtus, eſt tamen ſignum virtutis de præſenti.*
76 *Nobiles in electionibus, & teſtimonijs, vbi voces ſunt pares, præferuntur plebeis.*
77 *Princeps ſolus poteſt concedere dignitatem, & omnis qui habet poteſtatem legis condendæ. & ſub nu. 78.*
79 *Magni Barones licet non ſint milites, poſſunt tamen facere militem.*
80 *Rex tranſiens per alienum Regnum poteſt ibi creare milites.*
81 *Populus ciuitatis, quando poſſit facere milites, & concedere dignitatẽ.*
Ciuitas an poterit dignitates, & nobilitates, quæ induuntur a iure communi non acceptare vt dignitates.
83 *Dignitas aliqua põt eſſe ex forma ſtatutorum, quæ non ſit de iure cõi.*
84 *Miles qui nullam habet iuriſdictionem poteſt alium militem facere authoritate conſuetudinis.*
85 *Plebei quidam dicuntur honeſti, quidam viles.*
86 *Plebei veniunt appellatione populi, & qualiter hoc pbet. nu. ſe. & 98.*
87 *Practica probandi communem vſum loquendi, & infra nu. 98.*
88 *Nobilitas ſemper importat acceptationem.*
89 *Nobiles delinquẽtes de iure cõi plus puniunt in pœnis pecuniarijs, q̃ plebei.*
90 *Princeps propter ſtatus ſalutem quoſdam remouet de ciuitate, & quibuſdam profectum ad ciuitatem interdicit.*
91 *Nobilitas habet aliqua grauamina annexa, quæ per ſe mala ſunt.*
92 *Priuatus ob delictum nobilitate, & dignitate, licèt ſit priuatus, quo ad omnia commoda, non tamen erit priuatus quo ad onera, quæ retinebit.*
Pœna non debet eſſe cauſa præmij.
93 *Virtuoſus ſi ſtaret, & viueret per mille annos, niſi transferatur in eum aliqua dignitas, ſemper remanet plebeius.*
94 *Qualiter oſtendatur aliquem eſſe nobilem*
95 *Nobilitas infima dicitur illa, quæ confertur per ſtatuta ciuitatum diſponentia, quod aliqui ſint nobiles.*
96 *Verbum quòd referatur ad id, quod congruit in ſpecie, non in genere.*
97 *Officia habentia nobilitatem annexam, & dignitatem, quæ ſint.*
98 *Practica probandi aliquem nobilem.*

Communis

99 *Communis vſus loquendi, vt dicatur communis, debet eſſe longus ſaltē decem annorum.*
100 *Nomen populariū, prout differt a nobilib. in quib. locis habeatur ī iure.*
101 *Nobilis verbaliter dicitur eſſe, qui nobilis reputetur.*
102 *Nobilitas, quæ attribuitur ex genere vſque ad quos tranſeat.*

1 SI ut proponitis. † Additio. An militia ſit
2 dignitas,[a] vide Bar. in l.
b ex c. ff. d tex. mil. † Doctor pro torqueri non pōt.
2 b l. milites. ſ de qō. qa militant aduocati. l. aduoca-
3 ti. ſ. de aduo. di iud. † Donō ab eoſcā ī ɔcubinā, nō valet. l. j. ſ.
de dona. inter vi. & vxo. no. Doc in l. affectionis. ff. de do. Io.
And. in c. cum qs. de ſepul. lib. 6. Hoſt. in ſum. tit. de do. inter
4 virū, & vxo. §. cui. ver. excipiuur. † Itē non tenet vltra, q̄ facere
pōt. gl. in l. miles. in prin. ff. de re iud. Et vide Inno. in c. j. de ma
5 gi. † Pro delicto nō ſuſpēditur. l. deſertorē. §. pœna militū, de re
mil. & ibi gl. In ɔductione domus gaudet priuilegio d. Bar. &
6 Bal. in l. j. ff. ſol. matr. † Coguntur eis ædes locare. ſm Gul. in l.
7 decernimus. de Epiſc. & cler. & Bal. & Ang. ī d. l. j. ff. ſol. matr. †
Popularis actio ɔpetit ꝓ iniuria ſibi illata. Bar. in l. j. § huius ſtu
8 dii. ff. de iuſt. & iu. † Filii eorū p̄ferunt æqualibus, & ꝓmouēt
9 ſine expenſis. gl. in l. iubemus. ſ. de aduo. di. iud. † Perſona Do
ctoris diſcipulo ſancta, & honeſta videri dēt. l. liberto. in gl. fi.
de obſe pat. p̄ſtan. & iuxta illud Iuue. Qui p̄ceptorē ſancti vo-
10 luere parētis eē loco. Bal. ī auth habita ne fil. ꝓ pa. † Doctor eſt
de cōſilio Principis ſine lrīs, l. fi. de aduo. di. iud. Doctor efficit
Comes, & illuſtris, ſi legit p 20. ann. l. j. de ꝓfeſ. q in vr. Itē ſcri-
11 ptura, nō uerbo, in ius vocant, l. quoties, ī. eo. † Itē nec perſo-
12 naliter capitur. l. medicos. de profeſſo. & med. & ibi gl. & Bar. †
Itē nec munerib. perſonalib. affligitur, l. grāmaticos. c. ti. Itē iu-
riſdictionē hēt. d. auth. habita. Item nullus pati dēt in dignitate,
iō Doctor niſi degradet, ad pœnā mor. vel abſciſſionis mēbri
nō cōdēnat. l. oēs. §. p̄terea cū gl. de Epiſc. & cler. † Itē ſi p̄les, vl
13 iudex ſcribēs Doctori nō appellet eū patrē, ex ordinarie punitē
l. 2. ſ. de offi. diu. iud. Itē exbēs eū de domo ſua pœna capitis pu-
nit. l. medicos. ſ. de ꝓfeſ. vide D. Card. Floren. in clē. j. de magi.
creditur Doctori de vita ſcholaris, 12. q. 1. c. 1. De peritia ei[9] lo-
14 li Doctori ſtat, l. nemini. ſ. de aduo. diuer. iud. † Itē eius interp̄-
tatio p̄babilis eſt, gl in c. j. ver. interpretatus. de poſtul. p̄l. Cre-
dens Doctori ab expenſis releuat, ſm D. Card. in clē. 2. de ma-
gi. Pet. de Anch. in c. finem liti. de dolo, & cōtum. & q no. p Bar.
15 in l. bonorū. ff. de bon. poſſ. † Item creditur eis, ſi allegant con-
ſuetudinem, Bal. in l. de quib. ff. de legi. alle. gl. in l. dos a patre, ſ.
ſol. mat. Item gaudēt priuilegio immu. Bar. in d. l. medicos. Itē
16 dr̄ hēre dignitatem per Bar. in proœ. Cod. † Item nō tenet ſolue
re gabellas, ſm Bal. in d. auth. habita. Ingenium ſcholaris ſup-
17 plet ætatem. c. frequens, de reſt. ſpol. lib. 6. † Item ſcholaris ma-
gni ingenii poteſt eſſe Doctor, licet nō ſtuderit per quinquē-
nium, ut in proœ. Dig. §. hic igitur. Et ad hoc vt Doctor priui-
legio gaudeat, debet eſſe maior 17. an l. j. §. pueritiam. ff. de poſt.
Item moribus alios debet excedere, alias dignitate priuat. Bar.
in l. magiſtros. ſ. de profeſ. & med. li. 10. & q ſit examinatus à
18 ſeptem. l. ſi quis. ſ. de profeſ. † Et q nō ſit ſpurius, licet de facto
nō ſeruet, ſm d. Her. in d. cle. j de magi. Et q non ſit iudæus, vl
mulier, in quibus non cadit dignitas. l. 2. ff. de reg. iur. l. fi. ſ. de
19 iud. † Et an priuilegia conceſſa milit. trahāt ad Doctores, vl
aduocatos dixi in repe. mea, l. Centurio. ff. de vulg. & pup. l pri.
20 Et † Doc. legum ſūt maiores omnib. aliis profeſſorib. vt voluit
gl. no. in proœ. Dig in §. pe. dum voluit, quod ſcholaris habeat
tres iudices. Orator tñ p̄fert oīb. aliis profeſſoribus, vt uoluit
21 gl. in l. j. ſ. de ſtu. li. vrb. & ibi tex. † Et Doctor quamuis receperit
inſignia, pōt tñ reprobari, ſm Bar. in l. grāmaticos. ſ. de profeſ.
& me. & Doctor ſemel approbatus, nō pōt ampli[9] reprobari,
22 ſm Bal. p illū tex. In l. 2. de li. & eorum lib. † & Doctor cum eius
familia nō pōt ſcrutari de armis. Vide Bar. & q̄ ibi ſcripſi in l.
medicos. ſ. de ꝓfeſ. & med. ibi ēt qd Doctor nō tenet ſoluere
collectas, & qñ ille qui vult doctorari non eſt repertus, & c. &
23 ibi ēt ſignaui. † Et ſcholaris ſtudens n̄ tenet ī ꝓpria p̄ria ad mu
nera. l. j. qui æta. vel ꝓfeſ. & ibi vide qualiter intelligat ſtatutum
ſi dicit, qd ſcholaris ɔueniret tñ corā Ep̄o, an poterit ɔueniri co
ram rectore, vide Bar. in l. viros. ī. c. de diuer. offi. lib. 12. in fi. li.
& vide Bar. in l. j. ī. de tyr. an ſcholaris vagabūdus poſſit docto-
24 rari. Itē † Doctor ſenex nō eſt ſp iuueni p̄ferēdus.[c] vide tex. &
c ibi Ang in Auth. de mona. in §. fi. & facit q no per gl. & Bar. ī
25 l. cū quid. ff. ſi cer. pet. † Et no. ſcholaris licentiatus ante ſuſcep-
tionē bireti, nō hēt priuilegia doctoratus, ſm Bal. in l. bene a
Zenone. de quadri. præſcr. & l. athletas. de excu. tut. īmo dī Bal.
26 in l. j. in fi. ff ſol. mat. † q in fauorabilib. licentiatus[d] habetur ꝓ
d Doctore. Et an licentiatus qui ſuſcepit gradum doctoratus
poſt doctoratum alterius debeat præponi illi primo doctorato
27 Bar. q ſic, in l. j. ſ. de conſu. lib. 12. & per illum tex. † Et an ſcho-
laris vocat[9] Doctor ſolo verbo ab Imꝑatore hēat priuilegia do
ctoratus, vide Mat. de Lau. in addit. ſuis. & vide Bal. in c. j. qs di
28 cat Dux, vel March. † No q Doctor legens, donec legit, dicit
tunc ciuis illius ciuitatis, vbi legit, p Bar. in l. munic eps in § mi
les. ff. ad muni. & l. j. eo ti. circa medium. vbi loquit de prelato.
29 † Et no. q Imperator pōt ſolo verbo creare Docto rem, ſm q
no. per Ang. in l. j. ſ. de ſen. pal. ꝓnunciatus tamen Doctor ſolo
verbo ab Imperatore, vel Papa, ſi eſt ignarus iuris, non hēt pri-
uilegia Doctorum, ſed vt Doctor minoris ſcientiæ honoratur.
argu. l. q ſi forte. §. j. de ſolu. & p Bar. in c. 1. quis dicat Dux, vel
30 March. † Et Doctor dānatus ad mortem, decapitari non poteſt.
l. omnes. iuncta gl. in verbo, poſt amiſſionē. de Epiſc. & cler. vbi
dicit, q nemo in dignitate cōſtitutus mori debet, anteq̄ degra
31 detur. facit c. degradatio. de pœn. lib. 6. † Et ſcholaris doctus p̄fer
tur Doctori ignaro. gl. in l. 1. §. j. ff. de decu. & eorum filiis. & eſt
gl. in Auth. de monachis. §. fi. in verbo, tp̄r. & eſt p̄ſumptio, q
ſcholaris q exceſſerit 20. an. non bene addiſcat, ſm Bar in l. 2. ſ.
32 de his, q æta. ſ. ex. lib. 10. † Et an ſcholaris, q incœpit ſtudium vi-
uente patre, dēt pficere ſumptibus cōibus patre mortuo, an ex
33 penſis ſuis, Bar. in l. j. ſ. de peri. & commo. rei vēdi. & † de Do-
ctore, q ꝓmittit maria, & montes ſcholari, nō eſt credēdū, vide
gl. & Bar. in l. non omnes §. fi de re milit. Itē argu. ſuſpicionis ē
ɔ Doctores, q acquirunt ſibi ſcholares p pecuniam, l. j. §. ſolēt.
de offi. p̄fec. vrb. & §. ſed ſi qs. In Iiii. de ſuſpe. tut. in gl. Alex. Mu
34 lier ɔditionem patris, & aui illuſtris retinet, dum tamē nubat
clariſſimo. h. d. Si autem nuberet homini minoris conditionis
tunc ſecus, qa ſicut mulier propter viri conditionē coruſcat
35 ita deprimitur, vt ſ. de inco. l. mulieres. & ī. eod. l. mulieres. † Vlti-
mo no. ex gl. iſta duo, primo q vbicunq; dignitas nō venit ex
origine, ſed ex accidenti, q illa dignitas non extendit vltra pro
36 nepotes, concor. ſ. de qō. l. diuo Marco. † Scdo no. q conſules
dñr clariſſimi. & ita eſt expedita hæc lex. Sequit repeti. eiuſdem
37 l. † Quæro in quo differt tractatus huius libri a tractatu primi
libri, in quo tractat de dignitatibus, ſicur hic tractat. Rñ. in pri-
mo tractat principaliter de officiis, ex qbus ſeqt dignitas hic
38 tractamus principaliter de ipſa dignitate. † ꝓprie enim loquen
do aliud eſt officium, aliud eſt dignitas, q patet; pōt enim quis
hēre dignitatē ſenatoriam, vel conſularem, licet non ſit ſena-
tor, vel conſul, vt videbitis in ꝓceſſu. Itē qs pōt habere officiū
ſenatoris, & nō hēre dignitatē, vt dicemus ī. l. quoties. Et ſic ap-
paret, q ſunt ſeparata breuiter. h. d. Nobilitas mulieris, q̄ hr ex
ꝓgenie, retinet, ēt ſi nubat nobili, ēt maioris dignitatis, nō ple-
39 beio. h. d. Mō † pone caſum in terminis cauſa tolatij: Dñi, duæ
ſorores fuerunt inuitatę in quodam ɔuiuio, & quia no fuerūt
e poſitę inter dominas[e] cōſulares, & p̄torias, iō iuerunt ad Prin
cipē, ꝓponētes, quod auum cōſulem, & patrem habuerūt p̄to-
rem, & ipſę ſunt nuptæ nobilibus viris, licet non tantæ dignita
tis. Quęrit, nunqd debeāt poni in mēſa inter nobiles reſpectu
nobilitatis parētū, an reſpectu nobilitatis maritorū. Rñdet Im-
perator, q ſi vera ſunt, quæ proponunt, quod tenēt nobilitatē,
40 & dignitatē generis, & ſic poni debuerunt in mēſa. No quod
nobiles habēt dignitatē, vt dr ī. Itē no. quod mulieres habēt di
gnitatē, & nobilitatem ex progenie. Itē no. quod ſi filia vnius
Regis nubat vni Comiti, dēt appellari regalis, vel ſi filia vnius
Comitis nubat vni minoris nobilitatis, dēt appellari Comitiſ-
ſa. Itē no. quod ſi filia Comitis nubat populari nō debet appel-
lari Comitiſſa. Op. dr hic, q iſtę mulieres habuerunt patrē, auū,
41 & virum. ɔ. ſ. de nup. l. nemini. † Sol. expone virum. i. hominē,
vt gl. dicit. Pro cuius notitia ſciendū eſt, quod nomen viri, quā
doq; ponit reſpectiue ad vxorem, & tunc ponitur nomen viri
pro marito, vt ff. ſolu. matrimo. l. viro, atq; vxore, & ff. de iure
dot. l. vir ab eo. ſ. de donat. inter vir. & vxor. in rubro & nigro
de iure dot. l. ſi inter virum, cū ſimil. Qñq; non ponit reſpecti-
ue, ſed ponit cū adiectione denotāte, q ſit vir alicuius mulie-
ris, vt p genitiuū caſum, vt ſi dico, vir Seiæ, vel ꝓnomē poſſeſ-
ſiū, vt ſi dico mulieri, vir tuus, vel ſiīa verba, tūc ēt intelligunē
ī dubio viro ꝓ marito, vt ff. de ſen. l. j. ad Sena. Velle. auth. ſi qua
mulier. Si vero dictio, vir, cū alia adiūctione ponat, tūc intelli-
git vir, i homo, vt hic. & ff iud ſol. l. vir bonus, & ꝓ ſoc. l. ſi ſocie
tatē. §. arbitrorū. cū ſi. Aduertēdū tamen eſt, quod nomen vir,
adultū hominem importat. Cum vero dico vir, hominem im-
portat, & pōt intelligi de quolibet, vt ff. de lega. 3. l. cum qs dece.
42 dens. §. codicil & ibi no quod eſt notandū ad multa. † Secūdo
op.

ADDITIONES.

a Dignitas. Vide Fel in c. clerici. de iud vbi quod non eſt dignitas. Adde Iac. Rebuf. in l. 1 ī. de muner. & honor. omnino per Lud. Roma. ſing. ſuo 507. incip. an ſit militia dignitas.

b Non poteſt. De omnibus infraſcriptis vide Fel. in rub de magi. vbi plene & quæ ſint eorum prærogatiuæ. Ego amplio hoc dictum, ſcilicet quod Doctor nō poſſit torqueri, vt procedat etiam ſi conſuetudo ſi in contrarium. ita no. caſus eſt ſing. ſecundum Bar. in l. omnes iudices ī. de dec. lib. 10. quem ad hoc refert, & ſequitur Roma ſingul. ſuo 490 incip. milites, Doctores, & decuriones. & ibi in poſt. multa vtilia ad hanc materiam.

c Præferendus. Adde Fel. in c. clerici. de iu & late in rub. de maior. & obed.

d Menoch. Licentiatus. Iaſ. in l. filiæ licet. nu. 9. C. de collatio.

e Menoch. Inter dominas. Tiraq de nobilitate, c. 18. nu. 3. Caſſa in catalogo gloriæ mundi, parte 2. conſider. 40. col. 2.

a op. ꝙ mulieres nō poſſunt habere dignitatē, a vt l. fœminæ. ff.
de reg. iur. Sol. Dignitatē ſine adminiſtratione poſſunt hēre, vt
hic, ſed dignitatem cū adminiſtratione tēr non, vt in ꝯtrus. Fal-
lit in qbuſdā præcellentibus mulieribus, vt de ꝯſuetudine qua
43 rundā partium, vt l. fi. ē. de arbu. † Fallit in Abbatiſſis, quas vide
b mus hēre dignitatē, b & adminiſtrationē in ſuas monachas, &
interdum extra, cum habeant caſtra. & ſim. lia. Iſta dignitas ſi-
ne adminiſtratione, de qua loquiī hæc lex, nihil aliud eſt quam
dignitas, ſeu nobilitas & ſic apud nos vocaī. Ita dicit gl. & pro
bar ī. eo. l. mulieres, & ī. dicā. Dī enim, talis eſt nobilis domina
tali nobilitate, cū ſit Comitiſſa. Marchioniſſa, & ſimi. vt ī. oſtē-
dam. Eſt ergo vidēdū, qd ſit nobilitas. Ad cuius declōnē pmit-
44 to aliquas qōnes. Et primo quæro, † quot modis dī dignitas. Rñ
deo, qꝫ; accipiī largiſſime, vt omnes dicantur in dignitate, q
ſunt bonæ famę, & integri ſtatus, vt ff. de var. & ex ordin. cog. l.
cognitionē. §. i. ibi, illæſę dignitatis ſtatus. & alibi qlibet dī di-
gnus, q nō repiī indignus, vt l. cum qdā. de leg. a. & de manu.
teſt. l. ſeruus. & de hoc non loquiī hic. Qñqꝫ vero accipiī digni
tas pro officio, ꝙ hēt dignitatē annexam, vt ff. de mun. & hon.
l. honor. in prin. Et ita loqī rub. eī, de preb. & digni. & tex. in c.
de mulcta. eo. tit. ita loqī gl. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. j. q̄ dicū, quę
dam officia, q̄ ibi nominanī, eſſe dignitates. Vere enim officiū
ipſum non eſt dignitas. ſed hēt dignitatē annexam, vt ff. de mu
ne. & hon. l. honor. in prin. & iſto mō ēt non loqī hic titulus.
Qñqꝫ dignitas accipiī pro quadam qualitate, q̄ facit perſonam
differre a plebeis, & iſta eſt nobilitas ſm vulgare noſtrū, vt ſta-
tim dicā. Et ꝯſideranī iſta duobus modis. Primo, ꝓut iſta digni
tas ſtat in nomine generis ſui, nec hēt nomen ſpeciale, vt eſſe
decurio, vt ff. de mun. & hono. l. ſpurii. in prin. & eſſe miles, &
presbyter, & ſimilia, vt l. neqs. ī. vt ne. priua. Sunt & alię digni-
45 tates nominatæ, † & iſtæ diuiduní per ſuos grad⁹. Eſt enim illu
ſtris, ſuperilluſtris, ſpectabilis, clariſſimus, vt ī. videbitis in pro-
ſecutione materiæ, & iſtis nominibus ad hoc Doctores hodie
46 vtunī. de his loqī hic titulus. Secūdo † quæro, & reuoco in du-
bium, vtrum ſit verum ꝙ dignitas ꝓut accipiī, vt ſeparata ab of
ficio, vel adminiſtratione, ſit idē ꝙ nobilitas. Rñdeo, ſiqdem
nobilitas accipitur proprię, ꝓut facit quem differre a plebeis, &
de iſta loqī hic, & tūc dico, ꝙ eſt idē nobilitas, & dignitas. Pro-
bo, Sola dignitas eſt, q̄ facit quē differre a plebeis, & quem non
eſſe plebeiū, vt ff de ſuſpe. tut. l. j. in fi. & l. 3. §. tutores. & ibi hoc
Iac. de Are. ponit, ꝙ omnis carēs dignitate eſt plebeius. alias q
eſt in dignitate deſinit eſſe plebeius, ꝓbaī ī. vt ne. priua. l. neqs,
Illud ergo ꝙ ſm noſtros mores appellaī nobilitas, illud idē eſt
dignitas, quę facit quem non eſſe plebeium. hoc videī expreſ-
ſum inſtit. de iure nat. gen. & ciui. §. plebiſcitum. & ibi gl. dicit,
quod plebs ꝯtinet omnes, exceptis nobilibus. In tex. vero d. §.
appellanī nobiles Patricii, & Senatores, qui habēt dignitatem,
& facit ff. de verb. ſig. l. plebs in princ. Sed poſſet dici, quod ille
§. plebiſcitum, probat ꝯtrium. Diciī enim ibi, ꝙ plebis appella-
tione cōtinenī omnes, exceptis ſenatoribus, & patriciis, ſed
multæ ſunt aliæ dignitates inferiores a ſenatoribus, & patriciis,
vt ī. tit. 2. l. nemi. ergo patet, ꝙ multi habentes dignitatē ſunt ple
beii. i. homines habentes inferiorem dignitatē a prędictis, & ſic
non omnis, qui eſt in dignitate, deſinit eſſe plebeius, & ſic nō
eſt idē nobilitas, & dignitas. Solū Ibi poniī nomen patriciatus
In genere pro omnibus patribus ciuitatis, & ſic pro omnibus
habētibus in ciuitate dignitatē, vt patet ff. de orig. iur. l. 2. §. de-
inde cū ęrariū, & §. eiſdem temporibus. ſed l. nemini. ī. tit. 2. lo-
quit de alio magno patriciatus honore, q cępit eſſe poſtquam
fuerunt creati Impatores. Præterea iſtū intellectū ponit Hug.
ſub dictione, plebs Præterea certū eſt, ꝙ dignitas nō debet con
cedi, niſi ei q ſit in aliqua poteſtate, ſaltē quod ſit decurio, vt l.
honores. §. is q. ff de decur. Nam plebeius non poteſt eligi ad di
gnitatem, vt ibi patet, ſed alibi dicií, ꝙ ad dignitates debent eli-
gi nobiles, vt in Auth de defen. ciui. in §. interim. & §. fi. ergo
patet. ꝙ ob hoc, ꝙ dicit nobiles, intelligiī, hoc eſt, in dignitate
poſitos vt in Auth. de defen. ciui. & ſic nobilitas, & dignitas sūt
idē. Præterea hoc patet in l. quæro. de nata. reſti. vbi dicit nobi-
liſſimus imperator. ideo aūt dī nobiliſſimus in ſuperlatiuo gra
du, qa eſt in dignitate in gradu ſuplatiuo. Præterea hoc patet ī
diuina ſcriptura Mat. 15. c. in fi. vbi venit Ioſeph ab Arimathia
nobilis decurio q. d. erat nobilis, qa erat poſitus in dignitate de
curionatus Concludiī ergo, ꝙ nobilitas, quę facit quē differre
a plebeio, eſt q̄dā dignitas eo mō ſumpta, quo diai ī. ſ. ſeparata
ab adminiſtratione. Ideo nos videmus in noſtro vſu noīari di
gnitatem illam, a qua ꝓcedit nobilitas. Dicimus n. Reges, Du
ces, Marchiones, Comites, & ſimilia. Quoſdā vero vocam⁹ no-
biles ſimplices, qa vt diai. q̄dā erant dignitates noīatę, quędā i-
noīatæ Ergo apparet, qa licet ſub noīe nobilitatis non hēamus
aliquē ſpecialem tractatum, tñ habemus hunc librum de di-
gnitatibus, & in multis aliis partib. iuris, iō de nobilitate recte
tractare poſſumus. Pōt ēt accipi nobilitas multis aliis modis, &
tūc nō eſt idem, quod dignitas, vt ſtatim videbitis. Tertio ergo
quęro, quid ſit nobilitas, ſeu dignitas, prout idē ſunt, & vt cir-
ca hæc veritas eluceſcat, multorū opiniones reſeram. Fuit n. q
dā noīe Dantes Aligerius de Florentia, Poeta vulgaris, lauda-
bilis, & recolendę memorię, q circa hoc fecit vnam cantilenā
in vulgari, quæ inci. (Le dolci rime d'amor, ch'o ſolea cercar
nei miei penſieri, &c.) & ibi recitat tres opi. antiquorū. Prima
47 eſt, q̄ dicit, ꝙ qdā Imperator dicit, ꝙ † nobilitas eſt antiqna æ-
ris, & diuitiarum poſſeſſio. cum pulchris regiminibus, & mori
bus. Alii dixerunt, ꝙ antiqui boni mores faciunt hominem
nobilem, & iſti de diuitiis nō curāt. Tertii dicunt, ꝙ ille eſt no
bilis, qui deſcendit ex patre, vel auo valētibus, & oēs iſtas opi.
reprobat. Vltimo ipſe determinat, ꝙ quicunqꝫ eſt virtuoſus, ē
nobilis. Item poteſt eſſe nobilitas ēt vbi nō eſt virtus, & ſic no-
bilitas habet in ſe plus, quam virtus Exemplum in puella vere-
cunda: nam verecundia eſt diuerſa à virtute, & tamen in ea eſt
nobilitas. concludiī igitur quod omnis anima prædeſtinata à
Deo in felicitate, vt in omni tempore bene operetur, etiā ante
quā alium actum uirtuoſum operetur, dicatur nobilis, & iſta
ſunt eius dicta in ſumma. De quolibet ergo large, & latius u-
deamus ſingulariter. Prima ergo opinio fuit, quod quidā im-
perator dixit, quod nobilitas eſt antiqua poſſeſſio ęris, ſeu diui
tiarum, cum pulchris regiminibus, & moribus. Et iſtud repro-
bat ipſe dicēs, qđ iſta diffinitio eſt falſa, & imperfecta, falſa, quia
diuitię nō poſſunt dare, nec auferre nobilitatē, qđ apparet. qa
diuitiæ ex ſe ſunt uiles, & qđ uile eſt, nobilitatem non pt conce
dere. Vilitas autem earum apparet, quia diuitiæ cōgregatæ nō
c quietāt animum, c ſed maiorem curam tribuūt. Itē illa diffini-
tio eſt imperfecta, quia aliis modis contingit nobilitas, ut inf.
dicetur, & iſta vī intētio Poetæ ꝓdicti. Primum, qđ dicit, quod
quidam Imperator poſuit diffinitionem prædictam, hoc nō re
peritur in corpore iuris, ſed forte in aliis hiſtoriis inuenit: ta-
men contra reprobationem ſuam arguo, quod diuitiæ cōfe-
rūt ad dandam nobilitatem, quia quicquid confert ad virtutē,
confert ad nobilitatē. Iſtud patet ex dictis ſuis, qui dixit, ꝙ vbi-
d cūqꝫ eſt virtus, ibi eſt nobilitas, d & ſm iſtud nobilis eſt ille, quē
nobilitat ſua virtus: ſed diuitię conferunt ad magnanimitatē, q̄
eſt virtus, vt hī a S. Th. in 2. 2. q. 128. c. fi. & per Philoſophū. 4. Eth.
vbi tractat de magnanimitate; ergo confert ad nobilitatē. Præ-
terea quicquid confert ad fœlicitatem cōfert ad nobilitatē, ſe-
cundum eundem: ſed diuitiæ conferunt ad fœlicitatē, qa ſine
ipſis non contingit hominem eſſe felicem, ſecundum Philoſo.
1. Ethi. ergo, &c. Pręterea eorum diffinitiones ponit Philoſoph
5. Polit. circa primum, vbi ſic ait. Nobiles. n. eſſe vīr, qbus aſſi-
ſtunt progenitorū virtus, & diuitiæ. Finaliter concludo, ꝙ diui
tiæ non ſunt dignitates, nec dignitatē pñt dare directe, vt dicit
Poeta. pñt tñ eſſe cā remota, ob quam nobilitas euenit, & obuē
ta cōſeruabit, & ita concludunt rationes in oppoſitū factę, &
hoc eſt verum, vt ī. dicam, & in hoc bene dicit Poeta. Secūda
opin. fuit eorū, qui ꝓdictam opi. reuoluerūt hoc mō, ꝙ antiqui
boni mores cum poſſeſſione diuitiarum faciūt hoīem nobi-
lem, & optimam partem ademerunt, quia forte ipſi non habe-
bant eam, & hęc ſunt verba Poetę. q. d. ſecūda opi. quod ſoli an
tiqui boni mores faciunt quem nobilem. Iſtam opi. ipſe dānat.
Iſti vīr pręſupponere, quod ex vili patre non pōt deſcēdere no
bilis filius, quod patet, qa requirunt antiquitatem Ex hoc eorū
antecedenti ſequeretur, ꝙ omnes ſumus nobiles, vel omnes ſu
mus ignobiles: quia ſi primus parens fuit nobilis, ergo omnes
deſcendentes nobiles: ſi primus ignobilis, ergo omnes deſcen-
dentes ignobiles, quia nūquam in perſona alicuius potuit inci
pere nobilitas, ſeu dignitas. Nam aut ipſi habent dicere, quod
mundus fuit ab ęterno cum multitudine omnium, quod eſt
falſum, & contra fidē Chriſtianā. Mihi videtur ſalua reuerētia
tanti Poetę, quod dictę rationes factę ad reprobandum dictas
opinio. non ſunt verę. Primo enim authoritas, quam ipſi affe-
runt ex dictis eorum, ſ. quod ex vili parente non poſſit naſci
nobilis filius: nam ipſi requirunt antiquitatē bonorum morū.
48 † Certe iſta antiquitas poteſt eſſe in vno homine. Nā ſi durauit
longo tempore 10. vel 20. ann. in bonis morib. dicētur antiqui
boni mores, vt ff. de legi. l. de quib. in gl. ſuper ver. inueterata. vn
de ex iſtis actibus virtuoſis non erit nobilis, niſi cōpleto longo
tpe. Iſtud videtur expreſſum in Doctoribus, qui nō conſequū
tur

ADDITIONES.

a Habere. Dignitatem. Adde Fe. in c. dilecti de maior. & obed.
b Dignitatem An Abbatiſſa dicatur habere dignitatem, vide Fel. in c. meminimus. ver vlterius quæro. de accuſ.
c Animum. Facit dictum Valer. Maximi in c. de mu. fortunæ, in exemplo de Syphace Rege, & in fi. dum inquit, itaque neque dici debeant bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſui duplicant.
d Nobilitas. Adde Beatum Chryſ. ſuper Mat. in hom 15. ver. bene autem ait, vbi inquit quod nihil eſt, quod ſic hominem faciat inſignem, atque cōſpicuum, q̄ virtus, etiam ſi magno ambitu opes lateret: ut enim ſplendor iſte virtutis in ipſo Sole refulget, ita virtutibus circundatus vndique clarus eluceſcit, nec in terram ſolummodo radios propriæ virtutis emittit, ſed ſupra ipſum etiam cęlum proprio fulgore radiat.

tat dignitatem Comitum, niſi expletis 10. ann. in legẽdo. vt de
profeſ. q in vrb. l. i. ỹ. eo. lib. Præterea poſito ꝙ antecedẽs eſſet ve
a rum, non ſequitur ꝯñs, quod oẽs eſſemus nobiles, a vel ignobi-
49 les. Pone. n. ꝙ Adã fuit nobilis. Et nobilitas tranſit in filios, niſi
pp eorum delictum eam amittant. Nam pp delictũ qs infamat.
& pp infamiam perditur nobilitas & dignitas, vt l. proſi. & l.
quoties. Si ergo aliqs ex filijs ſe geſſit virtuoſè, retinet nobilita-
tẽ, & erit nobilis; & ſi alius ſe geſſit vitioſè, perdit nobilitatẽ, &
erit plebeius. Et ita fuit de facto in Cain, qui occidit Abel fratrẽ
ſuum, pp quod perdidit nobilitatẽ patris, vt habetur Gen. 4. ca.
Et de hoc multa exempla ponuntur per Valerium Maxim. ſub
titu. qui à patri. degñauerunt. Item pone ex eodem patre nobili
50 natum vnum filium legitimum, & alium baſtardũ: † certè ad le
gitimum tranſit nobilitas, non ad baſtardum, vt l. cũ legitimæ.
de ſta. homi. & de Sena. l. liberos. No. per Doc. in l. ſi. ſ. de ver.
ſig. & p Bal. in l. 1. & Ang. & Imo. in l. ex facto. ad Treb. Alex.
Exemplum in Abrahã, qui habuit filium legitimũ. & alium nã
tũ ex ancilla. Gen. 21. Eodem modo non obſt. dictæ rõnes ter-
tiæ opin. vt ſtatim dicam, licèt. n. illę reprehenſiones non videã
tur concludere, tñ verũ arbitror, q̃ l antiquitas morum nõ eſt
nobilitas, nec nobilitatem facere põt, ſed põt eſſe cã nobilitatis
51 vt ỹ. dicam. Tertia opi fuit, ꝙ † illi dicantur nobiles, qui deſcen
dunt à parentib. valentibus, puta patre, vel auo, licet ipſe, qui d.
ſcendit, ſit modicæ ꝯdõnis. Iſtud reprehẽdit poeta cadẽtiã rõ-
ne, qa vr̃ præſupponere quod non ſit nobilis, niſi qui naſcitur
ex nobili. Et qa ex ruſtico non põt naſci nobilis, ex quo ſequũ-
tur conſequentię falſę, vt ſupra dictum eſt. Sed non eſt verum
ꝙ ipſi hoc præſupponant. Dicunt enim ipſi, quod ex valenti-
bus parentibus, ut ipſe poeta recitat, non autẽ dicit nobilibus,
52 & ꝑñt hæc hr̃e talem intellectum. Pone, † ruſticus incipit eſſe
probus homo, & valens, & tenere ſtatum nobilitatis. Certè ip-
ſe non eſt nobilis, quia illa ruſticitas non potuit purgari plene,
& pfectè in eo, ſed filij, & nepotes ſuſcitunt nobiliores, vt tota
die u demus in ruſticis peruenientibus ad aliquem gradũ ciui
tatis. Vñ ex patre ignobili, tñ ualente naſcitur filius, vel nepos,
nobilis. & ſic non præſupponit illud qd poeta dicebat. & poſi-
tu quod pſupponeret, non ſequeretur ꝙ illę eſſent falſę conſe-
quentię, ut dixi in præcedenti opin. ꝙ ver mihi vr̃. Item repro-
bat poeta dictam tertiam opinionem in eo, quod adiecit, licet
ipſe ſit modicę conditionis. Nam talis eſt viliſſimus, qa habuit
viam nobilitatis paratam à parentibus, & ipſe non ſeruat ea, &
talis uituperandus eſt plus, quam alius. Si ergo eſt viliſſimus, er
go nõ eſt nobilis. & hoc tangit multos viuentes, q vadũt p ter-
ram, ſed quo ad mores, mortui ſunt. Sed iſta reſpõſio non vide
53 tur vera. Sciendum ergo eſt, ꝙ † ex parentibus nobilibus quan
doq; naſcit filius nobilis, & uirtuoſè uiuens, & ille erit nobilis
ſm omnes prædictos. Quandoque naſcitur filius reprobus, q
habet mores malos, ex quib. eſt infamis, & tunc perdit nobili-
tatem, ut infra l. proxima: & iſto caſu verũ dicit poeta, qui eũ
appellat viliſſimum. Quandoq; naſcit filius qui non hẽt mo-
res, nec bonos, nec malos, & forte eſt ſegnis, qui non eſt opera
tiuus, vel forte eſt demens, vel furioſus. Et iſto caſu retinet no
bilitatẽ. ff. de iud. l. cęcus. & l. cum furioſus. & iſto caſu loquun-
tur verba illorum, qui dicunt, quod licet ſit ipſe modicę ꝯdõ-
54 nis, & ſic reprehenſio poetę eos nõ tangit. Videndũ eſt, † vtrũ
dictũ ſuum ſit bonum, ꝙ ex natiuitate quis hẽat nobilitatem.
& vr̃ ꝙ ſic, ut hac l. 1. ỹ. eo. l. Senator. & ff. de Senato. l. Senatoris
filiũ. & vr̃ expreſſum Prouerb. 18. c. ibi, Gloria filiorum, patres
eorũ, & eccleſia. 10. c. ibi, Beata eſt terra, cuius Rex eſt nobilis.
& ponit gl. ibi, i. de ſtirpe Regia. In ꝯtrium eſt Iob. 14. c. in fine.
Vñ dicit quod mortui ſiue nobiles, ſiue ignobiles fuerint, nõ
intererit filiorũ. Si. n. nobilitas tranſiret à parẽtib. pro certo ei⁹
intereſſe ignorare nõ poſſet. Prętera quę ex natiuitate natu-
raliter hñr, nõ pñt tolli per Principem, ut Inſt. de iure nat. §. ſed
naturalia. Sed hæc põt mutari, quia nubẽdo vni plebeio perdit
55 dignitatẽ, ut hic, & l. fęminę. ff. de Sena. ergo, &c. Prętera † no
bilitas q̃ hr̃ ex progenie nõ durat ultra ꝓnepotem, vt hic no. gl.
& ỹ. dicam. & ſic ille, qui naſcitur ex ꝓnepote, naſcitur ex no-
bili, nõ tñ eſt nobilis: & iſta eſt vera, quia proles, ſeu origo ñ ẽ
dignitas, nec dat dignitatem, ut hic, & in auth. de referen. §. fi. ỹ.
eo. l. mulieres, & ibi in genere. Nobilitas ergo princeps eſt, qui
nobilitat pp genus, merito ergo Princeps eã poteſt auferre, &
56 dare qñcunq; vult. Quarta opinio fuit ipſius poetę, † ꝙ vbicun-
que eſt uirtus, ibi eſt nobilitas. & intelligitur de uirtute, qua ho
mo felix efficit. Item d. eit, quod poteſt eſſe nobilitas etiam vbi
non eſt virtus, & ſic nobilitas hẽt in ſe plus, quam virtus. exem
plum in muliere verecunda, nam uerecundia diuerſa eſt à vir
tute, & tñ in ea eſt nobilitas. Concludit ergo, qd aĩa prędeſtina
ta à Deo ĩ fęlicitate, ut oĩ tpe bene faciat, ẽt anteq̃ faciat aliquẽ
actum uirtutis, dr̃ nobilis. & hęc eſt vera nobilitas, de qua pau
ci reperiuntur, ut ipſe dicit, Videamus ergo, an pdicta ſint ue-
ra, & oſtendo quod non. Pone aliquem pp delictum ſuum eẽ
infamem, & ſic in eũ nõ cadit dignitas, vel nobilitas, vt ỹ. l. px.
poſtea reuerſus ad bonos mores, eſt factus virtuoſus, ſm eum
iſte erit nobilis, ꝙ eſt falſum, niſi reſtituat̃ per Principem, vt l.
Imperialis. ſ. de nupt. Item pone aliquẽ virtuoſum de crimine
damnatum, ꝙ infamat ꝯ virtutẽ. Certè iſte erit nobilis, ſm eũ,
quod eſt falſum, cum infamis ſit, vt l. athletas. in fine. de his qui
notant̃ infamia. Itẽ pone ex vno Rege natum filium, qui futu-
rus eſt reprobus, & infamis. & ꝓdeſtinatus à Deo in damnatio
nẽ. Certè, ſm eum, iſte non erit nobilis, quod eſt falſum, quia
ſaltẽ interim anteq̃ vitia committat, eſt nobilis, vt hic, & ỹ. ea-
dem l. Senator. cum ſimilib. Secũdo probat̃ authoritate diuinę
ſcripturæ. Eccleſiaſtic. 10. A Principe ſtultum poſitũ in digni-
tate ſublimi. ergo eſt nobilis, licet ſtultus, & tñ nec virtuoſus,
nec ꝓdeſtinatus in fęlicitate. Præterea ſi eſt natus ignobiliter,
ſurget in gloria, ſcribit̃ prima ad Corin. 15. c. Vides ergo quod
licèt ꝓdeſtinatus ſit in gloria, tñ donec eſt hic, dicit̃ ignobilis.
Item dicit Apoſtolus ad Corinth. 1. c. Vos nobiles, nos autem
ignobiles vſque ad huc. Prętera, ſi verum eſſet dictum eius, ſe
queret̃ quod nullus plebeius eſſet virtuoſus, vel prædeſtinatus
in ſalute, quia ſi eſſet prędeſtinatus, vel virtuoſus eſſet nobilis
ſecundum eum, & ſic non eſſet plebeius. Tertio ad hoc ꝓbatur
authoritate Philoſop. 1. Ethi. 4. c. qui dicit, ꝙ ſi ſint quidam ho-
mines virtuoſi, tñ ſunt nobilitate priuati. Præterea, poteſt eſſe
ꝙ ſeruus, vel ruſticus eſt virtuoſus cum omni virtute, vt qa eſt
fortis, vel prudens, iuſtus, & expertus in his, quæ ſibi mandabũ
tur, & tñ neſciret dñari. Certè iſte non eſt nobilis, vt dicit Philo
ſoph. 1. Ethic. 9. c. nõ. n. eſt nobilitas vbicunque eſt uirtus. quid
ergo dicemus. Dico, ꝙ p declaratione pñtis quęſtionis habe
57 mus ponere † tres nobilitates. Prima eſt nobilitas Theologica,
ſeu ſupnãlis. Secunda eſt nobilitas nãlis. Tertia eſt nobilitas po
litica, & ciuilis. De prima Theologica, & ſpiritualis eſt q̃rendũ
in cõſpectu æterni iudicis, apud quem nulla eſt obumbratio,
58 nec aliqd latet, vt dicit poeta pdictus. Nam † apud Deũ eſt no-
bilis omnis, q eſt in gratia faciente gratiam, vel gratũ. Itẽ om-
nis ille, q eſt virtuoſus, dico de illa uirtute, quę facit hominem
fœlicem, intelligo hoc, ſ. ſi eſt in charitate. Si enim aliquis in
charitate eſt, ille eſt in gratia: non enim poteſt eſſe in charitate
ſine gratia, & iſta gratia ꝯſiſtit in hoc. quod Deus ſua largitate
facit hominẽ gratum ſibi, vt habetur in Magiſtro Sententiarũ
in 1. lib. diſt. 12. & clarius ibidẽ ab illo Reuerẽdo Doctore F. Bo-
na ventura de Balneo Regio & à Sancto Tho. in 1 a. q. 110. &
q. 50. & hoc eſt verum, & ꝓbat 1. Reg. 2. c. vbi dicit̃, Quicũque
honorabit me, ego honorificabo eum: qui autẽ contemnunt me
erunt ignobiles. Iſtos autem nobiles non poſſumus perfectè co
gnoſcere, niſi per reuelationem. Di cit enim Eccleſiaſt. 11. c. Ne-
ſcit homo vtrum amore, vel odio dignus ſit, & multi ſunt de-
ſtinati, q apud nos reputant ignobiles, vt patet ex dictis authori
tatibus Apoſtoli ad Corint. 1. & 10. c. Illã ergo nobilitatẽ Theo
59 log cã dimittamus Theologis. † Secunda igit nobilitas eſt nã-
lis, & hæc põt cõſiderari duobus modis. Primo, prout cõgruit
animalibus rationalibus, & ẽt irrationalibus, & alijs etiam ſen-
ſu carentibus, & iſto modo d cunt nobilia, & ignobilia ſecun-
dum nobilitatẽ operationũ, vt in brutis patet. Videmus enim
quaſdam aues eiuſdem ſpeciei nobiles, & ignobiles. Exẽplũ in
falcone, aliquis dr̃ gentilis, & aliquis peregrinus, & c. Idẽ de cæ
teris animalibus. Idẽ de pomis, & eodem modo inter artifices
diſtinguimus quoſdam nobiles, qui ſunt magis inſtructi alijs,
& alij ſunt quos ignobiles dicimus, vt ſ. de cõd. in pub. hor. l. 1.
lib. 10. & ſ. pnlt. l. ꝓuidendũ, & iſto mõ ſeruus, & ancilla poteſt
eſſe nobilis. Et ita hr̃ Leui. 9. c. iſta ancilla nobilis. & de hoc loqẽ
Philoſophus 2. Eth. c. in pr nc. Et de hoc non eſt noſtrũ princi-
pa iter tractare: quia p hanc non diſtinguitur nobilis à plebeio
de quo q̃rimus. Secundo mõ põt cõſiderari ꝓut cadit in homi
nes iſta nobilitas naturalis, & tunc dẽt intelligi naturalis, i. natu
rali rõne inducta, quod nos Iuriſtę appellamus de iure gentiũ
primæuo, quod apparet. qa ſolis hoibus congruit. Et de iſta no-
bilitate agit Philoſ. 1. Ethi. 4. c. vbi dicit, ꝙ nihil aliud q̃ virtus, &
malitia diſcriminat ſeruum, & liberum, nobiles, & ignobiles.
Hoc autem nõ eſt intelligẽdum de omni virtute, ſed de ea q̃
competit aliquibus, ꝓut ſunt apti dominari, non de ea ꝓut apti
ſunt ſubijci, ꝓnt per Philoſophum 1. Politic. 9. Dicẽdum eſt er-
go, ꝙ talis nobilitas eſt virtus, ꝓut cõpetit his, q ſunt apti dñari
ſeu pęſſe. Vel ponas diffinitionem virtutis, quã ponit Philoſo-
60 phus 1. Ethi. cum dicta adiectione. Tu dicas quod † hæc nobili
tas eſt qdam habitus electiuus in medio conſiſtens circa ea, q̃
pertinent ad pęſſe vel dominari. Et cum hac determinatione
poſſet eẽ verũ ꝙ dicit Poeta. & de hac nobilitate hr̃ 56. diſt. nũ
61 q̃ de vitiis. † Tertia nobilitas politica, ſeu ciuilis, ꝓut differt no-
bilis.

ADDITIONES.

a Nobiles. Et qui ſint iſti nobiles, & quot modis limitãtur, vide tex. & ibi Bald. in l. nobiliores de commerc. & merc. vbi dicit, ꝙ qui facit artem vel mercantiam, non poteſt eſſe nobilis, quod no. contra Dominos Venetos. Alex.

b Stimantur. Vide tu ad hoc copioſè, & no. Fel. in c. ſuper eo. in ver. no. ſecundo, cũ ſeq. de teſt. et do. Soc. in conſ. 236 inc. Eleganter et ſubtiliter. ver. tatio eſt, et Pa. de Castro conſ. 148 et in conſ. 149.

bilis à plebeio, ſm † accipimus apud nos, & in foro noſtro,
tūc quod dicit po. a.ſtictus, o ino nō eſt verū, qa tūc ſequerē
tur inconuenientię : ic. præ Quid ergo dicēdū? Rñ. Hoſt. in
ſumma. de p̄oen & digni. quod dignitas eſt p̄eminētia q̄dam,
Id ergo dicendum de nobilitate, qa nobilitas, & dignitas idē
ſunt, vt dictū eſt. ſ. d cenē nimis g̃naliter logi, quia ēt ſerui ha-
bēt p̄eminētias vt ordinarius, & vicarius, & ēt plebeij, & ruſti-
ci hñt p̄eminentias, ſ. q̄ qlibet parer ſam. in domo ſua hēt p̄emi-
nentiā. Inn. vero in c. de multa de p̄ben. dicit, quod illa eſt digni
tas, quę reputat̃ dignitas, & ſi non reputatur dignitas, nō eſt di
gnitas. Iſtud nō p̄bat rōnib & nimis g̃nalr logt, tñ veritati p̄-
pinquior eſt Quid ergo dicendū? Rñ. nobilitas apud nos inuē-
ta eſt ad ſimilitudinē, & imitationem illius nobilitatis, quę eſt
apud Deum, vt in Auth. vt indi. ſine quoquo ſuffra. §. itaque. ſ.
de off. pf. p̄ro Afri. l. j. & l. i nomine Domini in prin. & de nup.
l. Imperialis. in princ. Sicut ergo ille apud Deū eſt nobilis, quē
Deus ſua gra ſibi gratū facit, ita in foro noſtro ille eſt nobilis
quem Princeps ſua gratia, vel lex ſibi gratum, vel nobilē facit.
Non tamen poteſt eſſe ſimilitudo p omnia, & ideo de hac nobi
litate prout intelr apud Deum relinquit Theologis, qb. eſt ſtā-
dum. Prout vero loqmur de nobilitate apud nos, pone diffini-
tionem veram, & examinabo eam, ea qua apparebit theorica,
62 & practica hui⁹ materiæ. † Nobilitas ē qualitas illata p̄ principa
tū tenentē, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtendit.
Examinemus iſta verba diffinitionis. Dixi q̄ nobilitas eſt quali
tas. hoc eſſe verum apparet, qa poteſt adeſſe, vel abeſſe præter
ſubiecti corruptionē, vt apparet in muliere plebeia, quę nubit
nobili, q̄ ſtatim nobilis efficit, vt ȷ. e. l. mulieres. & l. fęminę. de
Senat. & in his, quibus Imperator concedit dignitatem, vt per
totum hunc librum. Itē ea dignitas quæ adeſt, poteſt abeſſe, vt
in muliere nobili, q̄ nubit plebeio vt hic, vel in eo, qui propter
delictū pdit dignitatem, vt ȷ. cod. l. quoties. & l iudices, & ſic eſt
poſſibile quod in aliqua parte tēporis eſſet quis nobilis, & alia
ignobilis, & eȷ. Et ex his ſequit aliud. Nam cum de diuerſitate
tēporis, vel locorum idem ſit iudicium vt l. vinum. ff. ſi cer pet.
& l. fi. de condi triti. ſequit quod idem homo loco certo ſit no
bilis, & loco certo ignobilis, quod eſt verum Pone Saracenum
nobilem à nobis captum: certè ex quo eſt captus, erit ignobilis
apud nos, qa ſeruus. Idē ſi aliquis de noſtris nobilibus caperet
63 ab eis, & iſtud eſt clarum. Et ex p̄ſtius videamus † in Ciuitate
iſta Peruſij, q̄ ſi aliquis plebeius efficiat miles, hr̄ p nobili. Sed
in ciuitate Florētiæ ēt poſt militiam remanet popularis, & eſt
capteſſum in l. munerum. §. 4. ff. de mun. & hono. & hoc eſt ve-
rū, ſed clarius declarabit. ȷ. Sequit in diffinitione, illata. hoc iō
64 dico, qa † nullus pōt habere dignitatē à ſeipſo ſed oportet q̄ p
alium conferat, & ſua authoritate aſſumens eam, incidit in cri
men falſi, vel in l. Iul. maie in l. 1. §. fi. ad l. Iuliam maie. & ff de
fal. l. 4 an fi. & ex̄, de reg iur. c. 4. lib. 6. Itē ideo dixi, illata, quia di-
gnitas confert in alium ea mera gratia concedentis, non ex ali
qua neceſſitate, quę ſibi imponat rōne alicuius meriti recipiē-
tis, vt in Auth. vt iu. ſine quoquo ſuffra §. itaq;. Fateor tñ, quod
65 † pñt aliquę cauſę præcedere, quę ex congruo impellunt ꝯce-
dentē ad ꝯcedendum, non aūt impellunt ex neceſſitate, & iſtæ
cauſæ poſſunt eſſe triplicis generis. Primo, virtutes, & actus vir
tuoſi, vt ſ. de ſtatu & imagnib. l. vt virtutū. De hoc habemus exē
plū p totū iſtū librū, vbi p actus virtuoſos dant dignitates, vt ff.
66 de orig iur. l. 2. † Sc. Io. vita, ſeu actus virtuoſi, vt d. l. 2. §. poſtea
eum Appius. vbi pp funum qs conſequutus fuit dignitatē, &
officium. Et hoc videmus quotidie apud Pricipes ſæculares, &
eccleſiaſticos, quod pp vita aliquis ipſi Principi effic. t accept⁹,
& ab ipſo nobilitates, & dignitates conſequit. Prędicta quę di-
67 xi, quod † ex mera gratia conceditur dignitas. intelligo in Pri.
cipe, qui non recognoſcit ſuperiorē, aliās ſuperior pōt cogere
inferiorem, vt det dignitatē alicui, & ſic quo ad concedērem
erit debita, quo ad rec pietē erit mera gratia. ſ. de offi quæſt. l. j.
Et de hoc ſunt multi caſus decretaliū. Item quod dixi, quod pp
vita ꝯcedunt dignitates, verum eſt loquendo ciuiliter. Fateor
68 tñ, q̄ † cōcedens p̄ferēs indignum digno, peccat, vt dicit bea-
tus Thom. de Aqui. in 2. 1. q. 63. vbi tractat vtrum acceptio p̄ſo
ſonarum ſit peccatum, Tertio ſunt q̄dā, quæ nō ſunt vitia, nec
69 virtutes, vt † p̄genies, propter quam lex, ſeu Princeps ꝯcedit
dignitatē, vt hac l. & ſ. dictum eſt, & matrimoniū, qa nobilitat̃
mulier pp virum ſine aliqua eius virtute, & in matre, q̄ nobili
tatur propter filium qñq;, vt ff. de Sena. l. j. quod dic. vt ibi. Ex p̄-
70 dictis, ſequit, q̄ † dignitas, ſeu nobilitas cadit qñq; in ignoran-
tē, q̄ patet, quia, vt dictum eſt, nobilitas ꝯſiſtit in acceptione
eius, q dignitatem confert. Vnde ſicut dilectio mea, in qua ac-
cepto Titiū, pōt cadere in eū ignorantem ita & dignitas, vt ap
paret expreſſe in puero nato ex nobili, qa ſtatim eſt nobilis, li-
cet nil intelligat, vt probat̃ in Authen. de defen. ciuitatū. §. ſed
interim, & no. ſ. de iuriſd. om iud l. priuatorum. Ex his ſequit
71 quod † iſta nobilitas nō eſt in voluntate, nec i intellectu, nec ē
actus voluntarius eius, qui nobilis efficitur, quod patet, qa ca-
dit in ignorantē, qui circa id, quod ignorat, nullam habet vo-

luntatē, vt no in l. 2. ſ. de acq. poſ. nec in perſona ſeu corpore,
nec in parte ſeu corpore ſentiendo conſtat, ſed ſolum acceptatione
dignitatem conferentis Determinatur. n. in perſona ei⁹,
qui efficit nobilis, ſicut viſio in re viſa, & dilectio in re dilecta.
Et ſic ante cognitionem illa nulla obuenit noua qualitas in pſo
na nobilitata, ſed dr̄ nobilis reſpectu acceptationis Fateor tñ,
q̄ poſtq̄ ſe ſcit, imprimetur in eum qualitas, quia incedet
vt nobilis, & operabit vt nobilis, & ſimilia. Hoc vr̄ velle gl. in l.
priuatorū. ſ. de iuriſd omn. iud quæ dicit, quod ſtatim hēt di-
gnitatē, ſed non effectū. Nō ergo eſt partum iſta nobilitas, quia
cum homo ſe acceptum cognoſcet, plura audebit. Ex prædictis
72 patet, q̄ † talis nobilitas poteſt alicui in puncto mortis confer-
ri, quod patet, quia poteſt conferri in ignorantem, & conſiſtit
in acceptione alicuius. Simile in legatis, q̄ quæruntur ignorāti
ut l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2. & ſ. qn̄ dies legati cedat. l. fi.
Silr in conditionib. poteſtatiuis, quæ pñt impleri per alium, ut
ff. de ſtatu ho l. Arethuſa. & ſeq de cōd & demon. l. 2. Et ſic patet
73 q̄ in puncto mortis, quis poteſt effici miles; & quod † infans,
vel pupillus, li nihil intelligant pñt effici milites, & coronari.
Et ſimilia probantur de teſt. mil. l. fi. de mun. & hon. nō cōtin.
74 inter pa. & fi. l. fi. §. j. lib. 10. Ex hoc ſequit aliud, q̄ † talis nobilitas
nō eſt virtus. Quod patet, quia virtus cōſiſtit in voluntate, ſeu
habitu mētis, ut ff. de iuſt. & iur. l. iuſtitia. vbi dicit, quod hęc vir
tus, q̄ eſt iuſtitia, eſt conſtans & perpetua volūtas, & ſic uirtus
eſt in habitu uoluntatis, & in rectitudine voluntatis, qđ apud
Theologos, & apud Philoſophos eſt vulgatiſſimum. Et ita intel-
ligo d. l. iuſtitia, & Sanctū Tho. de Aqui. 2. 2. q. 62. vbi quæritur qđ
75 ſit iuſtitia, licet tñ † volūtas non ſit virtus, eſt tamen ſignū uir-
tutis de præſenti, vel ſperatur in futurū, quia credendū eſt prin
cipatum tenentem, qui aliquē ponit i dignitate, hoc facere pp
virtutes, ff. de offi. pfe. præt. l. j. & pp nobilitatem parētum benē
76 ſperat̃ de filiis ut io Auth de admi. offi. Vnde in dubio † in ele
ctionib. & teſtimoniis, & aliis actibus, ut ſi voces eſſent hinc in
de pares præferunt nobiles, ut ff. de pact. l. maiorem. in prin. &
ff. de teſt. l. 1. §. j. & l ob carmen. §. fin. & ibi no. Sequit in diffini-
77 tione, per Principatum tenentem. Hoc dico, † quia ille q tenet
Principatum, poteſt ꝯcedere dignitatē, & nō alius. ff. de appell.
l. ſi cōſtat. ex̄, de elect. c. 2. Item quod dico. Principatum tenen-
tem, intelligo generaliter ſiue ſit ille, q tenet Principatū om-
nium, vt Deus, qui qñq; iſtas dignitates, & nobilitates tempora
les immediatē ꝯſtituit, ut lib. j. & 2. Reg. ſiue de Pricipe vniuer
ſali mūdanorū, ſicut de Principe Romanorum, cui⁹ ſunt om-
nia, ut in l. benè a Zenone. de quad. præſcrip. & l. deprecatio. ff.
ad leg. Rhod. de iact. de quo ſine dubio cōſtat q̄ per ſe, & ſuas
leges, dignitates cōfert, ſiue ſit alius Princeps inferior, ut Rex,
Dux, Marchio, vel magnus Comes, q hēt poteſtatē cōdendi le
78 ges in ſuos. † Et idē intelligo de quolibet populo, qui habet po-
teſtatē cōdendi leges. ff. de mune. & hono. l. j. circa prin. & l. ut
gradatim. §. j. q̄ patet, quia per leges cōceditur nobilitas, ut per
totum hunc lib. ſed ciuitatib. Princeps concedit, quod poſſint
ſibi legē facere, ut ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi. ergo &c. Ex
79 prædictis multa inferunt. Primo, q̄ prędicti † magni Barones,
licet non ſint milites, tamen poſſunt facere milites, quoniam
80 habent poteſtatem legem condendi Sed tamē dubitat, † ſi Rex
vel Baro tranſit per alias partes extra ſuum regnum, utrū poſ-
ſit creare milites, Et vr̄ q̄ non, quia ibi ut priuatus homo hr̄, ff.
de offi. præte. vrbis l. fi. In ꝯrium eſt veritas, qa ea quę ſunt uo-
luntariæ iuriſdōnis, poſſunt extra territorium exerceri, ut l. j. &
81 2. ff. de off. procon. & leg. Ex prædictis ſcdo infertur, q̄ † popul⁹
huius Ciuitatis poteſt facere milites, vel concedere aliam di-
gnitatem. Sed contra hoc uidetur prædicta l. ſi conſtat. de appel.
Solu intelligo ibi ad vocem populariū plebeiorum, qui n ha
bent authoritatem ſine Decurionib. de iure communi: ſecus
82 totus populus feciſſet. Tertio ex prædictis infert, q̄ ſicut Ciui-
tas per ſua ſtatuta, & conſuetudines poteſt derogare iuri cōmu
ni, vt l. de quib. ff. de leg. ita poteſt dignitates, & nobilitates, quæ
à iure communi inducuntur, non acceptare, vt nobilitates. Et
hoc uidemus de facto hic Nam de iure communi omnis, q ē
de numero, conſiliariorū, vel decurionū, eſt nobilis, ut ff. de
decurio. l. ſpurii. in prin. Hęc autē ciuitas Peruſii non admittit,
imo remanent decuriones. ſiue conſiliarii plebeii, Ciuitas Ve
netiarū admittit, & pro hoc ē caſus in l. fi. §. j. ff. de mun. & ho-
no. Quarto infertur ex prędictis, q̄ illa, quę non eſt dignitas de
a iure cōi tñ poteſt eſſe nobilitas[a] per ſtatuta, vel conſuetudines
83 ciuitatum Exemplum. † militia de iure communi non eſt di-
b gnitas, ergo nec nobilitas niſi in militib. vrbis Romę,[b] vt ȷ. de
eque. dig. l. j. & ibi no. tñ quędam ciuitates admiſerunt hāc no
bilitatē, ut in hac ciuitate, licet Florentiæ ꝯ, vt dictū eſt Et ex
hoc patet, quod non omnis militia facit quem nobilem, ſed
quem populus acceptat. Vnde milites curiarū, vel ciuitatū, ut
ſunt

ADDITIONES.

a Menoch. Nobilitas. Ripa l. Centurio nu. 9. in fi. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

b Vrbis Romæ. Adde Pau. de Caſt. in conſ. 218. quod dixi in d. l. j. alleg. in text.

fant iſti hiſtriones, non erunt nobiles, qa non acceptant, vt no
biles. Ita de his, q vocant milites gaudẽtes. Poſſunt ergo p ſtatu
ta fieri de ignobilib. nobiles, & ecõ, & hoc in multis locis ſerua-
84 tur. † Sed circa prędicta dubitatur, quõ miles, q nullã hẽt iuriſdi
ctionẽ põt facere aliũ militem. Rñ. hoc põt facere authoritate
85 cõſuetudi quæ hẽt vim legis, ut ff. de leg. l. de quib. † Sequitur in
diffinitione, qua quis ultra honeſtos plebeios, &c. Hoc iõ dico
qa plebeiorũ quidam dicuntur honeſti, quidam uiles, ut j. e. l.
mulier. & l. capitaliũ. §. fi. ff. de pę. & de arbit. l. j. § pe. & l. Pedius.
ff. de incen. rui. naufra. §. j. licet ergo honeſti ſint magis accepti,
q̃ uiles, nõ tñ pp hoc ſunt nobiles, nec deſinũt eſſe plebei. opor
86 tet ergo q ſint accepti vltra honeſtos plebeios. † Sed hic põt du
bitari, quare in noſtro vulgari nomine plebeiorũ nõ vtimur,
rñdeo fateor. Nã in iſtis ciuitatib. Italię, & ſpãliter Tuſcię, appel
lamus cõe, & populũ, ut cũ dico cõe, cõprehenduntur oẽs no-
biles, & ignobiles. Cũ dico populum, cõprehenduntur plebei, &
87 ignobiles tñ. † Vnde ſi qs practicaret iſtã mãm, hẽret facere ar
ticulũ, & pbare primo de iſto vſu cõi loquẽdi, & intelligendi,
a q qualiter fiat, dixi plene in l. Labeo[a] de ſupel. le. & dicam j. in
fi. Poſtea hẽret facere articulos ad pbãdũ alia, q̃ requirunt ad
nobilitatem, de qb. dicam. Sequitur i diffinitione, accept⁹. hoc
iõ dixi, qa nobilitas cõſiſtit in hoc, q ſuperior facit quẽ ſibi gra
tũ, & acceptũ, vt s̃. dixi. Sed hic inſurgit dubium. Nam in iſtis
ciuitatib. q̃ regunt ad populũ, illi q dñr nobiles, ſunt minus ac
cepti in impoſitione pęnarum, & in multorũ officiorum exhi
bitione, & in pęnis pecuniariis in qb. magis puniunt nobiles,
q̃ ignobiles, & in multorũ officiorũ exhibitione, a qb. excludũ
tur nobiles, & ſic vr̃ q illi nõ põt dici nobiles, cũ nõ ſint magis
accepti, ſed minus, & ſic diffinitio nobilitatis eis nõ cõgruit. Re
88 ſpõ. † q nobilitas ſemp importat acceptionẽ, & bonũ eius ad
quẽ referr. Hoc aũt põt eẽ duob. mod. Vno mõ ſm ſe, vel p mo-
dũ cãæ. Alio mõ ſm aliũ modũ. Primo mõ, qñ ſm ſe plura exẽ
pla ſunt s̃ poſita, qa iõ qs dr̃ nobilis, qa acceptus, & in dignita
te poſitus, & aliis antelatus. Scdo mõ p innocationẽ, vel p mo-
89 dũ cãæ, & tũc pcedit arg. factũ in cõtriũ. † Nam nobiles de iure
cõi plus puniunt pęnis pecuniariis, ut l. q̃dã delicta ff. de pę. s̃.
de epiſc. & cler. l. pſbyteri. Et licet iſtud plus punire, ſit malũ, tñ
cauſat a bono, & ab acceptione facta a delinquente. Nã iõ qa
nobilitas, & dignitas erat ſibi cõceſſa a lege, habuit p maiori de-
licto, ſi ipſe delinquat, & ſic eſt magis ingratus, & eodem mõ
ſtatuta, uel lex hoc facit, ut eorũ audacia cõpeſcat. Nã iſtud pl⁹
puniri reſpũ cãę, denotat bonitatem ad bonũ finẽ, l. in exhibi-
tione beneficiorum Nam a qbuſdã remouent nobiles, Et poſi
to quod iſtud remoueri ſit malũ, tñ cauſat ad bonũ, qa popl⁹
vidẽs eũ multũ acceptũ, dubitat ne ſi pręponeret aliis, opprime
ret populus, & iõ nobilis ab officio remoueret, ſm inſtãtiam.
90 † Et hoc uidemus in Principe, q pp ſalutẽ ſtatus quoſdã remo
uet de vna ciuitate, & ponit in alia. ut s̃. de iu. fiſ. l. certa forma,
& s̃. ne lice. hab. metrop. l. j. ſicut aliqñ pfectus interdicit pp ge
tem alicuius ciuitatis alicui aliquẽ locũ, vt l. 1 §. j. de offi. pręfe.
urb. & cauſa illius põt eſſe, licet remota nobilitas, & acceptatio
illius, qa potens minus acceptatur, & hoc eſt de mẽte Philoſo-
phi. 5. Polit. vbi dicit, quod pp exceſſum, vt qñ quis fuerit potẽ
tiæ maioris, cõſiliũ eſt eum relegare in agro, & alibi in eo. libro,
ſic dẽt legib. ordinari, vt nullus fiat multum excedens potẽtia,
nec amicorũ, neq; diuitiarũ, vel pecuniarũ. Si aũt non ſeque-
ſtratus, faceret ſtrages eorũ. Vides ergo quod per ſe, vel reſpũ
91 cãæ, nobilitas cõe importat bonũ. † Ex prædictis apparet, quod
nobilitas habet in ſe aliqua grauamina annexa, quę per ſe ſunt
92 mala. Ex quo infero mirabilẽ concluſionem. Aliquis † priuat
nobilitate, vel dignitate pp ter ſuum delictũ. Certe quo ad oĩa
b commoda dignitatis, & nobilitatis erit priuatus,[b] ſed oĩa nobi
litatis, & dignitatis onera, quatenus ſeparabilia ſunt retinebit.
q apparet per rõnem, quia pęna non debet eſſe cauſa pręmij,
ut l. ſiue hæreditaria. de negoc geſtis & de hæredib. inſtituẽ. l. ſi
qs ſolidũ, pmiũ aũt eſſet, quod releuaretur ab oneribus, ut eſt
expreſſum. s̃. de infa. l. lib. 10 & ff. de interdi. & relega. l. relegato
93 rũ. §. fi. & l. ſeq. † Sequit in diffinitione, oſtenduntur, &c. Hoc iõ
dixi, quia ſi mille annis quis uiueret plenus omnib. virtutibus.
& Princeps eum ſumme diligeret, tñ plebeius remaneret, do-
nec transferat in eum aliqua dignitas, ſeu nobilitas, per quam
diſtinguat a plebeis, ut patet ex his quę s̃. dixi in illa quõne, vtrũ
nobilitas, & dignitas ſint idem. Sed quero, qualiter fiat iſta oñ-
94 ſio. † Rñdeo, põt fieri verbis expreſſe hoc cõtinentib. & tũc ñ eſt
dubiũ. ut Iſſe, aut ille. § cũ in verbis. de lege. 3. In uerbis tñ põt
eſſe dña. Nã qñ Princeps aliquẽ nobilitat, cõiter ſe refert ad no
bilitatẽ, q̃ hr̃ reſpectu certæ dignitatis, vt j. de præpo. ſac. cubic.
l. cubicularios, & de comiti. cõſiſto. l. j. & idẽ hr̃ in multis rubri-
95 cis, quæ ſequunt poſt illam. Ciuitates † uero per eorum ſtatu-
ta faciũt, ut aliq hẽantur nobiles ſimpliciter, nec adiiciũt qua
nobilitate, & tũc ẽt erũt nobiles, ſed nobilitate infima, q̃ eſt no
bilitas innominata, de qua dixi s̃. in j. q. eſt ẽt ſpecies per ſe, &
96 uerbũ † dẽt referri ad id, cui congruit ſm ſpeciem, ñ ad id cui
communiter, & in genere, ut in l. hoc legatum. de leg. 3. Qñq;
hoc non exprimitur. & tũc dẽt fieri in aliquo actu hoc impor
tante, quaſi de neceſſitate, arg. l. pro hærede. §. Papinia. de acq.
hęr. vt ſi cõcedat alicui aliquod beneficium, quod haberet no-
bilitatẽ, & dignitatẽ annexam, vt ſi cõcedatur alicui Ducatus,
Marchio. vel Comitatus, & ſimilia vt ff. de mu. & hon. l. honor.
97 qs dicat Dux March. c. j. † Sed dubitat, quę ſunt iſta officia quę
habent nobilitatẽ annexam, & dignitatem Rñdeo, de iure cõi
ſunt multa, vt patet p totum iſtum librum, ſed quia iſta officia
non ſunt hodie in vſu, iõ do talem regulam. Illud officium, ſeu
c ille actus[c] hẽt in ſe dignitatem, ſiue nobilitatem annexam, q
in vniuerſitate illa, vbi de hoc agit, habere illã reputatur. Iſtud
probat primo authoritate Inn. in c. de multa. extra, de præben.
Secundo per tex. ff. de muner. & honor. l. ſi. in princ. ibi, q̃uura
quoq; in aliqua ciuitate inter honores nõ habetur. Tertio pro-
bo p rõnẽ. Dignitas, & nobilitas conſiſtit in acceptatione eius,
q põt tribuere dignitatẽ. Aut ergo ille populus, q habet illud of
ficium pro nobilitate, & dignitate habet iuriſdictionem, & tũc
ſine dubio ſufficit, q põt inducere, vt s̃. dictũ eſt. Nec curo quo
modo iſtam ſuam dignitatem declaret verbis, ſeu factis, ff. de le
gi. l. de quibus. in fi. Aut ille populus non hẽt iuriſdictionem, &
tunc requirit voluntas Principis: ſed illa iam declarata eſt, q il
lud ibi hr̃ pro nobilitate, quam vniuerſitas illa hẽt, vt l. fi. ff. de
98 munc. & hon. † Ex iſtis manifeſte apparet, qualiter dẽnt forma-
ri articuli, qñ aliquis vult probare aliquem nobilẽ eſſe. Primo
dẽt probare, quomodo vſus communis loquendi, & commu-
nis modus intelligendi ſic ſe hẽt, & habuit, q appellatione cõ-
munis continent omnes de ciuitate nobiles, & ignobiles, & ap
pellatione populi ſeu popularium, cõtinent omnes de ciuita-
te, nobilibus exceptis. Secundo quod cõis modus loquẽdi, & i
telligendi ſe hẽt, quod ille q eſt Comes, vel de prole Comitum,
ſeu militum, ſit nobilis, & non cõtineatur applõne populariũ.
Tertio, q ille hõ, de quo agitur, puta Titius eſt Comes, vel de
prole Comitum, vel miles de prole militum. & ſimilia: & eodẽ
modo ſi quis vellet probare cõtrium, ſ. quod nõ ſit nobilis, qa for
99 te ius cõe hẽt cõtra ſe, debet facere articulos in cõtrium. † Et aduer-
te, quod vbicunque fit mentio de communi vſu loquẽdi, ſeu
intelligendi, habes intelligere de vſu longi tẽporis, ſ. 10. vel 20.
ann. vt in l. Labeo. de ſup. leg. & ibi dr̃ modus pbãdi, quẽ pul-
chre poſui. Sed ſi quis faceret articulũ ſimplr̃, q talis ſuit, & eſt
reputatus nobilis nõ ſufficeret, quia verbum nobile, eſt æqui-
100 uocũ, vt s̃. in 2. q † Et dictũ teſtis, q deponeret ſuper artic. non
cõcluderet de neceſſitate, vt extra, de proba. in c. in pñtia. Opor
tet ergo q cõcludat, q ſit nobilis ex nobilitate, q̃ facit quẽ dif-
ferre a plebeio ſeu populari. In iure autẽ iſtud nomẽ populariũ
put differt a nobilibus, habet ff. de app. l. ſi conſtat, & de pęnis. l.
a capitaliũ. §. ſolẽt. In quibuſdam tñ partibus prædicti, qui s̃. ſunt
nominati nobiles appellant magnates, vt Florẽtię, alibi appel-
lant maiores, vt Venetiis. vnde ſecundũ diuerſitatem locorũ
diuerſificãda ſunt nomina, & articuli diuerſimodè formandi.
quod eſt iudicio aduocatorum, qui ſunt in partibus, relinquẽ-
101 dum. † Dicas ergo, q verbaliter ille eſt nobilis, q nobilis appel-
102 lat, vel reputat. † Ex prędicta expoſitione diffinitionis quærit,
vſque ad quos deſcendentes tranſeat nobilitas, quæ attribuitur
ex genere. Et glo. hic reſpondet, q vſque ad pronepotes, vt s̃. de
quęſt. l. diuo. quæ hoc probat: nam vltra pronepotem non eſt
acceptus vltra plebeium, vt ibi no. Tu tamen dicas latius: Quã-
doque illud ex quo ſequit nobilitas, trãſit ad poſteriores vt Re
gnum, Ducatus, & Comitatus, & ſimilia: & tũc vſq; ad infini-
tum erit nobilis ille, ad quẽ tranſit, non ex parẽtum pſona, ſed
qa ipſe hẽt id, ex quo eſt nobilis. Quandoque iſtud nõ trãſit, &
tunc de iure communi ex pſona parentum non tranſit vltra
pronepotes, ſed ſecundum conſuetudinem in quibuſdam par
tibus Italiæ, omnes deſcendentes admittuntur; vt habeantur p
nobilioribus, & tunc iſtud eſt pbandum. Quandoq; iſti admit
tuntur limitatiue, vt habeant p nobilibus, donec peruenerint
ad paupertatem, & ad viles artes, & tunc incipiunt eſſe ignobi-
d les,[d] argu. infra eo. l. ne quis, & ita loqt authoritas Philoſophi
ſupra alleg. 5. Polit. vbi dicit nobiles eſſe videntur, quib. aſſiſtũt
progenitorum virtus, & diuitiæ. Nam intelligo, quod politia, q̃
tunc regnabat, admittebat nobilitatẽ ex progenie, donec dura-
bant diuitię. Vnde breuiter ſm q Princeps, vel populus acce-
ptauit,

ADDITIONES.

a Dixi. plene in l. Labeo. poſt prin. ver. & hoc eſt vtile ſcire, vbi etiam poſui in addi.
a ſ. ipſum in ver communi vſu loquendi. Dixi poſt Bal. in l. omnes. nu. 2. verſic.
qualiter autem formari debet articulus, in apoſt. in ver. reddere cauſam ſcientiæ
ſup de ſcrip. poſt Lanfran. in c. quoniam contra. § teſtium depo nu. 10 2. ver. q̃-
ritur vltra prædicta, in verſic. ſignifica extra, de proba poſt Pan. in c. capellanus.
nu. 1 in ver. ſecundum communem vſum. extra, de ſer. & Fel. in proœ Decret. ver.
nn quod ad probandum cõmunem vſum & Tho. Fera. omnino in ſuo tract. cau
telarum. caut. 22. ipſi. tu habes, quod communis op.
b Priuatus. Adde Feli. in c. intelleximus.
c Menoch. Ille actus. Rip reſponſorum lib. 2. c. 26 nu. 8. 5.
d Ignobiles. Feli. in cap. cum adeo. de reſcrip. cum nonnullis remiſſionibus quas in
apoſtilla ibi poſui.

ptauit, ita eſt nobilitas, vt ſupra oſtenſum eſt. & hoc de nobilitate ſufficit.

ADDITIO.

3 nota, ꝙ ſi aliquis vadat corā iudice, & dicit notario actorum,
c ſcribe, ꝙ ego peto à Titio c decē, & ipſum peto mihi ꝯdēnari in eis, ꝙ nō dicit ꝑ hanc literā in ſcriptis libellum offerre, licēt notarius hoc ſcribat, nec videt ꝓcedere ordinario mō, ſed po
d tius ex ordinē ꝙ no. ga tib. poſſet ꝯtingere de facto. d Itē no. ex
4 iſta gl. † ꝙ cum procedit extra ordinē, iudex nō pōt accipere
e ſportulas. e Itē no. ex gl. in verbo ſententia, † ꝙ citatio appellat
5 ſn̄ia interlocutoria. f † Et hoc ēt ꝓbat tex. in prin. huius legis
f ibi, libellos ex ſn̄ia &c. Et hęc ſn̄ia dari pōt parte abſente, vt l. ſed & interpellat. §. 1. ff. de arb. Pro quo facit, ꝙ no. Inn. e. cū de pc. e.
6 auditis. † Itē no. ex hac eadē gl. ꝙ qs pōt citari ꝑ epiſtolā, & ita
7 de ꝯſuetudine obſeruat, cōcor. d. l. ſed & interpellat. † Vltimo nota ex ver. q̄n, ęqualitatē in iudicijs obſeruandā, ꝯcor. l. fi. ſ. de fruc. & li. expen. & l. prouidendū ſupra de poſtul. & infra de
8 re. milit. l. ſi cum ſi hic alleg. in gl. † Et ideo priuilegium vni conceſſum circa præſtationem ſportularum ad alium extendit, vt hic, & eodē modo in dilatione, vt l. petendę. ſ. de in integ. reſt.

ADDITIONES.

a Alex. Sportularū Itē adde alium caſum, puta in oīb. caſib. in qb. agit extraordinarie, vt ſi. hic. Idem vbi iudicis officium imploratur, ſm̄ Bar. in l. 6. ſ. de fruc. & litiū expen. Idem in cauſis ſummarijs, & miſerabilium perſonarum, ſm̄ Bal. in l. generaliter de epiſ. & cler. Idem in paupērib. qui nec ſportulas, nec expenſas ſoluunt, no. gl. in c. in omni de vita, & hon. cle. in c. ſtatutum. §. preſumptus. de reſcrip. in 6. & in Auth. de man. prin. §. ſi quoq; tibi. Idem in clericis conuentis pro bonis eccleſiæ, quia non ſoluunt ſportulas. tex eſt, & ibi no. Barto in l. licet. de epiſ. & cler. Item in c. poſt principium. & ibi, coram delegato, vel arbitro. Adde Bald. tenentem contrarium, quod arbiter non recipit ſportulas in auth. generaliter. § iu. de epiſ. & cler. Idem Barto. in l. ſi de prin. agen. in rebus. Adde l. fin. & ibi Bar ſup. de iud. & Are. idem tenet in § tripli. Inſt. de act. vbi alleg. Spe. in titu. de arbitro. ad ſi ver. ſed nunquid arbiter. Item in ver. ibi maiorem, in ver. ſtatutum dicit, vide per Bal. in l. vnica. §. ne autem. de cad. toll. Facit, quod no. Bal. & Imo. in l. Titiæ textores. in ff. de leg. 1. & Bar. in l. 1. de off. præfecti vrbis, & in l. quoties. §. per contrarium ff. de admi. tuto. Adde Iaſ. in l. ne quicquam in prin. de offic. procon. Bar. in caſtrum ag. in ver. non obſtanti. Are. in d. l. Titiæ. & in l. ꝙ in rerum de leg. 1.

b Alc. Vel ſtatuti. B. l. expreſſe vſ tenere ꝯtrā in l. executorē. de exe. rei iud. De quo vide, quæ dixit Bar. in l. 1. ſup. de offi. præfec. vrb. in l. 1. in prin. de verb. oblig. cōtra Bar. hoc etiam tenet Lud. in l. 1. in §. 1. de noui ope. nunc. Et videtur tenere Imo. in l. Titiæ textores. de leg. 1. & ꝙ tm̄ dixit Bal. in l. 1. §. vbi aūt. de cad. toll. Vide Bal. in l. qui poſthumus. ad ſi & in l. 1. in 3. q. de offic. proconſ. & Ang. in l. ſi vacantia. de bon. vacantib. circa med. & in d. l. Titiæ. & Ang. in l. quod in rerum. §. ſi quis de leg. 1. vide Bar. in conſi. ſuo 45. quod incipit, a do Gyno, vbi loquitur quando ſunt duo ſtatuta punientia de falſitate, vnū generale, & aliud ſpeciale, quid iuris.

c Menoch. Peto à Titio. Corſet ſuo ſing. in ver. libello, incip. aliquis vadit.

d Alc. Libere offerre. Bal. in auth. offeratur in ſi. ſ. de li. cōt. & Ang. in l. 1. in prin. de edē. & ibi Bal. & Pa. de Ca. De hoc etiā per Bal. in auth. offeratur. Et ſic ex hoc apparet, ꝙ etiam hodie oblatio libelli in ſcriptis eſt de ſubſtantia, etiam reo nō petente, qū agitur iudicio ordinario. Vide, ꝙ hī per Doc. in c. 1. de libel. obla. gl. in cle. ſæpe. in ver. neceſſario de ver. ſig. Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc dicendum. in prin. & per legiſtas in d. auth. offeratur per Bal. in l. nec quicquam. § de plano de off. procon. & leg. Et cōis concluſio eſt, ꝙ ſi reus non petat offerri, ſufficiat qualiſqu. ſit petitio apud acta per notarium poſt. Adde tex. in c. præterea. de dila. Sed quid in criminalib. an requiratur libellus. gl. vſ tenuiſſe, ꝙ non, in l. ſi quis ſe. ſ. de accuſ. quæ dixit, ꝙ quis poteſt verbotenus accuſare, & ibi etiam loquitur Bal. dicens, ꝙ non eſt neceſſe offerre libellum in ſcriptis, ſed vide ibi latius per Sal. qui tenuit, ꝙ imo requiratur libellus. Pro quo eſt gl. in §. ſcimus. in Auth. de exhib. rei. præterquam in leuibus l. leuia. de accuſ. Nec ob. d. l. ſi quis ſe quia ibi procedebatur ad querelam, quo caſu non requiritur libellus dari in ſcriptis, c. quia præſulatus. 3. q. 4. Caſus autem vbi hodie libellus non requiritur in ſcriptis offerri, vide per Spec. in d. §. nunc dicendum. in prin. & per Doc. in c. 2. de libel. obla. Quid in exceptione rei, an ſit in ſcriptis danda, cum dicatur, rei libellus. vide Bar. tenetem, ꝙ ſic, in l. 1. de excep. Quid quando imploratur iudicis officium, an debeat dari libellus. vide Bar. in l. de ſubmerſis. & cum Barto. tranſit Ro. in l. 1. de arb.

e Alex. Accipere ſportulas. Et de hoc dic, vt no. per Bal. in l. generaliter. ſ. de epiſc. & cle. quod in cauſis ſummarijs non ſoluuntur ſportulæ. Et ad hoc adde Bal. in l. fi. ſ. de fruct. & li. expen.

f Interlocutoria. Adde quod citatio hēt duo extrema ſ. interlocutoriam de citando & commiſſionem. & per ipſam citationem 2 actum nuncij, & relationē, Bar. in l. 1. §. nunciatio. ver. quartū Iac. de Are. ff. de ope no. nunc. & Io. And. in c. Ro. de fo. compe. & Fel. in c. gratum. de off. de leg. Old. in conſi. 98.

L E X XIII.

1 *Statutum reducens officiales ad minorem numerum, non præiudicat electis tempore conditi ſtatuti.*
2 *Capitaneus poteſt ſimul, & ſemel, aliquem deputare ad officium iudicis maleficiorum, & ad officium notariatus.*
3 *Quis ad duo officia penitus diuerſa deputari non poteſt.*
Iudex, qui ſcripſit omnia acta coram ſe facta, ex ipſis pronunciare poteſt, & ſententia valet.
4 *Subrogatus loco alterius, ſuccedit in ordinem ſubrogati.*

Comperimus. Hic ponit quomodo adiutores ſcriniorū, q appellant adiutores quæſtoris, ex iuris diſpoſitione nō poterāt eſſe niſi xij. in ſcrinio ſacræ memoriæ, hoc eſt in ſcrinio regiſtri, in ſcrinijs verò ſacrarum epiſtolarum, & libellorū contentionalīū, q̄ ſunt ſcrinia inferiora, ſolum 7. coadiutores ſcrinorū dictorū eſſe poterant. Poſtea ꝑpter importunitatē quorundā, iāis numerus diſturbatus fuit & multi ſuperadditi fuerunt. Et iō ſtatuit Impator, ꝙ non faciēdo ꝑiudiciū illis, q nunc ſunt, ꝙ nulli alij poſſint eligi in hoc numero coadiutorū durante numero. ſ. dicto, q ꝑ legem ſtatutus fuerat. Scdo dicit, ꝙ ſi aliqs de dictis coadiutoribus ad latrunculenſe officiū fuerit vocatus, aut ēt fuerit dimiſſus in numero ſcriniariorū, cū primo eſſet coadiutor, ꝙ pōt in locū ſui alium ſubrogare, dū tn̄ libellum offerat vni viro illuſtri ſignificando perſonā illius, quē ſubrogari vult & tempus & dictus ſubrogandus ordinari dēt ꝓ tanto tempore, pro quāto libellus fuit porrectus illuſtri. Tertio dt, ꝙ adiutor, q ai. ū ſubrogari in ſuū locū petit, ſi erat prior in ordine adiutor, ſimiliter ſubrogatus erit prior, licēt ille ſubrogatus fuerit de numero memorabiliū inferioris ordinis. Quarto dicit, ꝙ hoc in alijs officijs obſeruat. hoc dicit vſq; ad finē. In textu ibi, mō et exami
1 neni. Nota ex hac litera † ꝙ ſi ꝑ formā alicuius ſtatuti numer⁹ a
a officialiū reducit ad minorē numerū, puta cū eſſent decē, reducit ad numerū quinque, ꝙ talis reductio nullū generat ꝑiudiciū in illis officialibus, q erāt electi tēpore reductionis præiudicabit ergo tātū nouę electioni officiorū. In tex. q prior in adiutoribus. Nota hic, ꝓ ille, qui erat ſcriniarius, ſi fuit electus coadiutor ſcrinariorū, pōt ambobus iſtis officijs fungi. Et ſic eſt
2 optimū ar. † ꝙ capitaneus poſſit ſimul, & ſemel, deputare aliū ad officiū iudicis maleficiorū, & ad officiū notariatus. Nec ob. ꝙ qs nō pōt fungi duplici officio, vt ſ. eo. l. hac parte. quia hoc hoc eſt verū, cū officia ſint penitus diuerſa: ſecus qn̄ officia n̄ erāt diuerſa, ſed circa idē tendebant. Pro quo vide ꝙ dixi. ſ. de ſacroſ.

ADDITIO.

a Menoch. Numerus. Corſet. ſuo ſing. in ver. ſtatutum in c. ſi per formam.

ſacroſ. eccl. l. iubemus. § ſanè. & hoc fuit hic de mẽte glo. ſuper
4 ver. meruit Et ſic facit, q̃ † ſi iudex, qui erat tabellio ſcripſit om
a nia acta coram ſe facta, q̃ ex ipſis pronũciare poteſt, & ſentẽtia
lata valet, nec impeditur hic fungi duplici officio, qa circa idẽ
tendunt. Pro quo facit inſ. qui mi. nõ poſ. l. his quidẽ, & ext. de
5 conſue c. a. de præb. c. cum ſingula. li. 6. † Vlt. no. q̃ ſubrogatus
in locum alterius ſuccedit in ordinem, quem tenebat ille, in
cuius locum ſubrogatio facta eſt.

ADDITIONES.

a Iudex, qui erat tabellio. Vide gl. & Sal. in l. iubemus, §. his quoque, ſup. de ſacroſ. Eccl. Alb. de Roſ. in l. & ſi cum, ff. de euict.
Alex. Vide quę dixi ſup. de iu. fiſ. l. 2. iuxta n. Adde ēt quod no. Bar. in l. iubemus §. ſane, el 2. de ſacroſ. eccl. in uer. venio ad tertiam partem, quod no. Bar. in l. ex ſententia de teſt. tut. vbi dicit, an Notarius poſſit eſſe rogatus de cõmiſſione ſibi facta a iudice, & adde, quæ dixit Bar. in ſua diſputatione, iudex maleficiorum. Sed an quando poteſt eſſe iudex, & notarius, debeat habere ſalarium duplicatum. vide Io. ... de Caſt. in l. qui duob. de cond. & dem. & ibi uide Bal. dicentem de collaterali exercente ſuum officium, & officium alterius, an debeat habere ſalarium duplicatũ, & Bal. in 1. cõſt. ſup. in §. adeoq; & vide quod no. Ang. de duob. officiis iunctis, an debeant unũ ſalariũ, in Auth. ut determi. ſit nu. cle. & in Auth. ut iud. ſine quo. ſuff. an quis poſſit officium plurium fungi, vide Iac. de Bel. in d. §. adeoque, per Bar. in l. 2. de ſtip. ſeruorum. & in l. fi. de collegiis illic. ver. quæro, an quis poſſit in duob. vbi ponit, an quis poſſit eſſe de diuerſis collegiis, de quo ſup. de colleg. cath. li. 11. & de materia in c. quia pp de elec. per Inn. & Bal. in auth. nũ breuiores, ſup. de ſin. Bal. poſt Iac. de Are. in d. l. qui duob. p illũ tex. & in l. unos, ſup. de aduo. diuer. iu. & in l. ſi ad ſcribatum, ſup. de appel. & Ioan. And. in c. cum olim de re iu. & tex. in l. duorum de ope. pub. An gerens officium alterius, uel ſubrogatus gaudeat eiſdẽ priuilegiis, quib. ille, qui eũ ſubrogauit, & quã poteſtatẽ habeat, vide Bar. in l. ſi filius, ff. de leg. in l. 1. §. hi quib. de leg. 3.

LEX XIIII.

1 *Qui agit contra aliquem ſine ſcriptis ſatis eſt ſi nullo uerbo exprimat nomen ſuum.*
2 *Miles licentiatus a ciuitate Peruſii, ut iret in Alemaniam, debet habere ſtipendium pro tempore, quo ſtetit abſens cum licentia.*
3 *Clericus, qui de licentia Papæ ſtetit abſens, debet habere præbendam pro tempore abſentiæ.*

Hac lege. Adiutores cũ cõueniuntur ſine ſcriptis, eorũ
nomẽ voce ſola ſufficiat demõſtrari, aliàs in
ſcriptis iam in actis. q̃ in ſnĩa demonſtrãdum eſt. Itẽ ſi adiuto-
res p̃meatu accepto ſe abſentauerint, durante abſentię tpe in-
tegrũ dẽnt hr̃e ſalariũ, ſicut ſi præſentes eſſent Itẽ nullus ĩ locũ
vacãtis coadiutoris dẽt inſtitui, quouſq; plenus eſt numerus p
1 l. ſtatutus, h. d. Itẽ ibi, deſignatũ. † Not. cũ agitur ꝯ aliquem ſine
ſcriptis, nudo verbo, nomẽ eius ſufficit deſignari, aliàs in ſcri-
ptis deſignandũ eſt, p quo facit l. libellorũ. de accuſ. & inſcrip.
2 In tex. ibi, aut emolumẽtorũ. † No. q̃ ſi ciuitas Peruſij cõceſſit
alicui ſuo ſtipẽdiario licẽtiã, vt iret in Alemaniã, vel vt iret ad
bellandum, & ſtaret abſens certo tempore, quod toto illo tpe
dẽt habere ſtipendium, ſicut ſi principaliter ſeruiret, & comodo
a do ſi ꝯcederet licentia Poteſtati, vel Capitaneo, vt hic. a Et hoc
3 inducit gl. in arg. ad queſtionẽ † de clerico, qui toto tpe abſentię
debet habere præbendam, ſi fuit abſens de licentia Papæ.

ADDITIO

a Alex. Vt hic, Adde Bal. in l. ſi ea de cond. inter. & gl. in l. deſertorum, § ſi ad idem, ff. de re mil. Ro. in litera S. no. 30. Alex.

LEX XV.

1 *Statutum, q̃ priores non poſſint per nullum caſum fortuitum mutari, nõ poterit etiam eorum numerus augeri.*

Certè. Primo facit mentionẽ de lege circa adiutores. Sta
tuta q̃ diſponebãt, q̃ nullus de numero adiutorũ,
qui nũc ſunt, diminui debeat, licèt ſint vltra numerũ, vt ſ. eo.
l. ꝯperimus. nec eſſet alius ſubrogandus, niſi adiutor ſubroga
ri petens ad latrunculenſe officiũ, vel ad locum ſecundorum
ſcriniariorũ cõuolarit. Secundo dicit, q̃ ſubrogatus tenebit lo
cũ vltimi adiutoris ſi adiutor cui fuit ſubrogatus, erat ſimili-
ter vltimus, nõ obſtãte, q̃ talis ſubrogatus erat de primo nume
ro ſcriniariorũ. Tertio facit mẽtionẽ de quadã pragmatica ſan
ctione, p quã erat prouiſum, vt nõ ſolũ in caſib. p̃dictis, vbi ad-
iutor vocabat ad latrũculẽſe officiũ, vel ad officiũ ſecundorũ
ſcriniariorũ, ſed ẽt vbi per caſum fortuitũ impediebatᷣ ſeruire
in ſui locũ poterat ſubrogate aliũ. Quarto corrigit hanc prag-
maticã ſãctionẽ ſtatuens, qđ in p̃dictis duob caſib. tm̃ adiutor
poſſit petere aliũ in ſuo loco ſubrogari. Quinto mãdat, qđ 12.
adiutores ſint in ſcrinio ſacræ memorię. i. regiſtri, ſeptẽ vero ĩ
aliis duob. ſcriniis libellorũ, & epiſtolarum. Vlt. q̃ nullus vltra
numerũ poſſit addi, ꝯfirmando certa capitula, h. d. vſq; in fi. In
1 tex. ibi, circa fi. ibi, ſi mutatione, eſt optimũ arg. q̃ † ſi ſtatutũ di
a cit, q̃ p nullũ caſũ fortuitũ poſſint priores a mutari, q̃ vigore e-
iuſdẽ ſtatuti ĩtelligitᷣ p̃hibirũ ne poſſit numerꝰ priorũ augeri,
nã ex quo p̃hibita eſt mutatio, multo magis p̃hibita ẽ additio.

ADDITIO.

a Menoch. Priores. Dec. l. edita, num. 51. C. de eden.

De agentibus in rebus, *Rub.*

1 *Agentes in rebus, qui ſint.*
2 *Qui præpoſiti agentium, & qui principes agentium. nu. 3.*

1 Ad euidentiam prẽm tte. q̃ † agẽtes in reb. ſunt illi, de quib.
2 ſit mentio per gl. ĩ. de curioſis, l. 4. † Præpoſiti agẽtiũ, de quib.
3 ſit mentio, ĩ. tit. proxi. ſunt illi, q̃ præſunt dictis agẽtib. & † Prin
cipes agentium, de quib. ſit mentio, ĩ. tit. 2. ſunt illi, qui palmã
laborum emeriti per lapſum 25. ann. per Principẽ poſtea quæ
ſi traditi ſunt, ut inf. tit. a. l. 1. & 4.

LEX PRIMA.

Nvllus. Nullus de numero agẽtiũ in reb. in loco
mortui per pecuniã poteſt inuadere, ſed
in locũ eius debet ille ſuccedere, qui in gradu poſt
eum erat proximus, & dignus labore. h. d.

LEX II.

Nulli. Agens in reb. deponendus, vel eximendus de libro
agentium nõ eſt per aliquem iudicem, ad cuius offi
cium non ſpectat congnitio contra eundem. h. d.

LEX III.

1 *Succeſſor officialis mortui, quod debeat habere ſalarium totius temporis.*
2 *Subrogari, quòd non debeat alius loco officialis defuncti, donec hæres officialis mortui habet ſalarium.*
3 *Matricula regiſtri officialium probat aliquem eſſe officialem, ſi ibidem ſcriptus reperitur.*
4 *Officialis non ſcriptus in libro officialium, non debet habere ſalarium, nec utitur priuilegijs officialium.*

Matriculam. Matricula agẽtium in reb. non dẽt eſſe,
niſi 48. quorũ quilibet præeſt ducentis.
Circuitores debent eſſe trecẽti, & equites quadringẽti quinqua
ginta. Itẽ ſi quis de numero ducẽtorũ deceſſerit, hæres eius ex
teſtamento, vel ab inteſtato totũ ſalarium percipit, & per hoc
nullus alius in locũ eius ſubrogandus eſt per illud tempus, quo
defuncti offĩ durare dẽt, ne duob. ſalariis Reſpublica fatigetᷣ.
Itẽ nullus, qui nõ eſt ſcriptus in matricula predictorũ regiſtra
ta i. memurialib. Principis, ſalariũ, vel præmiũ hẽbit. h. d. In tex.
1 ibi, eius fructuũ ſucceſſores No. q̃ † officiali decedẽte, ſucceſ-
ſor eius dẽt habere ſalariũ totius tẽporis, vt hic, & ſ. de dome. l.
2 fi. In tex. ibi, qua cauſa. No. diligẽter. q̃ vbicunq; † hęres officia
lis mortui dẽt hr̃e ſalariũ totius tẽporis, nunquã in locũ officia
lis mortui dẽt alius ſubrogari, ne Reſpublica duob. ſalariis fati
getur. In tex. ibi, diuali probatoria No. iſtũ tex. per quem patet,
3 quod † ad probandũ quem eſſe officialem cõis, probatur p ma
triculã regiſtri, ĩ qua regiſtrata ſunt omnia nomina officialiũ.
4 Secũdo no. hic caſum expreſſum, q̃ † ſi officialis nõ reperitur
in originali regiſtro, vbi regiſtrãtur omnia nomina officialiũ,
quod non debet habere ſalariũ, nec potitur priuilegio. Tex. eſt
expreſſus in contrariũ in l. ſcriniarios. ſ. de teſta. mil. vbi patet,
quod notarius militũ licet ſit in matricula, non tamen ex hoc
dicit miles, & idẽ voluit Io. And. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. ver.
& ſcias. vbi dixit, quod quis nõ probatur tabellio eo ipſo, quod
a ſit deſcriptus in matricula a notariorum.

ADDITIO.

a Ale. Matricula Et id dicit Bal. in l. ſi cũ dies, §. ſi arbiter, ff. de arb. nec ſcholaris, qui nõ intrat, quãuis ſit in matricula, niſi ſit p̃feſſus, qui ſtudet in camera, nõ gaudet priuilegio ſcholaris. Fateor tñ, qđ matricula conſtituit eũ in quaſi poſſeſſione, & facit p̃ſumptionem, qđ ſit de tali arte, & officio, q̃ reiicit onus probandi in aduerſarium, arg. l. circa de prob. & ita dixit Bald. in d. l. ſcriniarios & qđ in dubio præſumatur pro matricula, eſt tex. & no. Bar. in l. pe. ſup. de aduo. diuer. iud. & ibi Bald. & Sal. in l. 3. de ſene. ti generali. Facit l. eos. de oſ. magiſt. mil. & idem Bal. in l. Barbarius per l. ex eo. de teſta. mil. faciũt no. per eũ. in l. nõ ignorat. ſup. de accu. Ro. in l. illa de uerb. ob. Et iura in contrarium allegata dicunt, q̃ matricula non facit aliquem notarium, ſed bene facit præſumi, vt prædixi per prædicta arg. eius, quod dr. de confeſſione extraiudiciali, q̃ non inducit obligationẽ, ſed probationem, ut in l. Publica, ff. depo. Vide ad prædicta do. Ant. in tit. de inſtru. ubi diſtinguit, an ſiat matricula de his, qui fuerunt facti notarii, an de his, qui fiunt, ut primo caſu præſumatur notarius, ſecundo probet eum notariũ, & quanto tpe perdatur ius matriculæ, tu uide in d. l. ex eo. & in auth. habita. per Bal. in tex. in l. ſi de aduo. diuer. iud. & Bar. in l. per hanc. eo. tit. de quo per Ang. in conſ. vniuerſitatis noſtræ ſtatutum ubi dicit, q̃ ſcholaris abſentia facit perdere ius matriculæ. ſup. de primice & i. o. l. 3. de domeſt. protect. Si tñ redit & uelit matriculari, non debet iterũ ſoluere alleg. l. pe. ſup. de cõſul. & idem Bal. & Pau. de Caſt. in l. filio quẽ pater, ff. de lib. & poſth. & uide ẽt q̃ in materia no. Bart. in l. naturalium, §. ipſum, de acq. re. do. Item adde, q̃ ſi quis tranſiit ſuit cancellatus de matricula, an perdat priuilegiũ? Vide per Bal. in d. l. ſcriniarios. & Io. And. in loco præalleg. Item, q̃ ſi quis cancellatus de matricula, quia uult tranſire ad aliũ ordinem ſcholarium, ſeu de uno capitaneo ad alium, an iterum gaudeat priuilegio militũ, ſcholariorũ, dicas q̃ ſic, per tex. in l. 1. in fi. de bon. poſſ. ex teſta. mil. Sed ille, qui non eſt deſcriptus in matricula, non gaudet priuilegio, ut in l. ex eo. & no. in d. l. eos. * D. Alc. tract. præſump. reg. 3. præſump. 17. Menoch.

LEX IIII.

1 *Statutum, quod ſcholaris non poſſit vexari, niſi coram Rectore, intelligitur tam ciuiliter, quam criminaliter.*
2 *Item donec degit in illa ciuitate ratione ſtudij.*

Ex eo. Nullus de numero cẽtenariorũ, vel ducẽtenariorũ
in reb. agẽtiũ, morã ꝯhẽs in ciuitate Cõſtãtinopolitana
tana ꝯuenitᷣ p̃t corã alio, q̃ corã offõrũ magiſtro ĩ cã ciuili, vel
criminali,

criminali, quo priuilegio non vtitur, ſi extra illam ciuitatē de-
1 gat, vel depoſito officio h.d. † No. ex principio huius l. ꝙ ſi ſtatu
tū ſimplr dicit, ꝙ ſcholaris non poſſit pulſari corā alio iudice
quàm corā Rectore, intelligitur nō ſolū in cā ciuili, ſed etiam
a in criminali. a Nam ſi pro ciuili non poteſt corā alio, multò for
tius pro criminali. Vlt. not. ex ſi. quod ſi ſtatutū dicit ꝙ ſchola-
2 ris nō pulſetᷓ coram alio, quàm corā Rectore, intelligitur † do-
nec eſt in illa ciuitate, in qua degit ratione ſtudij. Sed ſi extra ci
uitatē degat, poterit corā iudice ordinario ꝯueniri ꝑ hāc literā.

ADDITIO.

a In cauſa criminali. Adde iſtum & poſt eum Iac. Rebuf in l. ſi vacantia. & ibi Ang. ver. ex his apparet. ſupra de bon. vac. lib. 10. dixi poſt Coll. cap. quod clericus nu. 3. extra, de foro compet.

De præpoſitis agentium in rebus, Rub.

LEX PRIMA.

1 *Qui aſſumit duo officia, cum non poſſit habere niſi vnum, pro primo tantum debet habere ſalarium.*
2 *Duo officia quis habere non poteſt.*
3 *Seruire per ſubſtitutum quando quis poſſit.*
4 *Seruire, qui vult per ſubſtitutum, debet ſeruire per homines eiuſdem conditionis, cuius eſt ipſe.*

AGentes. Præpoſiti agentium in reb. ſunt ꝑ ordinē faciendi de anno in annū, ad qd officiū negotiatores, & ꝓcuratores alienarū poſſeſſionum non poſſunt aſſumi, ſed illi ſolū quos labo
ris, vt ſufficiētes probat teſtimoniū literꝰ Primicerij, & Tertio
cerij ſcriniariorū ad hoc aſſumendi nō ſunt, qa duob officijs
deſeruire nō pñt, & ſi tale officiū ſuſceperint nō poſſunt habe
re Primiceriatus ſalariū, & ſi tale officium morbo, ætate, vel ī-
peritia, vel alia cauſa adimplere non poteſt, poteſt ſeruire ꝑ ſub
ſtitutū eiuſdē ſcrinij ſchartulariū moribus optimus ꝓdiſi, ſciē-
tia, & peritia eruditum, & ſuo periculo, ſi tamen ſeruire volens
multos ob Rempub. ſuſtinuit labores. h.d. In tex. ibi, ꝑter emo-
1 lumenta. No. ꝙ † qñ quis aſſumit duo officia, & non pt habere
niſi vnum non poteſt habere ſalarium, niſi primi officij tantū.
2 Secundo no. ex hoc tex. quod † duo officia quis ſimul ſubire
nō pt, vt hic, & ſ. tit. a. l. hac parte. & ff. de adop. l. ſi ꝯſul. & hoc ē
verum quando ſunt incompatibilia, vel vtriq; quis deſeruire
nō pt, ſecus ſi adinuicē ſe compatiantur, vel deſeruire poteſt
a vtriq;, vt dixi ſ. tit. e. l. comperimus. a In tex. ibi, per ſubſtitutū.
3 † No. quē deſeruire per ſubſtitutum, quod eſt verū, niſi ad of-
b ficium requiratur induſtria perſonæ. b Concor. de epiſ. & cler.
l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinē. de admi. tut. l. decreto. ff. de mu-
nicip. l. quid ergo. ſ. de peri. nomi. l. ſi. cum ſi. hic alleg. in gl. Qđ
eſt verum, qñ volens per ſubſtitutum ſeruire multum in alijs
4 laborauit per hanc literam, quod no. Item no. quod † volēs ſer
uire ꝑ ſubſtitutum, ſꝑ debet ſeruire per hominē eiuſdem cōdi
tionis, vt hic, dum dicit, chartularium eiuſdē ſcrinij, & c. Si er-
go Doctor vult ſeruire per ſubſtitutū dēt ſeruire per Doctorē,
nō ꝑ ſcholarē, licet ſufficiētē. Item ſi miles, vult ſeruire ꝑ ſub-
ſtitutum debet ſeruire per alium militem, non per domicellū,
& ſemper ſubſtitutus debet eſſe morib præditus, & ſciētia, &
peritia eruditus Doctor qui vult ſeruire per ſubſtitutū, dēt ſer
uire per Doctorem morib. & ſciētia idoneum, non autem per
c ſcholarem quantumcunque ſufficientem.

ADDITIONES.

Pro ſaluande Bar in hac l. 1. vide concordantiam poſitam ad l. iubemus. infra de erō milana.

a Alex. De hac q. dixi ſup. adde Pet. de Anch in rub. extra, de off. dele. vbi quæritur verum deputatus ad vnū officiū pro certo tēpore, intra illud poſſit ad aliud eligi, & cōcludunt in effectu, quod non, poſito quod ſtatutum diceret, quod electus ad certum officiū ad certum tempus intra illud eligi non poſſit ad aliud, quod referunt ſcribentes in l. 4. in prīpe de iur. omn. iud. quod intellige verum, ſi eligitur ad aliud officium incompaſſibile, vt hic videtur ſentire Bar. ſecus ſi eſſet tale officium, quod aliud non impediret, vt puta, quia electus eſſet ad ſcribendum per ſcripturam, non videtur impediri aliud officium exercere. ita no. Ro. in no. 385. in l. duorum. de o per libe. facit c. ſuſcepimus. de hære.

b Perſonæ. Adde Felin c. ſi. de off. dele. & an & quando videatur electa induſtria perſonæ, vide per eum in c. licet ex quadam ver. & ratio prædictorum eſt. de teſtam. & vnquam vbi eſt electa induſtria perſonæ, quis per filium ſeruire poſſit, vide per eum in c. afferte. de præſump. Brun. conſi. 57 nu. 6 Menoch

c Alex. Per ſubſtitutū. Sed q. d. i. m. ſi eſt, q. vult ſe abſentare. & dic ſꝑ idē Ang. ī Auth. adminiſtr. per gl. vbi voluit Bald. in l. parabolani. de epiſ. & cler dixit, quod debet eſſe talis ſubſtitutus, qui ad illud officium poſſit eligi. Et ſecundum eum poteſtas ciuitatis non poteſt eligere ciuem in ſubſtitutum, vel locum tenentem, quia ciuis non poſſet eſſe poteſtas ex forma ſtatuti, facit no. per Bar. in l. nemo eſt. de duob. reis, & per Ba. d. in l. 1. §. ne autem de cad. toll. Sed imo videtur dicendum, quod non poſſit ſeruire per ſubſtitutum, eo quia videtur electa induſtria perſonæ, per Bald in c. 2. §. militum in colum. 10. epiſcopum, vel abba. vbi dixit quod vbi aliquid debet fieri pꝰn ſemper videtur electa induſtria perſonæ, nec poteſt ſerui e per ſubſtitutum, facit tex. 7. q. 3. c. in criminali. vbi dicitur, quod quando diceretur, quod actus fieret per manus proprias vel per ſe nō poteſt fieri per ſubſtitutum d. §. ne autem verſ. in omnibus gl. eſt ſing. in cle. 1. de vi. & honeſt. cler quam alleg. do. Car. in cle. 1. de iureiur. facit quod no. Bal in c. 1. §. furtum. de pace iuram. firm. & Dominicus in c. ſi quis viduam in eo. tit. Et ideo Bart in l. per hac. de ero. mili. ann. dicit, quod ſi dicatur, quod annona manu propria capiatur per ſtipendiarios, non poteſt quis capere ſtipēdium ſuū per ſubſtitutum, benefacit tex. in l. probatorias ibi, manu principis. ſup. de diuer. offic. & ibi Bar. etiam de eo, qui alienauit cauſa mutandi iudicij in potentiorem, non ratione officij, quia tunc tantum per ſe litigare, poterit non autē ꝑ ſubſtitutū tex. eſt i l. ſi miles. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. Sed hic in omnib. reſponde, quod per alia verba loquuntur, quam in caſu, de quo hic per Bar. vel poteſt clara dari reſponſio prout apparet ex verbis Bald. in d. l. parabolani. Et in materia etiā adde, quod no. Bar. ſ. l. 3. de re cōſtē. in publ. hor. & bon. ter. & ibi Bar. in l. ſi nullus, ſup. de decur. & in l. neminem eo tit. & in d. c. exiſpandæ. in §. q. a vero. in ver. & faciunt illa, & c. Et adde, ꝙ in caſibus, in quibus dicitur propter electionē induſtriæ ꝑſonæ actum nō poſſe fieri per ſubſtitutū, videtur ꝓcedere niſi ſuperueniat aliqua dignitas principalis, quia tunc poſſet per ſubſtitutū. caſus in l. quiſquis de epiſc. & cler. & dicit ibi Bal. poſt Iac. But. ꝙ ſi ſcriptor, qui promiſit ſcribere librū, & cuius induſtria electa, efficiatur rector ſtudij, ꝙ poterit ſcribere per ſubſtitutū. Et adde, quod vbicunq; promitto per me, & hæredē meū aliquid facere, puta domū ædificare, poſſum facere per ſubſtitutum, quia appoſitio hæredis, facit ne videatur electa induſtria ꝑſonæ. Bald. poſt Cy. in l. quiſquis. præalleg. cum induſtria ad hæredem nō tranſeat, vt eſt tex. no. in l. cui bonis. de cur. fur. & ibi glo. ꝙ no. de quo dicto facit ſeſtum Pet. de Anch in c. ſi à ſubdelegato. de off. deleg. in 6. Quid autem ſi cōmittitur aliquid conſcientiæ alicuius, an poſſit fieri per ſubſtitutum. gl. eſt ſing. in l. ſi quis. de arb. quæ dicit, quod nō. Bal. in l. & in epiſtola ſup. de fideicom. Et adde quod ī omnibus caſib. in quibus eſt electa induſtria perſonæ, non pōt actus fieri per ſubſtitutū intelligitur, niſi actū faceret ꝑ ſibi ſimilem æque idoneū, vt in no. 85 in litera L. Ro. & an vaſallus poſſit ſeruire per ſubſtitutū, vbi alias nō poſſet. Arch. quod ſic. c. epiſcopus. 88 diſt. & in c. generaliter. 16. q. 1. & refert, & ſequitur Ang. in l. omnium. de vſufr. per glo. ibi faciunt no. per Cy. in l. ad ſimilitudinem. de epiſc. & cler. & vide per Bar. in materia de naucularijs, & ibi aliquid dixi.

LEX II.

1 *Fideiuſſorem non dicitur dare, qui dat in fideiuſſorem priuilegiatum.*
2 *Priuilegiū, quod de nouo inducitur, nō tollit alia priuilegia petētī indulta.*

Hac ſaluberrima. Agentes in reb. & eorū vxores ſerui, & liberti in modū ſportu
larum ſoluendo, ſiue agant, ſiue cōueniantur, illud priuilegiū
ſortiuntur, quod ſcriniarij, de quib. dictum eſt ſ. tit. 2. l. 1 ſacris.
nec cogitur conuentus dare fideiuſſorem extraneū de iudicio
ſiſti, ſolū de numero in reb. agentiū, & per hoc priuilegiū non
1 tolluntur alia priuilegia eis conceſſa h.d. † Et not. ꝙ licet nō vi-
deatur dare fideiuſſorem, qui dat fideiuſſorē priuilegiatū, vt l.
de die. §. qui mulierem. ff. qui ſatiſ. cog. & l. 1. ff. ſi quis i ius voc.
non ier. tamen fallit in agentib. in reb. qui dare poterūt priuile-
giatum. ſ. vnū de numero ſuo. Vlt. no. ex ver. cū per abſurdū.
2 caſum expreſſum, quod† nunquā per conceſſionē noui priui-
legij intelliguntur tolli alia priuilegia eidem indulta, quoniam
non debent operari diminutionē indꝰcta ad augmētū. Quali-
ter autem ſoluantur ſportulæ, habes ſup. tit. 2. l. in ſacris.

De principibus agentium in rebus. Rub.

LEX PRIMA.

AGentes. Finito labore agentiū in rebus, agens princeps agentium eſt creandus. nec poteſt ad aliquas publicas, vel priuatas functiones vocari niſi de Principis ſciētia. nec vexari poteſt corā alio iudice niſi corā Principe: nec patronus cauſarū poteſt ignorante Principe contra eum aliquid poſtulare, & contrafacientes pœna x. librarum auri puniuntur. h.d. iſta lex.

LEX II.

Omnia. Omnes agentes in reb. ſunt coram Principe cōueniendi, et ſi ſenatoria dignitate præfulgeant actus verò qui ſunt ſoliti expediri per cœtum ſenatus, expediētur per ipſum, aliquo reſcripto ſubreptitio non obſtante. h.d.

LEX III.

Proconſularis. Princeps agētium in rebus, decoratur dignitate proconſulari. h.d.

LEX IIII.

1 *Qui valetudine corporis officium implere non potuit, vtitur priuilegio illius officij, ac ſi officium impleuiſſet.*
2 *Officiū decurionū non poteſt continuari, ſed domeſticorū decurionum ſic.*

a Ex agentib. a Principes agētiū in reb. poſſunt habere domeſticos, quorum induſtriam, & fidē
putant eſſe comprobatā, licèt illi domeſtici eodē officio ſæpe
functi fuerint, & ſi dicto officio per 25. annos ſeruire nō pote-
rūt corporis valetudine īpediti, & ob hoc ad honorariā digni
tatē Principis bñficio trāſmigrauerint, ijſdē priuilegijs bñficij
1 potientur, quib. factus Princeps agentiū. h.d. No. ex hac l. ꝙ † q
corporis valetudine officiū adimplere nō potuit, & ob hoc ad
aliud officiū aſpirauerit, ꝙ nihilominus fungitur priuilegijs, q
2 competunt illis, qui officiū perfecerūt. † Vlt. not. ꝙ licèt officiū
decurionum nō poſſit, nec debeat cōtinuari, tñ officiū dome
ſticorū decurionū pōt cōtinuari. Vnde q fuit familiaris vniꝰ
decurionis, pt finito officio eē familiaris eiꝰ ſucceſſoris, ꝙ no.

ADDITIO

a Alex. Adde Rom. in l pe. no. 16. vbi alleg. iſtum tex.

LEX V.

Eos. Vicariane dignitatis titulis honorat qui Princeps agẽtium in rebus, aut magiſter officiorũ eſt effectus. h.d.

LEX VI.

Princeps. Princeps agentium in rebus cingulo comitiue primi ordinis fungitur. Bar.

LEX VII.

Quicunq; Militans in ſchola agẽtium. ſi fuerit de corpore cohortalium, licèt princeps agentium in reb. factus ſit, filium curię obligatum relinquet, ſed ſi iudice perit poſtquam princeps factus fuerit, liber erit à curia. h.d.

LEX VIII.

1 *Poſſidens immobilia in loco, vbi iudicium agitur, non tenetur ſatiſdare, ſecus ſi poſſidet extra illum locum, quia ſatiſdat.*

2 *Arbiter debet habere ſalarium à partibus.*

Multis. Agentes in rebus cõuenti nol e ſportularum coram maiorib. iudicib. ſoluent vnum ſolidum tantum executorib. Apparitorib. vero præſidis, vel alicuius vicarij tertiam partẽ ſolidi, fideiuſſoresq; de iudicio ſiſt. de eo numero dare poſſunt, & ſi poſſident immobilia in prouincia, vel in vrbe non ſatiſdant, ſed eorum iuratoriæ cautioni committitur, nec conueniri, nec citari poſſunt, niſi in ſcriptis. Pro ſcri-
a bẽdo a vero reſcriptum Principis vel libellum in libro iudicis, ſoluent executorib. ſolidum vnum, & cum exemplũ actorum petitur, ſoluent ſolidum vnum. Pro ſcribendo vero epiſtolam citatoriam non vltra tres ſolidos. Si vero coram arbitris litigauerint, ipſis arbitris vnum ſolidum tantum patrono fiſci dimidium ſolidi. notarijs vero pro editione chartarum, & pro toto negotio vſq; ad finem peragẽdo dimidiam partem ſolidi pro introducendo iudicio. cum agunt corã iudicib. maiorib. quatuor ſolidos & ſi coram eiſdem conueniantur ſolidos duos & vltra quantitates prædictas, ſiue conueniantur, vexandi non ſunt. h.d. No. ex gl. ſuper ver. iuratoriæ. in fi. † quod licet poſſi-
1 dens immobilia, non teneatur ſatiſdare, hoc eſt verum, qñ poſſidet in loco, in quo conuenitur, ſed ſi poſſidet in alio loco, non ſufficit. Vnde ſi quis conuenitur Peruſii, non ſufficit ſi
2 poſſidet immobilia Senis. Item ex lege iſta habes, † quod arbi-
b ter debet habere ſalarium a partibus.b

ADDITIONES.

a Alex. p ſcribẽdo. Bene facit tex. in l. oẽs ante med. de epiſ. & cler. in l. ſi quis aũt p pecunia in Auth. de ſan. epi. & no. Bar. in l. 1. qui ſati. d. co. & in l. prætoria la vlt. ff. de prato. ſup. facit l. qui pro filio, vt leg. ne caue. Item io eadem ibi, ſolidos binos. No glo. quæ hic vult, quod pro rogatione, & etiam pro exemplatione poteſt notarius accipere mercedem. Ita alleg. Rom. no. 7. in litera N. Adde gl. & ibi dicta in l. argentarius. & ibi per Bar. & Bal. qui alleg. hunc tex. adde Bar. in l. facere de præpoſitis ſacr.

b A partib. Adde Flo. in l. ſed & loci. §. in iudicio. ff. ſi regun. Sed ab extra quæro, nũ quid illud ſalarium ſit aduenticium. Dic quod ſic, & ſibi acquiritur, ſed in eo patri debetur viuſfructus. Ita no. Bal. in l. cum oportet. ſup. de bo. quę lib. in ver. idem in ſalarijs arbitrorum.

De curioſis, & ſtationarijs. Rub.

LEX PRIMA.

1 *Denunciationi Syndici non creditur ſimpliciter.*
Syndicus ſcienter falſum denuncians punitur.
2 *Denunciator maleficiorum, licet non poſſit incarcerare, poteſt tamen maleſactores fugientes ſub cuſtodia tenere.*

a Curioſi. a Denuncians maleficia punitur ſi non probat, & ideo alium pro delicto nõ incarcerat h.d. No. ea hac l. † quod denunciationi ſyndici ſimpliciter non eſt credẽdum, b imo veritas exquirenda eſt, & ſi falſum denunciant ſcienter, punitur, vel ſi parum probe monetur, vt l. diuus. la 2. ff. de cuſt. reo. & ſ. de accuſ. l. ea quidem. No vlti. † quod denunciatores maleficiorum
2 non poſſunt alios detrudere in carcerem, licet non poſſint incarcerare, tamen maleſactores fugientes poſſunt ſub cuſtodia tenere, vt ff. de ſeru. fug. l. pe. concor. ſ. eo. l. ſi.

ADDITIONES.

a Curioſi. Ad materiam huius tex. adde Lu. d. Ro. in l. pe. ff. ad Syl. & limita, vt p Bal. poſt Bar. in l. 1. in prin. C. de err. aduo. vbi Iac. dicit ſe vidiſſe, quod maſſarij capellarum obligati ad denunciandũ maleficia ſæpe neſciunt literas, & faciunt ſibi ſcribi a quodam notario nomen delinquentis, vnde iudex non debet punire maſſarium ſi reperitur error in denunciatione, niſi conſtet, quod fallo fecerit, ſed in dubio magis præſumitur error, quam malitia, arg. l. pe. C. de his, qui ſi. adiert. Et adde, quod ſi falſo denunciat, punitur pena falſi. l. lege Cor. § ſi. & ibi Bar. ff. de fal. punitur in expenſis ſecundum Bal. in l. lancinus. C. de iu.

b Ale. Eſt credẽdum. Hoc verũ quo ad puniẽdũ, ſed quo ad inquirẽdũ facit ſidẽ. Ita hic in d. l. criminoſi. & in c. omnis & ibi Goff. & Io. And. & Butr. de teſt. ita hic in d. l. diuus. & vide Bar. in conſi. inci. dño Papa. in fi. ponit, an fama cum dicto ſyndici denunciãtis faciat indiciũ ad torturam, per quod credatur ſyndicus, eſt tex. in c. præterea de teſt. quem alleg. Bal. ad fi. Spec. in tit. de accuſ. in fi. & tales appellantur teſtes ſynodales, vt ibi, & 35 q. 9. epiſcopus in ſynodo, & ibi ponitur forma iuramenti præſtandi per eos & Innoc. in c. nihil. de elec.

LEX II.

Agentes. Officium agentium in reb. eſt curam habere ſuper euictionib. curſus publici portando pecuniam publicam per prouinciam, naues conducendo, & animalia ad ferendum annonam, & alius officialis de hoc non debet ſe intromittere, contrafaciens punitur. Item pro animali in curſu publico non ducto non eſt licitum officiali pecuniã accipere contrafaciens quadruplum reſtituit. h. d. Et quid ſit curſus publicus, no. inf. de cur. pub. l. 1.

LEX III.

Per id tempus. Condemnatio præfecti facta de agẽte in reb. eſt nulla, niſi talis agens cõtra honeſtatem, & decus ſui officii commiſerit, quia tunc grauius punitur.

LEX IIII.

1 *Carcerare aliquem, & ſub cuſtodia tenere, ſunt diuerſa.*

a Agentes. a Agentes in reb. ſinguli per ſingulas prouincias ſunt mittendi, qui in euictionib. inſpiciẽdis curam tñ habebunt, & nihil habebunt cum aliis iudicib. vel prouincialib. & illicitè non vexabunt, de cauſis nõ cogno-
1 ſcent, nec detrudent in carcerem, hoc dicit. † Not. gl. vlt. huius legis, quod aliud eſt mittere in carcerem, aliud ſub cuſtodia detinere facit de caacto. trib. l. 2.

ADDITIO.

a Alex. Agentes. Probat tex. in l. 1. de cuſt. reo & facit l. ſuccurrit. in ſi. qui ex cau. ma. vide Bal. in l. quoties ſup. de exac. tri. & glo. in l. qui neq; § ſolutum. de verb. ſign. Alex. Carcerare aliud eſt, aliud eſt cuſtodire. Tex. videtur in cõtrarium in l. aut facta. in § ſolent de quæſt. vbi carcer ſit ad cuſtodiã. Ad idem l. 1. de priua. carceri. & in l. incredibile. ſup. de pen. quod eſt verum vbi ſit, alias eſt pœna certa p delicto. Secus vero vbi nulla eſſet certa pęna, quia tunc diceretur carcer ad pœnam, non ad cuſtodiam tex. in l. ſenatus. de inter. & in l. 1. §. ſi. de aleatoribus & Bart. in l. ſolent & in l. imperiũ. de iur. omn. iud. Cyn. in l. 1. ſup. de infam. & qd de iure cano. dic, quod ad pęnam tex. eſt in c. quamuis. de pę. in 6. & vide Rom. in litera t, no 8.

De Palatinis ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum. Rub.

LEX PRIMA.

Qui autem dicantur Palatini, dic, vt in glo.

1 *Onus capitationis non dicitur extraordinarium, nec ſordidum.*

Palatini. Palatini pro capitibus eorũ, & iugis tãtum penſionem fiſco ſoluunt, ab aliis
1 vero muneribus ſordidis vacant. hoc dicit. No. † qp onus capitationis nõ dicitur onus extraordinariũ, neque ſordidum.

LEX II.

1 *Conſeruatores monetæ, ſi reperiuntur fraudem commiſiſſe, non admittuntur ad aliud officium.*

Nullus. Theſaurarius, vel comes theſaurariorum ſemel repertus culpabilis ea officio iterato ad eandem militiam non aſpirabit, nec etiam aliam acquirere poteſt. h. d.
1 No. hic caſum contra conſeruatores monetæ, † quod ſi reperti ſunt fraudem commiſiſſe ad aliud officium, nec ad aliam di-
a gnitatem aſpirare debent. a

ADDITIO.

a Alex. Debent. Vide Ang. in Auth. de colla. § iubemus.

LEX III.

1 *Prælatus malus timet bonum ſubditum.*

Priſco. Singulis annis vnus Palatinus mitti debet ad regẽdum principatum domorum Cappadociæ. h. d.
1 No. hic gl. † quod malus prælatus timet ſubditum bonum.

LEX IIII.

Nihil. Palatini nihil habent commune cum aliis iudicib prouinciarum, ſed exceptã reuerentia, quæ eis debetur, non ſolum per iudices minores, verum etiam per maiores quilibet iudex debet in ſuo officio deſeruire.

LEX V.

Quidam. Effectus Princeps Palatinorum, ad aliam dignitatem conuolare non poteſt.

LEX VI.

Ab officiis. Præſes Palatinos non poteſt iniungere aliquod ſordidum munus.

LEX VIII.

Placuit. Palatini per prouincias tranſmiſſi anno elapſo, cingulo liberantur. h. d.

LEX IX.

Non aliter Nullus officium ſacrarum, vel priuatarũ largitionum aſſumere poteſt, niſi mediante Principis authoritate, vel annotatione.

LEX X.

Palatinos. Palatini adiutores, & primicerij, officio finito, ſicut agentes in reb. a præbitione tyronũ, ceteriſq; muneribus ſordidis immunes ſunt. h.d. Et no. gl. 1. quæ dicit de extrema parte pedis tibiæ, & ſotulatis.

LEX XI.

Ad ſimilitudinem. Officiũ Palatini, quod olim durabat biennio, hodie anno concluditur, ſic ſcriniariorum officium.

LEX XII.

Viros. In ciuitate Conſtantinopolitana Palatinus apud p̃fectum vrbis non compellitur litigare, niſi pro ſeruitutib. domib. vel annonis quæſtio moueatur. In prouincia vero cognoſcit præſes Cõtra Palatinum, ſed in cauſa criminali, contra eum nõ fert ſententiam, ex ſuggeſtione comitis, ſub quo militat Palatinus, h.d.

LEX XII.

Inter alias. Palatini Primicerii, & tres ſcriniorũ Primicerij tribuni, & p̃toriani militari dignitate funguntur, & nulla põt eis iniũgi neceſſitas publica, vel priuata,

LEX XIIII.

Iubemus. Palatini Principes eiſdem priuilegijs fungũt quibus Palatini ſacrorum largitionũ. Et ideo primicerij, & primates ſcriniorum Principis finito officio iter militares tribunos enumerantur, & nulla ſolicitudine negotij priuati, vel pub. poſſunt vrgeri.

De ſtratoribus. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Statutum puniens officialem non inquirentem, & punientem maleficiũ factum ſuo tempore, intelligitur ſi officialis ſciuerit.*

2 *Statutum dans annum officiali, infra quem poteſt cognoſcere de maleficio, intelligitur de his, quæ clara ſunt,*

PEr omnes. Vn⁹ ſolidus ſtratoribus. i. p̃ſidentib. ſtabulis Principis ſtipẽdij noĩe dãdus eſt, & in offerẽdo equos Principi p̃ prouinciales certa, & æqualis forma ſeruãda eſt, q̃ ſtatuta eſt, ſi aliquis prouincialis ſtratori dederit ob hoc, q̃ nõ licet ei accipere, punitur, & ſi iudex hoc ſciẽs punire eũ neglexerit, cẽ-
1 tum librarum auri pęna punitur. h.d. † No. iſtum tex. dũ dicit, ſi ſciens, quia eſt caſus q. ſtatuti diſponentis, quod iudex teneĩ inquirere, & punire ſub certa pęna omne homicidiũ factũ ſuo
2 tempore. Nam ita demũ punietur ſi ſciuerit a factum eẽ. † Item
a facit ad aliud, ſi ſtatutum dicit, & det poteſtatem intra annum cognoſcendi de maleficijs, Intelligitur de his, q̃ ſunt clara. Et ita dixi in l. 1. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. ſue.

ADDITIO.

a Alex. Sciuerit De hac q. vide per Bar. & Ang. in l. ſi. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. ſu. Bald. in l. cũqui §. in popularib. de iurei. & per Bar. & Ang. & alios in l. 1. §. occiſorũ. ff. ad Syll. & vide Bar. in l. genero. ff. de inta. in illa q. an ignoranti currat terminus, de qua in l. 1. & in l. quandiu ſup. qui admit. & Bar. in l. Caius. ff. de calumnia. & in l. 5 o. ſup. de excuſ. tuto. & in l. diuus. de cuſt. reo, & l. ſemper. §. hoc interdum, q̃ vi, aut clam. & Io. Aud. in c. non ſeruorum. de ſeruis non ord. & per Bald. & Sal. in l. ſi. ſup. de dolo. per Bald. in addi. Spe. in tit. de inſt. eds. & in l. id quod pau petib. ſup. de epi. & cler. & l. ſi ideo. ff. de his quib. vt indig. & in auth. cui relictũ, de indicta vidui. tollen. in l. 1. in princ. ff. de car. tollen. & in l. captatorias. ſup. de teſt. mi. & in l. 1. in 9 q. de inſt. & ſubſt. & in l. 2. de priua. carce. & in l. 1. de his, qui a latro. & in l. 1. de fam. libellis. & in c. 1. de prohibita feu. alie. per Loth. & in diſputatione in c. quod fœnerator. & per Ang. in l. ſi cum exceptione. §. i hac. ff. quod met. cau. & in §. ſi quis rapuerit in Auth. de ſan. epi. col. 9. & videas omnes, quia multa habes circa dictam q. Sed recordor eius, qđ no. Bal. in d. l. q̃diu. vbi dixit, q̃ tempus a ſtatuto præfixum ad ponendum ſtatuta in memoriali nõ currit ignoranti, & idem tenet ipſe in l. item veniunt in §. cum ante. de pet. her. & in d. l. 5o. & l. pe. de peri. tut. & Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. In ver. alibi. quærit Bar. licet Pau. de Caſt. in l. facta. §. bononium ff. ad Treb. dicat tempus currere ignoranti, ſed dari reſtitutionem.

De caſtrenſianis, & miniſterianis. *Rub.*

LEX PRIMA.

IN officio. Caſtrenſiani, vel miniſteriani officio finito p̃ lapsũ biennij, alius ſubrogatur, ipſe aũt ad aliud officiũ nullatenus eligeĩ. h.d.

LEX II.

Si quis. Si vltimum inter miniſterianos gradũ primæ, ſecundæ, vel tertiæ formę inter caſtrẽſianos fuerit adeptus, ſcribendus eſt in matricula formæ tertiæ. h.d.

LEX III.

Hi qui. Militantes in hac militia, & eorum matres, & vxores. non poſſunt conueniri in cauſa ciuili, vel criminali, niſi ſub comite Caſtrenſianorum.

Ante omnia. Officiales principis, ſumpti ſigillatim, annexi coram illuſtri officiorum magiſtro, ipſi eorum filii, & vxores conueniendi ſunt, exceptis tributariis, & munerum functionibus, & delictis in prouincia cõmiſſis, propter quæ conueniri poſſunt etiam coram aliis iudicib. Item dicti officiales gaudent priuilegio circa ſportulas, q̃a non eas ſoluere tenentur, niſi ſecundum modum hic deſcriptum. fideiuſſorem etiam de iudicio ſiſti dare poſſunt de eorũ numero, & vbi dare non poſſunt, committuur eorum iuratoriæ cautioni h.d. Qui autem ſint hi officiales, non habemus expreſſum, quia Imperator hoc non dicit, & ideo poteſt dici, quod hæc lex ſeruiat nobis de vento.

De Decanis, conſtitutio Greca. *Rub.*

LEX PRIMA.

QVatuor. Quatuor ex Decanis, qui primum locum in ordine tenuerunt, per bieonium ad Primiceriatus officium aſſumũtur, & alij in locum eorum debent ſubrogari, tranſacto biennio hoc dicit.

LEX II.

Noſtræ. Decani adhęrentes famulatoribus Principis coram illuſtri magiſtro officiorum conueniendi ſunt. hoc dicit.

De priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio mil. *Rub.*

LEX PRIMA.

A Palatinis. Platini à cunctis munerib. ſordidis ſunt immunes ipſi, & eorum filii, & nepotes etiam, ipſis, & eorum mancipiis nulla munera debent inferri, contra facientes puniũtur. h.d.

LEX II.

De cubiculis. Cubicularii Principis, quib. vacatio eſt conceſſa, & memoriales ſcriniorũ, & libellorum, & epiſtolarum, & etiam Palatini, & agentes in rebus, & filii, & nepotes eorum ad honores, & munera non vocantur inuiti, & à corporalibus, & perſonalibus muneribus ſunt immunes. hoc dicit.

LEX III.

Ex aula. Deſcendentes ab aliquo officio aulæ principis, licèt ſint idonei, & exempti, tamen ab omnibus muneribus, & honoribus eis inuitis ſunt expertes hoc dicit.

LEX IIII.

Omnes. Qui miſſionem meruit ab officio, quod in palatio Principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs. qui poſt ad regendas dignitates, vel pronuncias fuerunt aſſumpti, contrafacientes pœna hic inſerta puniuntur hoc dicit.

De priuilegijs ſcholarium. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Prohibitus ad aliquod officium ex forma ſtatuti, non poteſt ad illud aſſumi ſub alio nomine,*

VIris. Magiſtri militum, milites, ſenatores, ſcholares ſuos verberare, vel degradare nõ poſſunt, ſed iſtud ſpectat ad officium magiſtri officiorum. Item magiſter militũ ſuos domeſticos ſenatorios ducenarios, vel centenarios facere non poteſt, pęna contrafacienti imminente. Item prohibitus eſt domeſticus perpetuò, vel ad tempus alio nomine aſſumpto, colore quæſito, quòd nõ eſt prohibitione durante aſſumendus. hoc dicit † No. iſtam l. quòd ſi per formant ſtatuti prohibitum eſt officium conſeruationis, quod non poteſt quis ad illud officium aſſumi ſub alio
a nomine, a Et hoc ſenuit glo. hic, dum ſumit argumentum de domino Odone, qui fuit Poteſtas Bononiæ. Nam cum eſſet prohibitus eſſe Poteſtas, fuit factus defenſor, & ſic habuit officiũ
b Poteſtatis. b

ADDITIONES.

a Sub alio nomine. Adde Bal. in 2. q. ſup. de hær. inſti. & in rub. ſup. de fide inſtr. ad fi. Ale. omnino in prima conſti. Digeſtorum §. nos verò. dixi poſt Philip. Fran. in proce 6. nume 5 in apoſt. in ver. mutatio nominis, & plenè per Fel. in proce. decret. Greg. verſi. circa concluſionem.

b Alex. Prãsis No. iſtud dictum, quia facit 3 id, quod ponit Bal. in l. Paulus. in § plu rib. de leg. & in l. 1, §. 1. de poſtu. & in l. 1 de var. & extraor. cogni. vbi dicit, quod prohibitus aduocare non eſt prohibitus in ſcriptis conſulere, & ſic per indirectum. Quod dictum ſequitur do. Abb. in rub. de poſtu. Sed tu potes dicere ſaluando Bar. quod diuerſa ratio eſt inter aduocare, & conſulere, quia aduocare eſt viua vox, conſulere autem mortua, quia viua vox plus valet, quam mortua. in rub. de teſtibus.

LEX II.

Hac lege. Militans in aliqua militia, q ſtipẽdijs decurſis Primicerius factus eſt, o b. priuilegiis ſibi ↄpetentib. perſruatur, & etiam in cauſis ciuilib. coram officiorũ magiſtro tñ cogit reſpondere. In criminalib. vero cauſis hoc priuilegium non ſortitur, ne crebreſcat officiorum authoritas, & ne publica vacillet vtilitas. h. d. Et no. q denegat iuriſdictionẽ in ciuili, & ↄcedit in criminali hoc officio ſiniuo, eo vero durante in vtroq; caſu eſt iuriſdictio denegata. s. de agen. in re. l. ex eo.

LEX III.

1 *Vidua fruitur priuilegio primi mariti, quouſq; fuerit ſecundo maritata.*
